Pommersches
Urkundenbuch.

Herausgegeben

vom

Königlichen Staatsarchive zu Stettin.

V. Band.

Erste Abtheilung.

1311—1316.

Bearbeitet

von

Dr. Otto Heinemann,

Kgl. Archivassistenten zu Stettin.

Stettin 1903.

Verlag von Paul Niekammer.

2648.

1311 Januar 25 Stettin.

Herzog Otto I. schenkt dem Nonnenkloster vor Stettin die Getreide- und Geldbede, die ethepennige, Abgaben, Dienste, Gerichtsbarkeit usw. aus den Dörfern Zabelsdorf, Bredow, Züllchow, Bollinken mit Mühle und Krug und Frauendorf.

In nomine domini amen. Otto dei gracia Slavie, Cassubie et Pomeranie dux omnibus in perpetuum. Venustati principum ad supernam Iherusalem anhelancium dignanter asscribitur interesse, divini cultus subsidium largicionibus piis adaugere ipsiusque vernulis in corporalibus indigenciis caritative providere, ut eternitatis bravium post huius vite terminum cum sanctis inperpetuum feliciter queat possidere. Quapropter universos Christi fideles presentes et posteros presentibus volumus non latere, quod ob omnitenentis reverenciam sueque matris Marie virginis sacrosancte et ob nostrorum parentum progenitorumque nostrorum animarum requiem et salutem in Christo nobis dilectis . . abbatisse et conventui sanctemonialium monasterii prope muros Stetyn donavimus, assignavimus et presentibus assignamus ac donando appropriamus omnem precariam tam frugum quam nummorum et denarios, qui ethepennige dicuntur, et universaliter exactiones singulas cum servicio curruum, eciam cum quolibet servicio rusticali, quocunque nomine posset nuncupari, et cum omni iure maiori et inferiori tranquillitate et proprietatis libertate et cum percepcione usufructus ceterisque proventibus quibuslibet, que nobis et nostris heredibus et successoribus cunctis temporibus in futurum possent derivari, de villis Sabelstorpe, Bredowe, Cylichowe, Boldyn cum suo molendino et taberna et Vrowendorp cum omnibus mansis et agris cultis et incultis, acquisitis et acquirendis, suis eciam allodiis et prediis circumiacentibus prope aut remote situatis cum pratis, pascuis, stangnis, rivulis, arbustis et rubetis, humulariis sive humulorum ortis et domibus eorum in gadibus et terminis villarum iam dictarum contentis et locatis libere et quiete attollendo et pacifice possidendo perpetualiter sine nostro nostrorumque heredum et successorum officialium et vasallorum inpedimento et inpeticione qualicunque, ut eo sui monasterii structura nostro subsidio efficaciter suffragata melius dirigatur et ipsarum victualitas largius augeatur. Nichil autem iuris, proprietatis, exactionis, percepcionis aut cuiuslibet servitutis nobis et nostris heredibus et successoribus in eisdem bonis observantes, set

tantum earum piis oracionum suffragiis et cunctis sacris operibus ab ipsis perhenniter contingentibus participes fieri cupientes, volumus eciam ut villarum predictarum inhabitatores et mansorum seu agrorum omnium prediis ipsarum circumiacencium aut circumpositorum cultores omnem precariam tam annonalem quam pecunialem et denarios, qui[1]) ethepennighe dicuntur, et universaliter exactiones singulas cum quolibet genere servitutis et omnes iusticias, quas, si nostre subicerentur potestati, nobis de suis bonis prestare et facere tenerentur, easdem sine omni rebellionis contradictione exhibere et inpendere debeant monialibus memoratis ad sue structure subsidium et nutricionis relevamen. Ceterum eciam omnia bona que noster pater predilectus dominus Barnym et nostri fratres karissimi Barnym et Bugghezlaus, quorum in Christo pia sit memoria, dictis monialibus prius donaverunt et nos similiter cum eis antea ipsis donaverimus, cum omni iure, proprietate, tranquillitate, libertate, usufructus sublevacione et exactione qualibet et servitutibus omnigenis sunt donata monialibus prenarratis et totaliter resignata. Nos vero inclinati intimo fervore caritatis, ipsas intuentes oculo pietatis, quia virginalis lylio florent castitatis et soli virginitatis filio arrate sunt cum illibatis et ab ipsarum labiis sacrum Christi precomium et sancte Marie virginis cantitum mellifluum et, quid superne vite prebeat introitum, nunquam dissolvantur, ymmo Christi ewangelium in pectore gerentes, claris et atris temporibus oracionibus insistentes, sic profusis fletibus iugiter Christo famulantur, eapropter hanc donacionem cum omni tranquillitate et cuiuslibet iuris libertate et qualibet servitute donamus et eisdem monialibus assignamus ad suum monasterium construendum et ipsarum nutrimentum uberius ad habendum, ut superius est expressum. Unde et heredes et successores nostros toto cordis conamine obsecramus, ut hanc nostram donacionem dictis monialibus assignatam, quam omnipotenti deo et gloriose virgini Marie sue matri cum puro corde devote obtulimus, molestare et violare infringentes non presumant, set caritative ipsam ampliantes salvam et inconvulsam observantes et a maleficorum calumpniis cum effectu defensantes suisque litteris auctenticis perpetualiter ipsam roborantes, ne quique ausu temerario inflati ipsis audeant contraire. Inhibemus eciam omnibus officialibus nostre dominacioni substitutis, marscalcis, advocatis, clientulis et vasallis ceterisque ministrantibus officia non habentibus, ut hanc donacionem nostram et donatam libertatem in aliqua sui parte infestare, desolari inpedire non attemptent, sed ipsam pocius virili fortitudine sue possibilitatis vallide studeant salvare, roborare et tueri, adtendentes suaviter, quod virginalis teneritas nullum defensionis auxilium sibi ipsi aut suis rebus valeat inpendere seu prebere. In huius nostre donacionis evidenciam firmiorem presens scriptum nostri sigilli munimine iussimus largiendum. Testes huius nostre donacionis et donate libertatis sunt viri ydonei Hyldebrandus, prepositus ecclesie Camynensis, Gyso, decanus eiusdem ecclesie, et Hugo, noster cappellanus, Conradus de Elsholte, Iohannes de Curow, Rodolphus de Moringhe, milites, Nicolaus de Palude et Bernardus de Palude, famuli, et alii plures, fidedigni. Actum et datum Stetyn anno domini millesimo trecentesimo undecimo, ipso die conversionis sancti Pauli.

[1]) que. Orig.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Stettin s. r. Stadt Stettin Nr. 18 mit dem gut erhaltenen Siegel des Ausstellers an rot=grünen Seidenfäden. Abschrift im Diplomatarium sanctimonialium Stettinensium (Bibl. d. Ges. f. Pomm. Gesch. Abdelung XIII B Stettin Fol. Nr. 10) Vol. I Bl. 34. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1189.

2649.

1311 Februar 2.

Iwan von Below verkauft dem Kloster Neuenkamp seine Besitzungen in der Stadt Goldberg und den Dörfern Below, Augzin und Zidderich, den Hof in Zidderich und die Fischerei im Jager- oder Dobbertiner See.

Nos Ywanus dictus de Belowe miles ad noticiam devenire cupimus singulorum nos de consensu et suasione uxoris nostre, filiorum nostrorum Georgii[1]) et Ywani ac omnium heredum nostrorum vendidisse domino abbati et conventui Novi Campi pro pecunia nobis ex integro persoluta quicquid habuimus et quicquid possedimus in opido Goltberch[2]) et in eius terminis, stagnis et piscaturis ibidem et quicquid possedimus et habuimus in villis Belowe, Eucyn et Cyddarch et curiam in Cyddarch et piscaturam in stagno Iawere et plane ac totaliter, quicquid in predictis opido, villis et curia et in terminis ac infra terminos et attinenciis prefati opidi Goltberch et prefatarum villarum et curie hucusque possedimus in aquis et in terris, prata, paschua, ligna, silvas, campos, rubos, agros cultos et incultos, ortos, areas, paludes, sulcos, fossas, aquarum decursus, stagna, aggeres et omnes redditus, omnes proventus, omnem potestatem, omne ius et simpliciter, quicquid in omnibus predictis bonis possedimus, et quicquid ad nos et ad nostros heredes potest devolvi; et hec omnia cum uxore nostra et cum nostris filiis ac cum omnibus nostris heredibus eorum ordinacioni et voluntati resignamus, nichil penitus potestatis, ordinacionis, fructus, reddituum, iuris et utilitatis nobis et nostris heredibus in omnibus predictis bonis obtinentes, renunciantes insuper omni inpeticioni et repeticioni, que canonico vel civili iure per nos vel per nostros heredes in predicta bona posset fieri in futurum, adicientes eciam, quod precariam sive exactionem a prefatis villis et curia nec nos nec heredes nostri debeamus inamicabiliter extorquere, si dominus terre, sive unus sive plures fuerint, alii vel aliis eam vendiderint aut contulerint vel eam sibi voluerint retinere. Huius rei testes sunt milites Nicolaus de Bruseviz, Nicolaus de Belowe, Theodericus Man, Iohannes de Kercdorp, famuli Reymarus de Malin, Hermannus de Haghenow. Dancquardus Gusteve et alii plurimi fide digni. Datum sub sigilli nostri testimonio anno domini millesimo tricentesimo undecimo, in festo beate Marie virginis gloriose, quod festum purificacionis seu luminum apellatur.

1) Gorgii. Orig. 2) Golberch. Orig.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Stettin s. r. Kloster Neuenkamp Nr. 79 mit beschädigtem schildförmigem Siegel von rotem Wachs an gelben Seidenfäden (Abbildung Bagmihl, Pomm. Wappenbuch I Tafel 12 Nr. 7 und Meklenb. Urkundenbuch IV Nr. 2551). Abschrift von 1506 ebenda Wolg. Archiv Tit. 26 Nr. 3 Vol. I Bl. 316. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1200. Klempzens Extrakt 2c. Bl. 38 v.

Gedruckt Fabricius IV 2 S. 3 Nr. 610 (Regest); Meklenb. Urkundenbuch V S. 561 Nr. 3443.

2650.

1311 Februar 10.

Herzog Otto I. schenkt der Stadt Altdamm die Alte Wiek daselbst.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Otto dei gratia dux Slavorum etc. Cum ea, quae fiunt in tempore, etc. Noscant igitur tam praesentes quam posterae nationes, quod nos de[1]) maturo consilio vasallorum nostrorum peritorum civitati Dam sive inhabitantibus

eandem tam consulibus quam communitati et posteritati eorundem in perpetuum antiquum vicum, qui vulgariter olde wick dicitur, et proprietatem eius cum areis tam cultis in structuris quam incultis et omni usufructu, qui nunc et in futuro ex eo vel ab eo derivari potest, cum omni iure et perpetua libertate venditionis titulo dedimus libere possidendum. Datum huius literae fuit: Actum anno domini MCCCXI, in die beatae Scholasticae virginis.

1) dedi. Kop.

Nach dem Auszuge im Kopiare der Stadt Altdamm im Staatsarchive zu Stettin (Mscr. I 15) Bl. 7 Nr. 3.

2651.

1311 Februar 17 Kingston.

Die Stadt Kingston meldet der Stadt Stralsund, daß sie vom Könige von England das Privileg erhalten, daß kein Fremder oder Einheimischer wegen der Schuld oder des Vergehens eines anderen in Anspruch genommen werden dürfe.

Nobilissimis viris et discretis ballivis et scabinis et aliis probis hominibus de Stralsond ac aliunde de partibus Almanie sui amici in omnibus ballivi, burgenses et tota communitas de Kyngeston super Hull salutem in eo, per quem reges regnant et domini dominantur. Cum dominus noster rex Anglie tam ad melioracionem ville nostre quam ad utilitatem et commodum vestrum nobis et heredibus nostris per literas suas ad prosecucionem nostram concesserit, quod nullus homo alienigena vel indigena in villa nostra aut portu de Hull distringatur aut attachietur pro aliquo debito, unde non sit plegius aut principalis debitor, seu pro aliqua transgressione per alium quam per se ipsum facta nec eciam pro aliquo huiusmodi debito vel transgressione per arestacionem bonorum et catallorum suorum ad sectam alicuius ibidem inpediatur, prout in literis predicti domini regis, quas vobis mittimus inspexuras, plenius continetur, vestre amicicie affectuose supplicamus, quod has literas nostras ac eciam tenorem literarum domini regis inter vos pupplice proclamari faciatis. Et si aliquis de comburgensibus vel convicinis nostris, de quo iurisdiccionem habeamus, alicui de vestris in aliquo deliquerit, id idem sine dilacione cum hoc sciverimus emendari faciemus. In cuius rei testimonium has literas nostras communi sigillo nostro signatas vobis mittimus patentes. Datum apud Kyngeston super Hull, XVII° die Februarii anno domini M° CCC° undecimo.

Nach dem Originale im Ratsarchive zu Stralsund (Schr. I Schiebl. 23: Engl. Städte) mit abhängendem Siegel.
Gedruckt Lappenberg, Stahlhof, Urkunden Nr. 35; Hans. Urkundenbuch II S. 79 Nr. 189 (Regest).

2652.

1311 März 4.

Ritter Johann von Gristow verkauft dem Pfarrer zu Reinkenhagen $2^1/_2$ Hufen daselbst.

Johannes von Gristow, ein ritter etc., verkaufft den eigenthumb und freyheit an $2^1/_2$ hufen zum Reinekenhagen dem kirchhern doselbst. Anno 1311, feria quinta post Invocavit.

Nach Clandrian, Protoc. Bl. 222 im Hauptarchive zu Schwerin (Bistum Schwerin).
Gedruckt Meklenb. Urkundenbuch V S. 569 Nr. 3454

2653.

1311 März 10.

Die Fürsten Nikolaus II. und Johann II. von Werle verkaufen für 200 Mark wendisch dem Kloster Neuenkamp das Eigentum eines früher ihrem Vasallen Johann Koß gehörigen Hofes in Goldberg mit Zubehör und der Mühle in Distelow.

Nicolaus dei gracia dominus de Werle necnon Iohannes eadem gracia domicellus de Werle, fratres, omnibus Christi fidelibus presens scriptum cernentibus salutem in perpetuum. Notum facimus presentibus et futuris, quod nos matura deliberacione prehabita, de unanimi consensu venerabili domino abbati et conventui monasterii de Novocampo, ordinis Cisterciensis, vendidimus foro irretractabili pro ducentis marcis denariorum slavicalium proprietatem totalem curie in Gholtberghe situate, que fuerat vasalli nostri Iohannis dicti Cosz, cum omnibus agris suis intra ipsam curiam aut extra cum suis attinenciis ubicunque locatis, videlicet lignis, pascuis, paludibus, pratis, agris Luttekervelt vulgo appellatis denuo per nos non mensurandis ac insulis Uxerswerdere, Duvenwerdere et Crunswerdere et quibusdam agris dictis Bomgharde iuxta molendinum Gholtberghe vicinis cum omni utilitate et fructu cum iudicio sexaginta solidorum et infra, cum tercia parte mutilacionis et mortis in omnium dictorum bonorum locis et terminis ubicunque situatis libere et quiete sine qualibet exactione perpetuo possidendam, ita sane ut, si divisim ab opido Gholtberghe agros predicte curie de villa Medowe vel alios colendos exposuerint et pascuis uti voluerint private, in priore maneant opcione. Preterea eisdem domino abbati et conventui vendidimus proprietatem molendini iuxta villam Distelowe situati cum suis agris et attinenciis, ortis, lignis, paludibus, pascuis et obstauracione eiusdem molendini, cum iudicio sexaginta solidorum et infra, cum tercia parte mutilacionis et mortis in omnibus locis et terminis eiusdem molendini, libere absque qualibet exactione perpetuo possidendam, ita scilicet ut de ipso molendini destruendo vel conservando et de omnibus bonis supramemoratis vel alibi locatis vendendis vel permutandis ordinare possint et disponere, prout ipsorum placuerit opcioni. In cuius rei perpetuam firmitatem presentem cedulam nostris sigillis duximus muniendam. Testes sunt Nicolaus de Bruseviz[1]), Hartmannus de Oldenborgh, Helmoldus de Bybowe, advocatus noster, Conradus Cosz, Fredericus de Lobeke, milites, Reymarus de Malin, Hermannus de Plawis, famuli, et alii quam plures fide digni. Datum et actum anno domini M° CCC° XI°, feria quarta proxima post Reminiscere.

1) Lozuseviz. Transsumt.

Nach dem Originaltranssumte von 1437 Mai 24 im Hauptarchive zu Schwerin s. r. Originalia monasteriorum et ecclesiarum extra fines Meclenb. Fasc. II: Neuenkamp. Abschrift im Staatsarchive zu Stettin, Wolgaster Archiv Tit. 26 Nr. 3 Vol. 3. Klempzens Extrakt 2c. Bl. 37 v.

Gedruckt Meklenb. Urkundenbuch V S. 571 Nr. 3457.

2654.

1311 März 11 Güstrow.

Junker Johann III. der Jüngere von Werle bestätigt dem Kloster Neuenkamp die von seinem Vater Nikolaus II. und seinem Oheim Johann II. verliehenen Freiheiten und Gerechtigkeiten über die in seinem Gebiete liegenden Güter des Klosters.

Nos Iohannes dei gracia domicellus iunior de Werle presentibus recognoscimus protestantes quod venerabilis domini Theoderici, abbatis monasterii de Novo Campo, precibus inclinati omnes

proprietates et libertates bonorum suorum in dominio nostro sitorum a predilectis domino Nycolao, patre nostro, et domicello Iohanne, patruo nostro, de Werle eidem monasterio venditas vel donatas, presentibus stabilimus, ratificantes et confirmantes omnium bonorum ipsorum proprietatem et libertatem, venditionem vel donationem fore firmam et stabilem ac prememorati monasterii privilegio super premissis proprietatibus et libertatibus in perpetuum valitura. In cuius rei stabile firmamentum presentem cedulam, quia sigillo proprio caremus, sigillo dilecti patris nostri fecimus conmuniri. Datum in Gustrowe anno domini M° CCC° XI°, feria quinta proxima post dominicam Reminiscere.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Stettin s. r. Kloster Neuenkamp Nr. 78. Siegel an Seidenfäden fehlt. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1195. Klempzens Extrakt ꝛc. Bl. 34.

Gedruckt Meklenb. Urkundenbuch V S. 572 Nr. 3488; Fabricius IV 2 S. 3 Nr. 611 (Regest).

2655.

1311 März 15 Brügge.

Bischof Olav von Roeskilde ermächtigt den in der Kapelle auf dem Gellen (Hiddensee) amtierenden Mönch, den ankommenden Seeleuten und anderen Ausländern die Sakramente zu reichen.

Omnibus presens scriptum cernentibus Olavus miseracione divina episcopus Roskildensis salutem in domino sempiternam. Noveritis, quod concedimus monacho canonice instituto, qui pro tempore officiaverit capellam in Iellant Rugie nostre dyocesis, ut nautas et alios quoscunque de aliis terris advenientes pro ipsorum confessionibus audiendis et aliis sacramentis ecclesiasticis ipsis administrandis licite assumere poterit cuiuslibet iure salvo. Datum Brugis in Flandria sub secreto sigilli nostri, anno domini M° CCC° undecimo, Idus Marcii.

Nach dem Originaltransſumte von 1347 April 16 im Reichsarchive zu Kopenhagen s. r. Rugen til Roskilde Stift 10. Abschrift in der Hiddenseer Matrikel im Staatsarchive zu Stettin (Mscr. I 25) Bl. 62 Nr. 52.

Gedruckt Fabricius IV 2 S. 13 Nr. CCCCII (613); Reg. Dan. II 1 S. 151 Nr. 966.

2656.

1311 März 23 Stolp.

Markgraf Waldemar von Brandenburg quittiert dem Deutschorden über die am 22. März gezahlten 1960 Mark und die vorher erhaltenen 5000 Mark von dem Kaufgelde für Pommerellen.

— — — — — — — — — — — — — — — — — — — —

Datum Stolp anno domini M° CCC° XI°, tercia feria post dominicam, qua cantatur Letare Ierusalem.

Nach den Abschriften im Staatsarchive zu Königsberg i. Pr.: Ordensfolianten Nr. 67 (früher A 18) Bl. 48 Nr. 45 und Nr. 71 (früher A 99) Bl. 44 Nr. 49. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1190.

Gedruckt Pommerell. Urkundenbuch S. 612 Nr. 697; v. Wedel, Urkundenbuch zur Geschichte des Geschlechts von Wedel II 1 S. 61 Nr. 105.

2657.

1311 April 8.

Herzog Otto I. befreit das Kloster Colbatz von Zoll und Ungeld.

Nos Otto dei gracia dux Slavorum et Cassubie ac dominus in Stetin universis Cristi fidelibus presencia visuris salutem et veram pacem. Quamvis dilecti nobis in Christo abbas et conventus monasterii Colbacensis a nostris progenitoribus et a nobis per evidencia privilegia sufficienter sunt muniti, ut res ipsorum et naves et annona, quam deducunt vendendam, ut sibi necessaria ad victum et alios usus acquirant, in omni dominio nostro ab omni theloneo et ungeldo et qualibet exaccione alia sint libere et exempte, tamen, quia periculosum est ipsis per tot devia ac pericula terrarum et marium privilegia sua ducere, quieti et paci[1]) eorum providere cupientes, ipsis presentes litteras dedimus, per quas volumus, ipsos fratres et res ipsorum et naves et annonam, si quam deducunt, et servientes ipsorum ab omni theloneo et ungeldo et a qualibet alia exaccione et vexacione liberos esse debere et solutos, precipientes universis nostris subditis et officialibus sub optentu gracie nostre, ne ipsos fratres in rebus ipsorum et personis presumant aliquatenus inpedire. In cuius rei testimonium presentes litteras dedimus nostri sigilli munimine roboratas. Datum anno domini M° CCC° XI°, feria quinta ante diem pasche.

[1]) pace. Matrikel.

Nach der Colbatzer Originalmatrikel Bl. 94 v Nr. 266. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1988.

2658.

1311 Mai 2 Stettin.

Herzog Otto I. schenkt dem Ritter Hermann von Schöning und seinem Sohne Betekin vier Hufen in Megow, und gestattet, daß sie zwei der dortigen Kirche überweisen, zwei für sich behalten als Entschädigung für die Mühlenpacht aus der Heiligen Geistmühle, die sie dem Nonnenkloster zu Pyritz überlassen haben.

In nomine domini amen. Otto dei gratia dux Slavorum ac Cassubiae et dominus in Stetin universis Christi fidelibus, ad quos praesens scriptum pervenerit, salutem in domino Ihesu Christo sempiternam. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam ordo rationis quam vigor aequitatis exigit, ut id ad effectum debitum perducatur. Hinc est quod notum esse volumus universis et ad singulorum notitiam tam praesentium quam futurorum cupimus faeliciter pervenire, quod precibus fidelium nostrorum vasallorum strenuorum militum Hermanni et filii sui Betkini dicti de Schininge, quae ex radice magnae devotionis procedere dinoscuntur, inclinati attendentes, quod cultus divinus non debet minui, sed potius augeri, dedimus et donavimus proprietatem quatuor mansorum in villa Megowe cum suis terminis, cum omni iure, iurisdictione, ab omni praecaria, exactione, talliis, sine quolibet servicio castrensi, rusticano et qualicunque nomine censeatur, debent penitus esse liberi et exempti, quorum mansorum duos ad dotem ecclesiae in Megowe sacerdoti, qui pro tempore fuerit, dotarunt et assignarunt, alios vero duos mansos obtinebunt dicti eorumque legittimi haeredes in recompensam pactus, quem habuerunt in molendino, quod dicitur sancti Spiritus, et[1]) praeposito et conventui sanctimonialium in Piritz

dederunt et assignarunt, per quae omnis dissensionis materia, quae inter iam dictum praepositum et conventum sanctimonialium in Piritz, ex una, et dictos Hermannum et filium suum Betekinum, parte ex altera, vertebatur, exstitit, mediante discretorum virorum consilio, totaliter sopita et amputata. Ut autem dicta nostra donatio proprietatis perpetuis temporibus per nos et per nostros legittimos haeredes firma et inconvulsa permaneat et aliqualiter non infringatur, praesens scriptum nostri sigilli munimine fecimus communiri. Testes huius rei sunt Gerhardus dictus de Bertikow[2]), Henningus et Wernherus dicti Bucman et Henricus dictus de Poklente, noster advocatus, milites, et alii quam plures clerici et laici fide digni. Datum et actum per manus nostri notarii Ulrici anno domini MCCCXI in Stettin, sexto Nonas Maii.

[1]) et fehlt. Kop. [2]) Wertikow. Kop.

Nach der Matrikel des Klosters Pyritz im Staatsarchive zu Stettin (Mscr. I 31) Bl. 9 v.

Gedruckt v. Schöning, Geschichtliche Nachrichten von dem Geschlechte von Schöning II S. 16 Nr. 68.

2659.

1311 Mai 12.

Eintragung im Greifswalder Stadtbuche wegen einer durch die Bürger von Greifswald und Stralsund in Lübeck gemachten Anleihe von 2000 Mark Silber und 900 Mark wendisch.

Notum sit quod honesti viri dominus Thidericus de Dorpen, Conradus Rederi, Gherwinus de Zemelow, Zlaweke de Scafroden, Hynricus de Rode, Iohannes de Rethem, dominus Iohannes de Meppen, burgenses de Stralessunt, Hynricus de Gorislaw, Lambertus de Leceniz, Hynricus de Gorislaw iunior, Iohannes de Lubeke, Iohannes de Gorislaw, Bertramus de Wampen, burgenses nostri et consules, et eorum veri heredes tenentur communi manu Hynrico Wrocht, Hynrico de Borecholte, Michaheli de Lunden, Hemelrico[1]) Papen, Radolpho de Wistraten, Iohanni de Wistraten, Iohanni Stefphani, Arnoldo Stefphani et Cristiano Hudecopere et eorum veris heredibus, burgensibus in Lubeke, duo milia marcarum puri argenti signo civitatis Roztoc signati cum nongentis marcis denariorum slavicalium in festo beati Martini nunc proxime venturo persolvenda[2]). Datum anno domini M° CCC° XI°, feria quarta ante Rogaciones. Item sciendum est, quod de predicta pecunia dominis burgensibus in Lubec medio tempore aliquid persolutum fuerit, de ea summa persolucionis predicti fideiussores manebunt liberi et soluti. Datum anno et die supradicto.

[1]) Helmelrico. Stadtbuch. [2]) persolvendos. Stadtbuch.

Nach dem ältesten Greifswalder Stadtbuche im Stadtarchive zu Greifswald (Liber memorabil. XIV) Bl. 3.

Gedruckt Kosegarten, Pomm. u. Rüg. Geschichtsdenkmäler I S. 90; Fabricius IV 2 S. 13 Nr. CCCCIII (614 a); Lüb. Urkundenbuch III S. 53 Nr. 55; Meklenb. Urkundenbuch V S. 580 Nr. 3470 (Regest); Pomm. Genealogien IV S. 53 (Auszug).

2660.

1311 Mai 14.

Eintragung im Stralsunder Stadtbuche wegen der in Nr. 2659 erwähnten Anleihe.

Anno domini millesimo CCC° undecimo, sexta feria proxima ante ascensionem[1]) domini hec sunt incepta. Sciendum quod dominus Theodericus de Dorpen, Conradus Rederi, Gerwinus de Zemelowe, Iohannes de Meppen, Henricus de Rodhe, Iohannes de Rethem, Slaweke

de Scapruden, burgenses de[2]) Stralessunt, Hinricus de Gozslawe, Lambertus de Leceniz, Hinricus de Gozslawe iunior, Iohannes de Lubec, Iohannes de Gozslawe[3]), Bertrammus de Wampen, burgenses de Gripheswalt, et eorum veri heredes tenentur communi manu Hinrico Wroth, Hinrico de Bocholte, Michaheli de Lunden, Hemelrico Papen, Rodolfo de Vistraten, Iohanni Stephani, Arnoldi Stephani et Cristiano Hydekop eorumque veris heredibus duo milia marcarum puri argenti Rostocensi signo signatarum et nongentas marcas slavicorum denariorum de proximo festo beati Martini ad tres annos solvendorum.

1) assencionem. Stadtbuch. 2) de fehlt. Stadtbuch. 3) I. de G. fehlt. Stadtbuch.

Nach dem zweiten Stralsunder Stadtbuche (1310 ff.) Bl. 7 v.

Gedruckt Fabricius IV 2 S. 14 Nr. CCCCIII (614 b).

2661.

1311 Mai 15 Prohn.

Fürst Wizlaw III. von Rügen verleiht dem Stralsunder Bürger Johann von Meppen, sowie dessen Gattin, Söhnen und Bruder das Dorf Luppat.

Wiz(laus) dei gracia princeps Ruyanorum omnibus Christi fidelibus presencia visuris vel audituris salutem in omnium salvatore. Noverint universi presencium inspectores, quod nos matura deliberacione prehabita nobis dilectis Iohanni de Meppen, burgensi in Stralessunt, ac eius uxori dicte Svenneke, Gherardo, Hermanno, filiis suis, Hermanno, fratri suo, eorumque veris heredibus contulimus in solidum sive coniuncta manu villam Luppate vero iure homagii sine omni servicio cum omnibus suis attinenciis infra terminos ipsius ville contentis, scilicet pascuis, pratis, rubis, agris cultis pariter et colendis, eciam cum omnibus fructibus, qui nunc sunt in dictis bonis et in perpetuum poterunt provenire ex eisdem industria vel natura cum omni comodo perpetue possidendam. In cuius rei testimonium presentem litteram sigilli nostri munimine duximus roborandam. Testes vero huius rei sunt Si(fridus) de Plone, Er(nestus) Budde, advocatus noster, Otto de Plone, Ar(noldus) de Vitzen, Hinricus cum Plate, Reyn(fridus) Penitze, Thi(dericus) Sukow, Er(nestus) de Hoykenhagen, Hermannus de Wokenstede, Nico(laus) de Divitze, noster marscalcus, milites nostri fideles, Otto Slore, plebanus in Sundis, Nico(laus) Starkow, plebanus in Bard, nostre curie notarius, Albertus Pinguis, noster scolaris, Thidemanus Travenemunde et alii quam plures fide digni. Actum et datum in castro nostro Peron anno domini M° CCC° XI°, in sabbato ante ascensionem[1]) domini nostri plasmatoris.

1) ascencionem. Codex.

Nach dem Codex Rugianus Bl. 33 v Nr. 112.

Gedruckt Fabricius IV 2 S. 14 Nr. CCCCIV (615).

2662.

1311 Mai 22 Stettin.

Bischof Heinrich von Camin gibt dem Kloster Zehden die Pfarrkirchen zu Dölzig, Wrechow, Nordhausen und Wubiser als Tafelgüter.

Heynricus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus presentem literam intuentibus salutem in omnium salvatore. Quoniam habere memoriam omnium pocius est divinitatis quam humanitatis, necesse est, ea instrumentis publicis confirmari et, ut quod

robur accipiat, dignum est, confirmacionis beneficio suffragari. Ad noticiam igitur omnium cupimus pervenire, quod ad nostram venerint presenciam dilectus nobis Adolfus, prepositus, et Mecht(ildis), abbatissa sanctimonialium cenobii in Cedena, nobis exponentes, quod propter tenuitatem reddituum seu proventuum suorum persone claustri sui non sufficiant sustentari, unde cum consilio discretorum de unanimi consensu conventus sui decreverint pensionem annualem ecclesiarum subscriptarum, videlicet Dolseke, Wrech, Narthusen et Wobiser, quarum ius patronatus ad eosdem scilicet prepositum, abbatissam et conventum sanctimonialium in Cedena dinoscitur pertinere, usui suorum perpetue ad mensam conventus ibidem apponere et assignare, de prefatis ecclesiis vicarias perpetuas statuendo. Quam ob rem attencius exorarunt, ut ipsorum paupertatem inspicientes ordinacionem seu statutum supradictum propter deum confirmare auctoritate ordinaria dignaremur. Ipsorum igitur piis precibus inclinati attendentes, quod, cum a nobis petitur, quod iustum fuit et honestum, tam vigor equitatis, quam ordo racionis exigit, ut id per sollicitudinem nostri officii ad effectum debitum perducatur, statutum seu ordinacionem prehabitam approbamus atque eam auctoritate ordinaria in nomine domini presentibus confirmamus, pensionem dictarum ecclesiarum debitam ad usus domini . . prepositi et conventus presentibus assignantes, inhibentes nichilominus sub pena anathematis, ne quispiam huiusmodi ordinacionem ac prenotatam nostram confirmacionem molestare aut infringere audeat quoquo modo. In horum evidenciam singulorum presentem literam exinde confectam nostri sigilli munimine fecimus communiri. Datum Stetyn anno domini M° CCC° XI°, sabbato post festum ascensionis dominice.

Nach einem in Kupfer gestochenen Faksimile des Originals im Staatsarchive zu Stettin s. r. Allgem. geistl. Urkunden. An dem Originale hing das beschädigte Siegel des Ausstellers an Seidenfäden.

Gedruckt (Oelrichs), Beyträge zur Brandenburg. Gesch. S. 28; Riedel, Cod. dipl. Brand. I 24 S. 10 Nr. 14.

2663.

1311 um Mai 30.

Giso Wollenweber verfügt vor Antritt seiner Wallfahrt über sein Haus und vermacht den Kirchen Greifswalds für den Fall seines Todes Renten.

Coram nobis comparuit Ghiso Laneustextor, proponens passagium peragere in honore beati Iacobi apostoli, assignando patri Marquardo hereditatem suam sitam in nova civitate, si vivus de via non redierit, ad tempora sue vite. Mortuo eo patre, dicta hereditas iure hereditario redibit ad alios pueros dicti Marquardi et ad fratres et sorores predicti Ghisonis, nec idem pater[1]) istorum puerorum, videlicet Marquardus[2]), dictam hereditatem vendere nec exponere potest temporibus sue vite. Item, si predictus Giso de via non rediret, et mortuo eo patre predicto, idem Giso assignavit ecclesiis in civitate Gripeswold, videlicet beato Iacobo VIII marcas, fratribus maioribus II marcas, sancto Spiritui II marcas, sancto Nicolao II marcas, ecclesie domine nostre II marcas, fratribus minoribus II marcas, sancto Georrio II marcas. Item, si predicta hereditas ex infortunio consumeretur, quod absit, dictis ecclesiis sicut parentibus de nummero (?) marcarum deperiret. Actum circa penthecostes anno supradicto.

[1]) patri. Stadtbuch. [2]) Marquardo. Stadtbuch.

Nach dem ältesten Greifswalder Stadtbuche (Liber memorabil. XIV) Bl. 36.

2664.

1311 um Juni 24.

Gertrud, Witwe des Heinrich vom Rhein, mietet auf drei Jahre das dem Heiligen Geist-Hospital gehörige Haus gegenüber der St. Nikolaikirche zu Greifswald.

Anno domini M° CCC° XI° a festo beati Michahelis ad tres annos convenit relicta Hynrici de Reno bone memorie, domina Ghertrudis, domum sancti Spiritus in opposito beati Nicolai, in qua[1]) idem Hynricus obiit, ita quod primo anno dabit pro eadem domo IIII^{or} marcas de(nariorum), aliis vero duobus annis dabit pro quolibet anno V^{que} marcas. Primo anno elapso, si aliquis dictam domum postea emere voluerit ad tempora[2]) sue vite, talis conventio cum predicta domina cassaretur, dummodo ei prius prediceretur per quartale. Actum circa festum beati Iohannis baptiste anno supradicto.

1) quo. Stadtbuch. 2) tempore. Stadtbuch.

Nach dem ältesten Greifswalder Stadtbuche (Liber memorabil. XIV) Bl. 36 v.

Auszug gedruckt Pommersche Genealogien IV S. 49.

2665.

1311 Juni 25 Dargun.

Bischof Heinrich von Camin beauftragt den Propst Heinrich zu Güstrow, dem Kloster Doberan wegen eines durch Albrecht, Rektor der Scholaren von St. Jakobi zu Rostock, an dem Laienbruder Ludolf verübten Überfalls und Verwundung Recht zu verschaffen.

Hinricus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus honorabili viro domino Hinrico, preposito Gustrowensi, salutem in domino. Noveritis, nos litteras sanctissimi patris ac domini domini Allexandri pape IIII^{ti} in nulla sui parte suspectas de verbo ad verbum in hec verba recepisse — — — (Folgt Urkunde Papst Alexanders IV. von 1257 August 13, Meklenb. Urkundenbuch II S. 109 Nr. 802) — — — Cum igitur venerabilis dominus abbas de Doberan et sui fratres coram nobis proposuerint conquerendo, quod Albertus, rector scolarium apud sanctum Iacobum in civitate Rostok, in fratrem Ludolfum, conversum domus sue, infra cepta claustri Doberan manus iniecerit violentas ipsum conversum graviter vulnerando, et nos diversis negociis nostre ecclesie diversimode prepediti mandatum apostolicum ad presens exsequi non possimus, vobis in hac parte committimus vices nostras mandantes, ut domino abbati et suis fratribus de predicta iniuria faciatis fieri iusticie complementum. Datum Dargun anno domini M° CCC° XI°, in crastino sancti Iohannis baptiste.

Nach dem Originale im Hauptarchive zu Schwerin s. r. Kloster Doberan. Das abhangende Siegel fehlt.

Gedruckt Meklenb. Urkundenbuch V S. 586 Nr. 3477.

2666.

1311 Juni 26 Stolp.

Markgraf Waldemar von Brandenburg quittiert dem Deutschorden in Preußen den Empfang des Kaufgeldes für Pommerellen in Höhe von 10 000 Mark.

— — — — — — — — — — — — — — — — — — — —

Acta sunt hec in Stolpa — — — anno incarnacionis dominice M° CCC° XI°, VI. Kalendas Iulii.

Nach der Abschrift im Staatsarchive zu Königsberg i. Pr. im Ordensfolianten Nr. 67 (früher A 18) Bl. 18 Nr. 46. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1191.

Gedruckt Pommerell. Urkundenbuch S. 612 Nr. 698; von Wedel, Urkundenbuch zur Geschichte des Geschlechts von Wedel II 1 S. 62 Nr. 106.

2667.

1311 Juni 26 Stolp.

Bernhard von Plötzke, Friedrich von Alvensleben und Drotzeke verbürgen sich, daß Markgraf Johann V. von Brandenburg nach erlangter Volljährigkeit dem Deutschorden gleichfalls über die Kaufsumme für Pommerellen quittieren werde.

— — — — — — — — — — — — — — — — — — — —

Datum in Stolpa anno incharnacionis dominice millesimo tricentesimo undecimo, sexto Kalendas Iulii.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Königsberg i. Pr. (Schiebl. 41 Nr. 9).

Gedruckt Riedel, Cod. dipl. Brand. I 17 S. 372 Nr. 2; Urkundenbuch des Geschlechts von Kröcher I S. 51 Nr. 87; von Mülverstedt, Cod. dipl. Alvensleb. I S. 180 Nr. 338; Pommerell. Urkundenbuch S. 613 Nr. 699.

2668.

1311 Juli 5 Stettin.

Die Provisoren des Heil. Geist-Hospitals zu Stettin überlassen der Schwester Ermgard einen Zins von zwei Mark von einem Hause in der Wiek.

Actum II[a] feria post Petri et Pauli. Provisores domus sancti Spiritus resignaverunt sorori Ermegardi censum II marcarum super hereditatem in vico apud civitatem.

Nach dem ältesten Stettiner Stadtbuche Bl. 12 im Staatsarchive zu Stettin (Dep. Stadt Stettin Tit. XII Sekt. 2 Nr. 1 c).

2669.

1311 Juli 9.

Herzog Erich von Sachsen-Lauenburg schließt mit dem Grafen Nikolaus von Schwerin einen Frieden bis Michaelis 1314.

Ericus dei gracia dux Saxonie, Angarie et Westfalie, et Nicolaus eadem gracia comes Zwerinensis universis presens scriptum visuris seu audituris salutem in domino. — — — Denique, si quisquam principum aut dominorum hiis, quos de occisione et captivitate predictis

suspectos habemus, prestare voluerit auxilium aut iuvamen, contra illum unus nostrum alterum toto suo posse iuvabit, sex principibus et dominis dumtaxat exclusis, quorum — — — nos Nicolaus, comes Zwerinensis, similiter tres excipimus, videlicet dominum Woldemarum, marchionem Brandenburgensem, et ducem Iucie et principem Ruyanorum, contra quos unus nostrum alteri in nullo casu prestabit auxilium aut favorem. — — — Datum anno domini M° CCC° XI°, in crastino Kyliani et sociorum eius.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Schleswig s. r. Herzogtum Lauenburg Nr. 36, mit den beschädigten Siegeln an Pergamentstreifen.

Gedruckt Meklenb. Urkundenbuch X S. 532 Nr. 7269; Sudendorf, Urkunden der Herzoge von Braunschweig und Lüneburg VII S. 11 Nr. 3.

2670.

1311 Juli 20 Berwick upon Tweed.

König Eduard II. von England gebietet dem Sheriff von Norfolk und Suffolk auf die Klage einiger Kölner Kaufleute, daß ihnen infolge des gegen die Kaufleute von Westfalen, Lübeck, Staveren, Kampen, Groningen, Rostock, Greifswald, Hamburg und Stralsund wegen eines Seeraubes an Herrn Heinrich von Beaumont erlassenen Haftbefehls 150 Faß Stahl beschlagnahmt sind, das beschlagnahmte Gut freizugeben, nachdem ihre Unschuld und ihre Zugehörigkeit zum Erzbistum Köln festgestellt ist.

R(everendo) vic(ecomiti) Norff(olcensi) et Suff(olcensi) salutem. Accedentes ad nos Tidemannus de Assle, Henricus Cume, Iohannes de Beyk, Iohannes de Assle, Siwardus de Crane et Albertus de Assle, mercatores de potestate Coloniensis archiepiscopi, sicut dicunt, nobis conquerendo monstarunt, quod tu virtute cuiusdam mandati nostri nuper tibi directi de bonis et mercimoniis hominum et mercatorum de Westfale, de Lubyke, de Stavre, de Campe, de Grenynge, de Rustok, de Gripeswold, de Hamborgh et de Strailesound occasione cuiusdam depredacionis dilecto consanguineo et fideli nostro Henrico de Bellomonte dudum supra mare per malefactores de villis et locis predictis facte arestandis et salvo custodiendis, donec prefato Henrico esset de roberia predicta debite satisfactum vel aliud super hoc a nobis haberes in precepto, sepcies viginti et decem barellos aceri predictorum Tidemanni, Henrici, Iohannis, Iohannis, Siwardi et Alberti, ac si ipsi de Westfale vel Lubyk aut aliis villis predictis essent, cum non sint, arestasti et sic arestatos detines minus iuste in ipsorum dispendium non modicum et gravamen. Et quia Tidemannus, Henricus et eorum socii predicti constanter asseruerunt, se non esse de villis seu locis, unde dicti malefactores existunt vel de potestate villarum seu locorum illorum seu alicuius eorumdem, et quod ipsi vel aliqui alii de potestate predicti archiepiscopi roberiam seu transgressionem aliquam prefato Henrico vel aliquibus seu alicui de hominibus suis hactenus non fecerunt. Per quod nos considerantes, non esse consonum equitati, quod ipsi mercatores, si de roberia predicta essent inmunes et non essent de subiectione seu potestate villarum aut dominorum, de quorum dominio aut potestate dicti transgressores existunt, pro delictis transgressorum predictorum taliter punirentur, tibi precepimus, quod per sacramentum tam mercatorum quam aliorum proborum etc., per quos etc. in presencia attornati predicti Henrici ad hoc per te premuniendi, si interesse vellet, diligenter inquireres, si predicti Tidemannus, Henricus, Iohannes, Iohannes, Siwardus et Albertus essent de potestate vel dominio villarum seu locorum de Westfale, de Lubik, de Stavre, de Camp, de Greninge, de Rustok, de Gripeswold, de Hamborgh

et de Strailessound vel alicuius eorumdem necne, et utrum iidem Tidemannus, Henricus, Iohannes, Iohannes, Siwardus et Albertus vel aliquis eorumdem predicte roberie interfuerint vel interfuerit et partem bonorum ablatorum habuerint vel habuerit necne. Per quam quidem inquisicionem per te factam et in cancellariam nostram retornatam est compertum, quod prefatus Tidemannus et socii sui predicti sunt mercatores de potestate archiepiscopi Coloniensis et non de potestate vel dominio villarum seu locorum predictorum nec alicuius eorumdem nec roberie predicte interfuerunt nec partem aliquam predictorum bonorum ablatorum habuerunt, tuque nobis retornasti, quod attornatus predicti Henrici de Bellomonte in balliva tua moram non fecit, postquam mandatum nostrum predictum ad te venit, propter quod in absencia ipsius attornati dictam cepisti inquisicionem. Nos igitur volentes tam prefato Henrico quam mercatoribus predictis iusticie complementum fieri in hac parte, tibi precipimus, quod accepta a prefato Tidemanno et sociis suis predictis sufficienti securitate, pro qua respondere volueris de respondendo prefato Henrico de Bellomonte die lune in crastino assumpcionis beate Marie apud Lond(onium) de valore predictorum sepcies viginti et decem barillorum aceri, ut premittitur, arestatorum iuxta legalem appreciacionem inde per te factam vel adhuc, si necesse fuerit, faciendam, nisi tunc racionabiliter docere poterunt, se non esse de potestate vel dominio villarum seu locorum predictorum nec roberie predicte interfuisse seu aliquam partem bonorum predictorum sic ablatorum habuisse, per quod bona sua occasione roberie predicte secundum consuetudinem in huiusmodi casu optentam non debeant arestari, predictos sepcies viginti et decem barellos aceri sine dilatione dearestari prefatis Tidemanno et sociis suis liberari facis per securitatem predictam ad commodum suum inde faciendum, prefatum Henricum de Bellomonte vel eius attornatum in hac parte premuniendo, quod dictis die et loco intersit ad proponendum et ad ostendendum pro se, que in hoc negocio fuerunt proponenda, si sibi viderit expedire. Et habeas ibi nomina manucaptorum et hoc breve. T(este) r(ege), apud Ber(ewycum) super Twedam, XX. die Iulii.

Nach Close roll [Chancery] 5 Edward II. 31 im Public record office zu London.

Regest im Hans. Urkundenbuch II S. 82 Nr. 196.

Die Aufhebung des Arrests wurde am 6. Oktober wieder verschoben, da eines Formfehlers wegen die Untersuchung der Zugehörigkeit der Kläger wiederholt werden muß: Close roll [Chancery] 5 Edward II. 25.

2671.

1311 Juli 22 Vierraden.

Herzog Otto I. verspricht den Markgrafen Waldemar und Johann V. von Brandenburg, daß der Baum zu Stettin ihnen und ihren Untertanen stets offen stehen soll.

Wi Otte van der gnade gods hertoge to Stetyn bechennin und betugin an dissim openen brife, dat wi mit usen veddern Woldemar und Jane, marggraven to Brandenborg, gededinget hebbin, dat di bôm to Stetyn open scal wesen en und eren rechten erven und eren steden und mannen ut und in tô varende an hindernisse ewilikin, also dat se eren rechten tollen geven, di van aldere gestan hebbe. Dat wy und use erven dit stede holden, dat hebbe wy entruwen gelovet und use brife dar upp gegevin besigelt mit usem insigel. Disser dinge sint

tůge bysschop Heinrik van Kemin, provest Hildebrant, her Heinrik van Pokelente, her Heinrik van Steinbeke, und her Henning Bukeman. Disse brief is geschreven und gegevin to den Vierraden na der bort gods M° CCC° XI°, in sunte Marien Magdalenen dage.

Nach dem Copiarium Marchicum I. 7. 1, Bl. 36 v im Geh. Staatsarchive zu Berlin (Repositur 78 a Nr. 1, früher I C 4 in quarto). Abschrift im Staatsarchive zu Stettin: Stettiner Archiv P. I Tit. 28 Nr. 28 Bl. 292.

Gedruckt Gercken, Cod. dipl. Brandenb. I S. 197; Riedel, Cod. dipl. Brandenb. II 1 S. 310 Nr. 395.

2672.

1311 Juli 23.

Bischof Heinrich von Camin transsumiert die Urkunde Papst Alexanders IV. von 1257 August 13 für das Kloster Doberan.

Hinr(icus) dei gracia Caminensis ecclesie episcopus honorabili viro domino . . preposito in Gustrowe salutem in domino sempiternam. Tenore presentium recognoscimus protestantes, quod nos litteras domini Alexandri pape quarti non rasas, non cancellatas, non abolitas nec in aliqua sui parte viciatas, sed integras et rationabiles recepimus in hec verba — — — (Folgt Urkunde von 1257 August 13, Mekl. Urkundenbuch II S. 109 Nr. 802.) — — — Cum igitur venerabilis dominus abbas et fratres monasterii de Doberan gravi querimonia deposuerint coram nobis, quod a plurimis dei timorem postponentibus in bonis et personis suis graviter et multipliciter molestentur, super hiis sepius requirentes per nos sibi fieri iusticie complementum et nos, diversis negociis nostre ecclesie quam plurimum prepediti, eis subsidium defensionis, ut tenemur auctoritate presentium et vellemus, prout eisdem expediret, inpendere non possimus, vobis auctoritate apostolica et nostra sub virtute sancte obedientie precipimus et mandamus, quatenus auctoritate presentium et nostra insuper divine remunerationis intuitu omnes malefactores de omnibus iniuriis, quas dominus abbas et sui fratres legitime proposuerint coram vobis per censuram ecclesiasticam, ut predictis domino abbati et suis fratribus satisfaciant, conpellatis. Datum anno domini M° CCC° XI°, in crastino beate Marie Magdalene.

Nach dem Originale im Hauptarchive zu Schwerin s. r. Kloster Doberan, mit abhangendem Siegel.

2673.

1311 Juli 29 Stettin.

Herzog Otto I. bekundet, daß Ritter Heinrich von Stegelitz fünf Hufen in Hohenselchow der St. Marienkirche zu Stettin geschenkt habe.

In nomine domini amen. Otto dei gratia dux Slavorum et Cassubiae et dominus in Stettyn universis Christi fidelibus in perpetuum omne bonum. Cum non reputetur donum nisi ampliatum, igitur ex donatione successoria nostra interest, ecclesiam sanctę Mariae in Stettin in eius redditibus ampliare, quam pater noster dux Barnim inclitus suis donationibus funditus radicavit. Quam ob rem tam presencium sciat natio quam foelix successio futurorum, quod Hynricus de Stegeliz miles quinque mansos suos in villa Selechow sitos cum suis pertinentiis, cum advocatia et iudicio et omni libertate et proventibus et praeterea, sicut eosdem a nobis

feudaliter habuit, in usum canonicorum ecclesiae sanctae Marię in Stettyn emptionis pure tytulo transtulit in perpetuum possidendos et nobis ad manus eorundem canonicorum resignavit eosdem cum suis terminis et pertinentiis supradictis. Nos quoque pia ratione supradicta moti in memoriam nostrorum progenitorum et nostrae animae salutem ipsis canonicis eosdem mansos quinque apropriavimus in perpetuum obtinendos cum omni libertate, servicio et pertinentiis predictis et universis, quae nobis et nostris poterint haeredibus succedere in futurum. Cuius donationis et apropriacionis testes sunt Theodericus Luchto, noster marscalcus, Wilhelmus Trampo, Iohannes et Wernerus de Bůken, milites, et in eiusdem testimonium nostro sigillo roboramus presens scriptum. Datum per manus Ulrici, nostre curie notarii, anno domini M° CCC° undecimo, in die beati Foelicis pape, in Stettin.

Nach der Matrikel der Marienkirche in dem Archive des Marienstifts (Tit. I Sekt. I Nr. 1) Bl. 32; Abschrift im Diplomatarium eccl. S. Mariae, Tom. II Nr. 42.

2674.

1311 August 10.

Das Heil. Geist- und das St. Georg-Hospital zu Greifswald erhalten auf vier Jahre 20 Mark Rente aus Andreas Sternbergs Hause in der Knopfstraße, wiederkäuflich für 200 Mark.

Anno domini M° CCC° XI, in die beati Laurencii, placitatum coram nobis, quod domus sancti Spiritus nostre civitatis et domus infirmorum beati Georrii habent in hereditate Andree Sternenberch, videlicet domo lapidea, que quondam fuerat Thiderici Sternenberch sui fratris, sita in[1]) platea nodi, ad quatuor annos XX marcarum redditus quovis anno. Hiis quatuor annis elapsis, dictus Andreas predictos redditus redimere potest pro CC^{tis} marcis denariorum, contradictione qualibet amputata.

[1]) in fehlt. Stadtbuch.

Nach dem ältesten Greifswalder Stadtbuche (Liber memorabil. XIV) Bl. 36 v.

2675.

1311 August 22.

Spruk der Jüngere und Lambert Fleischer, Bürgermeister, Pilgrim und Heinrich Wendelsdorf, Kämmerer, und die Ratmannen zu Cöslin übertragen dem Grubo und Heinrich Fleischer das Dorf Gohrband für vier Jahre frei und später gegen eine jährliche Abgabe von 26 Schilling wendischer Pfennige von jeder Hausstelle, von zwei Schillingen für den Schoß und von zwei Mark vom Kruge.

In nomine domini amen. Universis Christi fidelibus in perpetuum presencia visuris vel audituris iunior Spruk, Lambertus Carnifex, proconsules, Pelgrim et Hynricus Wendelstorp, camerarii, ceterique scilicet Vulpes, Dytbernus Surekowe, Hynricus Vredelant, Hermannus Smorre, Hynricus frater prepositi, Hermannus Darsowe, Tymmo Holzte, Thidemannus Sukowe, presentis anni consules, necnon universitas burgensium seu civium civitatis Kusselyn salutem et obsequium in domino cum affectu. Recognoscimus igitur omnibus et singulis per eadem presencia publice protestando, videlicet quot [!] de omnium nostrum communi consensu pariter et assensu nostram

nostreque proprietatis villam dictam Gurbanz Gruboni et Hynrico Carnifici et consequenter omnibus ipsorum sequentibus cum eis unanimiter iam nominatam villam possidere cupientibus possidendam contulimus sub modis et condicionibus infrascriptis. Primo videlicet quot [!] dicti possessores et incole dicte ville Lubycensi iure regantur. Item quot [!] ad quamlibet aream in eadem villa existentem ac repertibilem decem iugera agrorum pertineant absque suffragio pratorum spaciose mensurata. Quos quidem agros dicti possessores quatuor annis a festo sancti Mychahelis archangeli proxime venturo continuandis plenaria libertate possidebunt, sed dictis quatuor annis terminatis et expletis, de cetero perpetuis temporibus semper annuatim de qualibet area possessa ab ipsarum possessoribus dabuntur et exsolventur nobis annue pensionis viginti et quatuor solidi slavicalium denariorum seu denariorum slavicalis monete. Item quilibet eorumdem possessorum pro sua consagittacione seu scottacione, quod proprie dicitur schot, semper annuatim eciam dabit nobis duos solidos denariorum dicte monete. Item de taberna a tabernatore vel tabernatrice ibidem duo marce denariorum eiusdem scilicet slavicalis monete annualis redditus singulis annis nobis perpetualiter exsolventur. Hinc est eciam videlicet quot [!] dedimus et in hiis scriptis damus predictis conmuniter possessoribus prata a dextris pontici aggeris seu pontis in exeundo sepedictam villam sita scilicet versus villam Sanowe exnunc semper libere possidenda. Et preterea nichillominus quoque volumus, ut fructibus silvestribus nostre ville sepiusdicte, vulgariter dictis mast, tam nostra pecora quam eciam pecora incolarum eam inhabitancium persepius tactorum in silvis eiusdem ville conpulsa sola pascantur, nullis aliis pecoribus quorumcumque eciam hominum tam cognitorum quam incognitorum ab extrinsecus coassumptis, nisi de nostro necnon eorumdem sepissime dictorum incolarum seu possessorum communi consensu pariter et assensu. Ut autem hec nostra actio a posteris sicut a presentis et moderni temporis hominibus rata et inconvulsa perpetualiter observetur, presentem paginam inde confectam donavimus ipsis quam plurimum recitatis possessoribus sigillo nostre predicte civitatis seu conmunitatis patenter roboratam. Actum et datum anno domini millesimo trescentesimo undecimo, in octava assumpcionis sancte dei genitricis et virginis Marie.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Stettin s. r. Dep. Stadt Cöslin Nr. 11, mit dem beschädigten abhängendem Siegel der Stadt. Abschrift in Haken, Diplomatarium Cussalinense (Kgl. Bibliothek zu Berlin: Mscr. boruss. Quart Nr. 4) S. 38 Nr. 16. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1199.

2676.

1311 August 27 Roeskilde.

Sivert Starkow bekundet, daß er von dem Magister Peter Herba, Vertreter des Bischofs Olaf von Roeskilde, sämtliche bischöflichen Güter auf Rügen mit den Bischofszehnten auf ein Jahr für 130 Mark wendisch und 30 Last Korn aus deu Zehnten gepachtet habe.

Omnibus presens scriptum cernentibus Sywardus dictus Starkowæ salutem in domino sempiternam. Noveritis me a viro venerabili domino magistro Petro Herba, vicario domini Olavi episcopi Roskildensis, locasse ad annum integrum, qui proximo festo beati Michaelis incipiet, omnia bona et singula cum decimis episcopalibus, que possidet idem dominus episcopus in Ruya, ita videlicet quod de ipsis bonis solvam centum triginta marchas denariorum monete sclavicalis post festum beati Martini confessoris, quando fuero requisitus, et de decimis triginta lastas siliginis eidem magistro Petro ex parte eiusdem domini episcopi solvere promitto infra

proximum festum pasche in meis expensis et suo periculo integraliter Hafnie ducendas vel alibi, ubi domino predicto placuerit. Denarios monete et precaminum, quod dicitur bedæpennynge, fideliter colligere promitto et sibi una cum aliis solvam. Residentes in bonis domini episcopi indebite non gravabo nec aliquibus pensionibus inconsuetis molestabo, set ipsos ab iniuriatoribus iuxta meum posse protegam et defendam et bona domini fideliter custodiam et personaliter residere promitto in curia Ralswiik et ipsam propriis sumptibus emendabo et, ubi invenero in tota terra Ruye bona ipsius domini episcopi ab aliquibus occupata, laborabo propriis sumptibus et expensis ipsa ad eius possessionem recomparare. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum Roskildie anno domini M° CCC° undecimo, sexta feria post diem beati Bartholomei apostoli.

Nach dem Originale im Reichsarchive zu Kopenhagen s. r. Rugen til Roskilde Stift 7 mit abhängendem grünem Wachssiegel. Abschrift im Diplomatarium Roskildense im Staatsarchive zu Stettin (Mscr. I 48) Nr. 6.

Gedruckt Fabricius IV 2 S. 14 Nr. CCCCV (616); Reg. Dan. II 1 S. 152 Nr. *974.

2677.

1311 August 27 London.

König Eduard II. von England befiehlt dem Sheriff von Norfolk die Auslieferung eines Schiffes zweier Kaufleute aus Staveren, welches infolge eines gegen die Kaufleute aus mehreren deutschen Städten, darunter Greifswald und Stralsund, erlassenen Arrestbefehls (vergl. Nr. 2670) in Lynn beschlagnahmt ist.

Nach Close roll 5 Edw. II. m. 27 im Public record office zu London.

Gedruckt Hans. Geschichtsquellen VI S. 38 Nr. 44.

2678.

1311 September 5 Colberg.

Bischof Heinrich von Camin bestätigt die vom Colberger Dekan Gottfried gestiftete und mit dem Zehnten von sechs Hufen in Neuklenz dotierte Minor-Präbende in der Kirche zu Colberg.

Hinricus dei gratia Caminensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus presencia visuris salutem in omnium salvatore. Iuste devotionis officium, ut robur firmitatis accipiat, dignum est confirmacionis beneficio suffragari. Hinc est quod honorabilis vir dominus Gotfridus, decanus ecclesie Colbergensis, pia motus devotione ad instaurandum in ecclesia Colbergensi novam prebendam puerilem ad augmentandum divinum cultum eidem nove prebende integram decimam sex mansorum in villa Nyclens sitorum legitime addotavit, que quidem nova prebenda iam dicta Lodovico dicto de Salice scolari, filio fratris predicti domini Gotfridi decani Colbergensis, ad peticiones nostras est cum unanimi consensu ecclesie Colbergensis capituli assignata ita videlicet, quod, cum locus se obtulerit, secundum consuetudinem dicte ecclesie ascendere poterit ad maiorem. Hiis igitur premissis, prefatus dominus Gotfridus decanus et capitulum ecclesie Colbergensis nobis humiliter supplicarunt, ut huiusmodi nove prebende instaurationem confirmare dignaremur. Quorum precibus inclinati attendentes, quod, cum a nobis petitur, quod iustum fuerit et honestum, tam vigor equitatis quam ordo rationis exigit, ut id per sollicitudinem nostri

officii ad effectum debitum perducatur, memorate nove prebende instaurationem approbamus, considerantes nichilominus ipsam rationabilem esse factam eamque auctoritate ordinaria in nomine domini presentibus confirmamus, inhibentes sub pena anathematis, ne quispiam huiusmodi nostram confirmationem infringere aut molestare audeat quoquomodo. In evidentiam premissorum nostrum sigillum presentibus duximus appendendum. Datum Colbergh anno domini M° CCC° undecimo, in die dominica ante festum nativitatis beate Marie virginis gloriose.

Nach Dregers Abschrift der Matrikel des Colberger Domkapitels (Löper Mscr. 221) S. 17 Nr. 19; Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1194.

Gedruckt Wachsen, Geschichte der Altstadt Colberg S. 410.

2679.

1311 September 6 Nakskov.

Fürst Heinrich von Mecklenburg verpflichtet sich, dem Könige Erich von Dänemark auf dessen Wunsch jederzeit die Festen und Länder der Herrschaft Rostock zurückzugeben, die er nur als königlicher Hauptmann innehat.

— — — — — — — — — — — — — — — — — — — —

Promittimus insuper ordinare eidem domino regi Dacie literas dominorum Wizslai, principis Ruyanorum, Ottonis, ducis Stetinensis, Wartzslai, ducis Slavorum et Cassubie, Ottonis, ducis Lunenburgensis iunioris, et Adolfi, comitis de Schowenburgh, infra festum Michaelis proximum, quibus promittent, quod omnia premissa eidem domino regi Dacie vel successori ipsius ex parte nostra inviolabiliter observentur. In cuius testimonium sigillum nostrum una cum sigillo domini Gherardi comitis predicti presentibus sunt appensa. Datum Nakschogh anno domini M° CCC° undecimo, feria secunda proxima ante nativitatem beate virginis.

Nach dem Originale im Reichsarchive zu Kopenhagen s. r. Mecklenburg 2 mit zwei Siegeln an Pergamentstreifen. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1196.

Gedruckt Pontan, Rerum Dan. hist. VII 306; Hvitfeldt, Danmarckis Rigis Krønicke S. 356; Westphalen, Mon. ined. IV 955; Meklenb. Urkundenbuch V S. 592 Nr. 3484; Fabricius IV 2 S. 3 Nr. 617 (Auszug); Hasse, Schleswig-Holstein-Lauenburg. Reg. u. Urk. III S. 125 Nr. 237.

2680.

1311 September 11.

Dietrich von Köthen überträgt dem Nonnenkloster zu Pyritz eine Insel in Naulin nach dem Tode des dortigen Pfarrers Jakob, sowie 24 Schillinge aus einer Bäckerei und 8 Scheffel Korn aus der Mühle daselbst.

Theodericus dictus de Kotene universis Christi fidelibus presentia visuris salutem in domino. Cum humanum genus, sicut patet evidentius, caliditate quadam detestabili pronius sit, factis rationabilibus detrahere, quam neglecta corrigere, necesse est eius versuciis omni sollicitudine obviare. Notum igitur sit omnibus hanc literam audituris, quod nos . . preposito, priorissae totique conventui sanctimonialium in Piritz insulam unam vulgariter dictam Werdere sitam in villa Neulin contulimus divinae remunerationis intuitu perpetuo possidendam, conditione

tamen tali interposita, quod iam dictam insulam dominus Iacobus, plebanus ibidem, possideat ad tempora vitae suae. Post mortem vero suam cedat, omni ambignitate postposita, sanctimonialibus supradictis. Item in remissionem peccaminum antecessorum nostrorum et pro salute animarum parentum nostrorum, maxime quia sepulturam iam dicto cum omnibus parentibus nostris elegimus in conventu superius recitato, eidem conventui XXIIII solidos in pistrina quadam et VIII modios siliginis in molendino ibidem assignamus libere possidendos[1]. In huius donationis nostrae certitudinem ampliorem cum appensione sigilli nostri sibi dedimus presens scriptum. Testes huius rei sunt Io(hannes), plebanus in Wobermin, Ia(cobus), plebanus in Neulin, Wi(helmus), plebanus in Lubethowe[2], Ka(rolus), plebanus in Pisterwitz[3], sacerdotes, Luchto, quondam marscalcus curiae Stetinensis, Con(radus) de Kotene senior et suus filius Con(radus) iunior et Bar(tholomeus), frater suus, milites, Sclote, Io(hannes) Bele, Howesalch, cives in Wobermin, et alii quam plures fide digni. Datum anno domini M° CCC° XI°, in die Prothi et Iacincti martirum beatorum.

[1] possidendam. Abschr. [2] Lubechowe. Abschr. [3] Pisterem et. Abschr.

Nach der Abschrift im Staatsarchive zu Stettin s. r. Stettiner Archiv P. I Tit. 29 ad Nr. 18 (jetzt verbunden mit Nr. 14) Bl. 102.

2681.

1311 September 21 Demmin.

Herzog Wartislaw IV. bestätigt die Schenkung seines Vaters Bogislaw IV., nach welcher der Vikarie des Priesters Siegfried zu Anklam das Eigentum von vier Hufen in Salchow zusteht.

In nomine domini amen. Nos Wartyzlaus dei gracia dux Slavorum et Kassubie omnibus presentem cyrographum speculantibus in perpetuum. Quoniam, quod deo semel datum est, inpossibile sit revocare ad usus humanos, et pia patrum opera filiis fidelibus merito sint imitanda, hinc est quod nos edocti sufficienti testimonio nostrorum vasallorum fidelium, dominum Bugheslaum, patrem nostrum dilectum pie recordacionis, pro expiacione suorum facinorum domino Syffrido, presbitero de Tanclem, in dominio nostro quondam suo quatuor mansorum proprietatem ad altaris vicariam fideliter contulisse, ita quod omnia, que ad nos pertinebant, ad iam dictam vicariam propriavit, sola nobis ac nostris heredibus de predictis quatuor mansis precaria reservata — sunt autem prenotati quatuor mansi in villa Seleghowe situati, quorum quatuor mansorum Bůle et suus filius colunt duos et alios duos colit Bernardus dictus Lunowe, quos mansos cum omni iure et omni proprietate ad predictam vicariam propriavit, dumtaxat, ut dictum est, sola nobis precaria observata —, hec enim ob remedium nostrorum peccaminum ac eciam voti patris nostri implementum propriamus, ratificamus in nomine in hiis scriptis volentes et prohibentes dictos quatuor mansos ac eorum cultores per dilectum patrem nostrum et nos libertate dotatos ab aliquo successorum aut officialium nostrorum ultra id, quod concessum est, ne ullo ampliori gravamine aliqualiter molestentur. In cuius rei evidenciam presens instrumentum sigilli nostri munimine fecimus conmuniri. Testes sunt Iohannes Ursus, noster marscalcus, Wernerus et Zabellus dicti Lepel, Hermannus de Nyenkerken, Arnoldus de Grambowe, Arnoldus de Buchenhaghen, Floere de Bucholte, Iacobus de Westinchebruche, Hermannus de Zayns, Detlevus Buchenhaghen, Radolfus et Conradus de Nyenkerken, milites, dominus

Gherardus, plebanus in Demmin, Conradus de Trebetow, curie nostre capellani, et dominus Nicholaus de Swanebeke, noster notarius, sub cuius manu hec data sunt anno domini M° CCC° XI°, in Dymyn, in die sancti Mathei apostoli et ewangeliste.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Stettin s. r. Stadt Anklam Nr. 9. Siegel nebst Befestigung (Seidenfäden?) fehlt.

2682.

1311 Oktober 2 Brünken.

Die Markgrafen Johann V. und Waldemar von Brandenburg verleihen den Klöstern Belbuck und Stolp die Kirche in der neuen Stadt Stolp nebst vier Hufen, die Freiheit des Dorfes Stantin nebst 16 Hufen, einen Platz zur Errichtung eines neuen Klostergebäudes, die Propstei über das ganze Land Stolp. Dafür überlassen die Klöster den Markgrafen den Zehnten in der städtischen Feldmark und alle Mühlenanlagen an der Stolpe.

In nomine sanctae et individuae trinitatis amen. Expedit, ex quo acta modernorum propter diuturnitatem temporum saepius a memoria hominum labantur, quod ea, que aguntur in tempore, simul cum temporis decursu literis firmissimis et autenticis roborentur. Hinc est quod nos Woldemarus et Iohannes dei gratia Brandenburgenses, Luzatiae et Lantsbergenses marchiones cum manifesta recognitione tam praesentibus quam futuris cupimus fore notum nihilominus protestantes, quod ob reverentiam omnipotentis dei et suae genitricis Mariae necnon ob salutem nostrarum animarum omniumque nostrorum parentum praedecessorum animarum honorabili viro domino abbati castri sancti Petri in Belboch et suo conventui necnon praeposito sanctimonialium et ipsis sanctimonialibus in Stolp damus et donamus perpetuae donationis titulo et proprietatis[1]) ecclesiam in nova civitate Stolp cum quatuor mansis in predictae civitatis campo iacentibus et libertatem villae Staneszin cum sedecim mansis eidem adiacentibus possidendam perpetuis temporibus et habendam pacifice cum quiete. Caeterum damus eisdem sanctimonialibus praedictis locum et spatium in civitate Stolp ad construendum novum claustrum. Damus etiam earundem sanctimonialium praeposito et ipsis sanctimonialibus praeposituram per totam terram Stolp, quantum ad nos dinoscitur pertinere, super quam quidem praeposituram, si episcopus Camminensis aliquam impetitionem in posterum movere decreverit, talem impetitionem tenebimus[2]) omnimode defalcare. Praeterea ratificamus omnia bona praedictorum scilicet abbatis, conventus in Belbuc praepositique et sanctimonialium in Stolp et pariter confirmamus per praesentes et eorum literas ipsis super huiusmodi bonis traditas cum omnibus iuribus et utilitatibus, quae poterunt demonstrare. Adiicimus etiam praemissis, si consules et universitas civium in Stolp in ipsa civitate domum sancti Spiritus aedificare decreverint ad hoc saepedicti scilicet abbas et conventus in Belboch necnon praepositus et sanctimoniales in Stolp eorum favorem exhibere debeant pleniorem, et consules cum communitate civium praedictae civitatis talem debent facere conventionem cum abbate et conventu in Belbuch necnon praeposito et sanctimonialibus in Stolp, quod ab eorundem ordinatione divini cultus, prout est moris et consuetudinis, peragantur. Pro huiusmodi nostra libertate iam saepe per nos indulta et purius confirmata idem nobis reliquerunt[3]) omnem decimam, quam ipsi in campo Stolp et in villis ipsi civitati nunc adiectis dinoscuntur habuisse. Etiam idem nobis reliquerunt[3]) omnia molendina, quae in aqua Stolp dicta poterunt construi vel plantari. In omnium praemissorum evidens testimonium praesens

dedimus scriptum, nostrorum sigillorum munimine firmiter communitum. Testes huius rei sunt illustris princeps dominus Albertus[4]) comes de Ancholt, Ulricus comes de Lindov, Hermannus de Barben, Ludekinus senior de Wedele, Ludekinus iunior, Henningus de Blankenborch, Hinricus de Stegeliz, Ecbertus Romele, Wedego de Wedele, milites, et Slotekinus, nostrae curiae notarius ac alii quam plures testimonio fidei decorati. Actum et datum in villa Brunneke anno domini MCCCXI, sabbato proximo post festum Michaelis archangeli.

1) proprietates. Matr. 2) tenebimus. Matr. 3) reliquerint. Matr. 4) abbas. Matr.

Nach dem Transsumt des Herzogs Wartislaw IV. von 1323 Mai 25 in der Belbucker Matrikel im Staatsarchive zu Stettin (Mscr. I 4) Bl. 93 v Nr. 73. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1192.

Gedruckt Riedel, Cod. dipl. Brand. II 1 S. 313 Nr. 397; Cod. dipl. Anhalt. III S. 155 Nr. 237; von Wedel, Urkundenbuch zur Geschichte des Geschlechts von Wedel II 1 S. 63 Nr. 108 (Reg.).

2683.

1311 Oktober 16 Wollin — 1315 Dezember 26 Wollin.

Die Stadt Wollin verkauft dem Caminer Domkapitel für eine Vikarie eine jährliche Rente von 24 Mark wendisch oder 6 Mark Silber für 400 Mark und in einem Nachtrage von 1315 Dezember 26 noch 6 Mark wendisch oder 1½ Mark Silber für 100 Mark.

In nomine domini amen. Consules ac commune civitatis Wollin omnibus presens scriptum visuris seu audituris salutem in eo qui est omnium vera salus. Quoniam tempus labitur rerumque memoria preterit et recedit ideoque necesse est, ne ea, que aguntur in tempore, in oblivionem deveniant, ut testimonio scripture roborentur, eapropter notum esse cupimus nacioni presencium quam felici successioni futurorum, quod nos deliberacione prehabita et consilio maturo ac de omnium consensu[1]) et voluntate, ut divinus cultus augmentaretur, ecclesie Caminensis vendidimus ad perpetuam vicariam inibi habendam viginti quatuor marcarum redditus slavicalium denariorum aut sex marcarum puri argenti, qui quidem slavicales denarii quatuor marce valebunt unam marcam puri argenti. Quam quidem pecuniam predicte ecclesie Caminensi ex camera seu pixide nostra in festo beati Michaelis archangeli, omni semoto dubio vel difficultate qualibet, annis singulis exsolvemus, ad quam pecuniam, ut dictum est, singulis annis exsolvendam nos nostrosque successores obligamus. Preterea presentibus recognoscimus, quod pro predictis viginti quatuor marcarum redditibus quadringentas marcas recepimus nomine domini Iohannis, quondam prepositi Colbergensis felicis recordacionis, qui vicariam predictam pecunia ipsius comparavit. Testes dominus Detlevus, prepositus dominarum sanctimonialium civitatis eiusdem, dominus Iohannes de Konowe, dominus Iohannes de Laceke, dominus Paulus de Pribbernow, dominus Hermannus de Sibin, dominus Iohannes de Unin, dominus Hinricus de Koltzowe nominatarum villarum plebani, dominus Ulricus Kedingus et suus frater Steffanus, dominus Conradus et dominus Wernerus fratres dicti de Vemer, dominus Conradus Vleminghi et dominus Scerf, milites, necnon Martinus de Anclem, Wozeke de Diseko, fratres, Iohannes Keding et Losekinus, fratres, Steffanus filius Rodolphi de Luscow, armigeri, et alii quam plures fide digni. Datum et actum Wollin anno domini M° CCC° XI°, sabbato Galli et Lulli martirum beatorum. Insuper ne propter insufficienciam et tenuitatem reddituum vicarius degere cogeretur, qui pro tempore vicarie prefuit memorate, moti divini cultus augmento

ac ipsius vicarie dotatoris seu dotatorum pio affectu, communicato consulum nostrorum et burgensium omnium maturo consilio, de mera et libera voluntate omnium vendidimus ad sepetactam vicariam eciam sex marcarum redditus slavicalium denariorum aut unam marcam puri argenti et mediam unius marce argenti puri, nam slavicales denarii valebunt quatuor scilicet marce marcam unam puri argenti, ecclesie Caminensi ex nostre civitatis camera seu pixide, omni dubio et contradictione procul motis, in festo beati Michaelis archangeli annis singulis perpetuis temporibus cum viginti quatuor marcis pretactis finaliter exsolvendas, ad quod faciendum et inviolabiliter observandum nos nostrosque successores de nacione in nacionem obligacione perpetua presentibus obligamus. Pro quibus quidem sex marcarum redditibus centum marcas denariorum slavicalium recepimus in parato, quam pecuniam nichilominus ut priorem ex matura providencia convertimus in usus necessarios civitatis. In cuius evidens testimonium et omnium predictorum, ut robur perpetuum sorciantur, presens scriptum desuper confectum cum subscripcione testium, quorum nomina subsequuntur, nostre civitatis sigillo fecimus communiri. Testes sunt domini Detlevus, sanctimonialium nostre civitatis prepositus et sui capellani[2]) Hartwicus, plebanus in Dubberpol, et Iohannes Ymmestoc, Iohannes, plebanus in Conow, Iohannes, plebanus in Onym, Iohannes, plebanus in Laceke, Conradus, plebanus in Coltzow, sacerdotes, Conradus et Wernerus fratres dicti de Vemeren, Theodericus Scherf, Conradus Plote, Reymarus de Voteshaghen et quam plures alii clerici et laici fide digni. Actum et datum in consistorio civitatis Wollin anno domini millesimo tricentesimo decimo sexto, in die beati Steffani protho martiris gloriosi.

1) consilio. Matrikel. 2) capellanus. Matrikel.

Nach der Caminer Matrikel im Staatsarchive zu Stettin (Mscr. I 8) P. III Bl. 15; Caminer Kopiar (Mscr. I 8 a) Bl. 256 v.

2684.

1311 Oktober 18.

Die Stadt Stralsund verschreibt der Beata von der Osten für 1000 Mark eine jährliche Rente von 100 Mark aus dem neuen Rathause.

Universis etc. Expedit ut contractus hominum temporales testimonio litterarum confirmentur, ne oblivio posteros cum presentibus prevocet in errorem. Eapropter constare volumus tam presentibus quam futuris, quod cum provida deliberacione nostrorum omnium discretorum consulum rite et racionabiliter vendidimus honeste matrone domine Beaten de Osten annuos reditus C marcarum pro mille marcis denariorum ad[1]) tempora vite sue nostro ex novo theatro tollendos quolibet anno in IIII anni terminis inperplexe, in festo videlicet nativitatis domini XXV marcas, in festo phasce XXV marcas, in festo Ioannis baptiste et totidem in festo beati Michaelis. Set, si per incendium dicta domus novi theatri destrueretur, quod absit, tunc dicta domina carebit de suis redditibus ita diu, quousque reedificatum fuerit theatrum prenarratum. Ipsa autem defuncta, contradictione retroposita qualibet, dictos redditus reemere possumus pro memorata pecunia mille marcarum, que inquam pecunia revolvetur ad proximiores heredes sepedicte domine carnis debitum exsolventis[2]), exceptis centum marcis denariorum, quas ipsa domina pro remedio anime sue dare poterit, si voluerit, in eius ultimo testamento. In cuius

rei firmamentum sigillum nostre civitatis presentibus est appensum. Hii consules tunc temporis consilio residebant, qui continentur in privilegio, quos omnes, novos et antiquos consules, elegit in provisores domina memorata. Datum anno domini M° CCC° XI°, in die Luce ewangeliste

1) a. Stadtbuch. 2) exsolvente. Stadtbuch.

Nach dem zweiten Stralsunder Stadtbuche (1310 ff.) Bl. 8 r.

Gedruckt Fabricius IV 2 S. 15 Nr. CCCCVI (618).

2685.

1311 Oktober 21.

Ritter Wulfhold von Below vergleicht sich mit dem Kloster Dargun über die streitigen Grenzen zwischen Poppenhagen, Parnow und dem Klosterhofe Bast und gibt dem Kloster die Mühle Poppenhagen zurück.

Universis Christi fidelibus, ad quos presentes pervenerint, nos Wlvoldus miles de Below salutem et cognoscere veritatem. Notum esse volumus universis hanc paginam inspecturis, quod, cum lites et discordie olim quam plurime inter abbatem et conventum in Dargun, ex una parte, et nos, parte ex altera, super terminis villas Poppendike, Pernowe et Bast contingentibus ventilate fuissent, nec ulla conposicione sopiri potuissent, aspirante tandem gracia divina omnia reformante et amicabili conposicione interveniente, iidem abbas et conventus graciam suam et favorem nobis specialiter exhibentes in hunc modum nobiscum convenerunt, videlicet quod ipsi a terminorum metis ab eis a retroactis temporibus possessis nobis condescendendo modicum cesserunt, et molendinum dictum Poppendikeshagen intra dictos terminos situm, quod hactenus ab ipsis vite nostre et uxoris nostre temporibus in feodo possedimus, dato conpetenti restauro reemerunt, et in hoc omnium licium et discordiarum controversia hucusque inter nos habita sedata est penitus et extincta. Nos igitur huiusmodi conposicionem gratam et ratam habentes de consensu et bona voluntate uxoris nostre predicte necnon et omnium heredum nostrorum accepto restauro sufficienti dictum molendinum Poppendikeshagen cum stagno adiacente, omni piscatura, iure et utilitate, sicut nos possedimus, predictis abbati et conventui in Dargun remittimus pacifice et quiete pre nobis et nostris heredibus prefatis, semota omni inpeticione, in perpetuum possidendum, ducentes nichilominus metas terminorum villas has videlicet Poppendike, Pernowe et Bast contingencium presentibus distinguendas. Incipiunt enim a monte, qui dicitur Coghelenberg, ad orientalem plagam ad fagum magnam duabus crucibus signatam. Abhinc vergunt directe ad australem plagam ad aliam fagum iterum habentem duas cruces ex utraque parte. Inde directe procedunt ad magnam alnum, que stat in capite unius vallis, que Segh dicitur, et habet duas cruces. Deinde directe procedunt, quousque veniatur ad quercum, de qua fagus satis magna exorta est continua et habet duas cruces in utroque latere. Deinde procedunt usque ad aliam fagum habentem duas cruces. Abhinc vergunt usque ad vallem, que Segh dicitur, iuxta stagnum molendini. Et ab illa valle procedunt usque ad aliam fagum, que stat in litore piscine, signatam duabus crucibus. Ab illa arbore vadunt directe trans piscinam ad aliam vallem, que Segh dicitur. Et in illa valle durant, quousque ex opposito alia quedam vallis veniat, que ambe faciunt unam vallem, que intrat Lasbike, in quarum vallium medio stat quedam fagus duabus crucibus signata. Abhinc procedunt directe usque ad terminos exteriores ville Thodenhagen, quoscumque predicti abbas et conventus optinuerint dicte ville terminis debrigatis. Ne autem premissa in posterum a nobis seu quoquam heredum nostrorum infirmari qualitercumque vel

infringi valeant presentem paginam super hoc in testimonium confectam duximus sigilli nostri munimine roborandam. Testes huius rei sunt Hennigus de Heydenbrake, Troye de Bandekow[1]), Lubbe Glasenab, milites, frater Iohannes sacerdos et monachus dictus de Rostok, tunc temporis magister hospitum in Dargun, et frater Hermannus, tunc temporis magister curie in Bast, et alii quam plures fide digni. Datum et actum anno domini M° CCC° XI°, in festo sanctarum virginum undecim milium.

[1]) Baldekow. Orig.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Stettin s. r. Kloster Dargun Nr. 6. Siegel an Pergamentstreifen fehlt. Abschrift Baster Matrikel (Loeper Mscr. 75) Nr. 25.

Gedruckt Meklenb. Urkundenbuch V S. 600 Nr. 3492.

2686.

1311 Oktober 28 Stettin.

Bischof Heinrich von Camin bestätigt die Errichtung eines Altars in der St. Johanniskirche zu Camin durch den Dompropst Johann von Colberg und genehmigt dessen Dotierung mit 24 Mark Pfennige oder 6 Mark Silber in Wollin.

Hinricus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus universis Cristi fidelibus presencia visuris salutem in omnium salvatore. Iuste devocionis affectui, ut robur firmitatis accipiat, dignum est confirmacionis beneficio suffragari. Hinc est quod, cum dilectus nobis in Cristo Iohannes, prepositus et canonicus ecclesie Colbergensis, pia motus devocione et ad cultum divinum augmentandum quoddam altare de nostro consensu et licencia in ecclesia sancti Iohannis baptiste Cammyn erexit, quod quidem altare cum suis certis redditibus, videlicet viginti quatuor marcarum redditibus denariorum usualium vel sex marcarum fusi ac puri argenti sitis in civitate Wollin et ibidem comparatis, de consilio et consensu[1]) omnium predictorum racionabiliter est dotatum pro sustentacione sacerdotis, quem contigerit officiare altare memoratum, nos dicti Iohannis meram devocionem, qua circa cultum divinum augendum afficitur, attendentes ipsius effectui gratenter occurrere, dicti altaris institucionem seu erectionem cum suis redditibus predictis approbamus ipsumque altare cum omnibus suis pertinenciis gratum et ratum habentes auctoritate ordinaria in nomine domini confirmamus. Inhibemus autem sub pena anathematis, ne quispiam ipsius altaris institucionem infringere seu nostram confirmacionem ac eciam prenotatam ordinacionem turbare audeat temere quoquomodo. Et ne ulli super hiis singulis dubium aliquod oriatur, presentem litteram inde confectum nostri sigilli munimine fecimus communiri. Datum Stetin anno domini millesimo tricentesimo undecimo, in die beatorum apostolorum Simonis et Iude.

[1]) consilio. Matrikel.

Nach der Caminer Originalmatrikel im Staatsarchive zu Stettin (Mscr. I 8) P. III Bl. 14 v; Caminer Kopiar (Mscr. I 8 a) Bl. 256.

2687.

1311 Oktober 28.

Vicke, Nikolaus und Matthias Voß zu Wolde bestätigen die Schenkung zweier Hufen durch ihre Eltern an die Kirche zu Heinrichshagen (jetzt Altenhagen, Kreis Demmin).

Universis presentia visuris seu audituris nos Vicke, Nicolaus et Matthias dicti Vosse de castro Waldis salutem in domino. Cum cultus divinus merito sit augendus et in robore suo semper sit servandus, ideo notum esse volumus omnibus tam[1]) presentibus quam futuris Christi[1]) fidelibus, quod ecclesiam in Hinrichshagen fundatam in honorem dei et beati Nicolai per nostros progenitores cum duobus mansis indaginalibus, ut ibi vigent, cum pertinentiis omnibus inclusis intra terminum eorundem, videlicet pascuis, pratis, sylvis, aquis, campis, et cum omni pensione annuali, scilicet decima maiori et minori, proprietate et cum omni iudicio et iurisdictione et in participatione usufructuum quorumlibet pertinentium eiusdem ville communitati ratificavimus et in presentibus ratificamus, volentes nihilominus eadem bona sic rationabiliter a nostris progenitoribus dotata ecclesie pro usu rectoris eiusdem per nos et successores nostros infringibiliter adiacere. In cuius rei evidentiam nostra sigilla presentibus sunt appensa. Datum anno domini M° CCC° XI°, ipso die Simonis et Iude beatorum apostolorum.

[1]) Fehlt. Abschrift.

Nach der Abschrift des Kirchenvisitations-Sekretärs Simon Leupold im Hauptarchive zu Schwerin. Regest in Joachim Berckhans' Inventarium im Staatsarchive zu Stettin (Mscr. V 6) Bl. 38.

Gedruckt Meklenb. Jahrbücher XX S. 263; Meklenb. Urkundenbuch V S. 602 Nr. 3494.

2688.

1311 Oktober 31 Avignon.

Papst Clemens V. beauftragt den Bischof (Heinrich) von Camin, diejenigen, welche das Kloster Colbatz geschädigt haben, zum Ersatz des Schadens anzuhalten.

Clemens episcopus servus servorum dei venerabili fratri episcopo Caminensi salutem et apostolicam benedictionem. Significarunt nobis dilecti filii abbas et conventus monasterii de Colbas, Cisterciensis ordinis, Caminensis diocesis, quod nonnulli iniquitatis filii, quos prorsus ignorat, decimas, redditus, census, legata, terras, domos, prata, nemora, instrumenta publica et nonnulla[1]) alia bona ad monasterium ipsum spectancia tenere ac maliciose occultare et occulte detinere presumunt, non curantes, ea prefatis abbati et conventui exhibere in animarum suarum periculum et ipsius monasterii non modicum detrimentum, super quo[2]) iidem abbas et conventus apostolice sedis remedium inplorarunt. Quocirca fraternitati tue per[3]) apostolica scripta mandamus, quatinus omnes huiusmodi occultos detentores decimarum, reddituum, censuum et aliorum bonorum predictorum ex parte nostra publice in ecclesiis coram per te vel per alium moneas, ut infra conpetentem terminum, quem eis prefixeris, ea predictis abbati et conventui a se debita restituant, revelent ac de ipsis plenam eis satisfaccionem inpendant et, si id non inpleverint infra alium conpetentem terminum, quem eis ad hoc peremptorie duxeris prefigendum,

extunc in eos generalem sentenciam excommunicacionis proferas et eam facias, ubi et quando expedire videris, usque ad satisfaccionem condignam solenniter pubplicari. Datum Avinione II. Kalendas Novembris, pontificatus nostri anno septimo.

1) nonnulli. Matr. 2) Fehlt. Matr. 3) et. Matr.

Nach der Colbatzer Originalmatrikel Bl. 89 v Nr. 252.

2689.

1311 November 8 Avignon.

Papst Clemens V. nimmt das Kloster Colbatz in Schutz.

Clemens episcopus servus servorum dei dilectis filiis abbati et conventui monasterii de Colbas, Cisterciensis ordinis, Caminensis[1]) diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit racionis, ut id pro solicitudine officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulacionibus grato concurrentes assensu personas vestras et locum, in quo divino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis, que in presenciarum racionabiliter possidetis aut in futurum iustis modis, prestante domino, poteritis adipisci, sub beati Petri et nostram proteccionem suscipimus. Specialiter autem decimas, terras, domos, villas, casalia, grangias, molendina, piscarias, ortos, nemora, pascua et alia bona vestra, sicud ea omnia iuste et pacifice possidetis, vobis et per vos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, salva in predictis decimis moderacione concilii generalis. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre proteccionis et confirmacionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Avinione VI. Idus Novembris pontificatus nostri anno septimo.

1) Camiensis. Matr.

Nach der Colbatzer Originalmatrikel Bl. 89 v Nr. 251.

2690.

1311 November 11 Stargard.

Herzog Wartislaw IV. transsumiert die Urkunde Herzog Barnims I. von 12[5]3 Juni 24 für Stargard.

In nomine domini amen. Nos Wartislaus dei gratia dux Sclavorum et Cassubiorum literis praesentibus profitemur, nos vidisse et audivisse privilegium avi nostri charissimi domini Barnimi, inclyti ducis eorundem, datum et concessum quam fidelibus et dilectis nostris consulibus et communitati burgensium civitatis nostrae Stargard[1]) non omnino vitiatum, sed perfectum et sequitur in haec verba — — — (Folgt Urkunde von 12[5]3 Juni 24, Pomm. Urkundenbuch I S. 448 Nr. 572.) — — — Nos igitur Wartislaus haec ab avo nostro civitati nostrae[2])

tradita ratificamus et sigilli nostri munimine confirmamus. Testes sunt dominus Conradus de Treptow et dominus Nicolaus de Swanebeck[3]), canonici ecclesiae Camminensis[4]), Iohannes Ber[5]), noster marescalcus[6]), Iohannes Troye, Ber[5]) iunior, milites, et alii plurimi fide digni. Datum Stargard[1]) et actum ibidem anno domini millesimo trecentesimo undecimo, in die beati Martini confessoris.

1) Stargardt. B. 2) nostri. A. 3) Schwanebeck. B. 4) Caminensis. B. 5) Behr. B. 6) marscalcus. B.

Nach dem Diplomatar der Stadt Stargard im Staatsarchive zu Stettin (Mscr. I 36) Bl. 10 Nr. 2 g (A), Bl. 61 Nr. 13 (B).

2691.

1311 November 18.

Herzog Wartislaw IV. transsumiert die Urkunde Herzog Bogislaws IV. von 1285 März 15 für Stargard.

In nomine domini amen. Nos Wartislaus dei gratia dux Sclavorum universis praesentia visuris publice profitemur, nos vidisse et audivisse privilegia a nostris progenitoribus piae memoriae tradita nobis dilectis burgensibus Stargard[1]), nostrae civitatis, in hunc modum — — — (Folgt Urkunde von 1285 März 15, Pomm. Urkundenbuch II S. 552 Nr. 1329.) — — — Hanc igitur donationem firmam servari et servare volentes praesens scriptum nostro sigillo dedimus consignatum sub testimonio Conradi de Treptow, Ny(colai) de Swanenbecke[2]), nostrorum capellanorum, Lu(dolphi)[3]) de Massow, Iohannes Bere[4]) et Troye de Bandekow[5]), militum. Actum et datum anno domini millesimo CCC° XI°, in octava Martini.

1) Stargardt. B. 2) Schwanenbecke. B. 3) An. A. B. 4) Behre. B. 5) Brandicow. A.

Nach dem Diplomatar der Stadt Stargard im Staatsarchive zu Stettin (Mscr. I 36) Bl. 11 Nr. 2 h (A), Bl. 61 v Nr. 14 (B).

Gedruckt Schöttgen u. Kreysig, Dipl. hist. Germ. III S. 11 Nr. 15.

2692.

1311 November 18 Stargard.

Herzog Wartislaw IV. transsumiert die Urkunde Herzog Bogislaws IV. von 1289 September 26 für die Stadt Stargard.

In nomine domini amen. Nos Wartislaus dei gratia dux Slavorum[1]) audivimus et vidimus ac lucidius profitemur privilegia a nostris progenitoribus beatae memoriae[2]) donata nobis dilectis burgensibus civitatis nostre[3]) Stargardt[4]) secundum dicta, quae[5]) sequuntur — — — (Folgt Urkunde von 1289 September 26, Pomm. Urkundenbuch III S. 81 Nr. 1513.) — — — Hanc igitur donationem firmam servari et servare[6]) volentes presens[7]) scriptum nostri sigilli impressione duximus solidandum[8]). Actum et datum sub testimonio domini Conradi de Treptow,

Nicolai de Swanenbeke[9]), nostrorum capellanorum, Lu(dolphi)[10]) de Massow, Hen(ningi) Beren et Troyen de Bandekow[11]), militum, anno domini millesimo trecentesimo undecimo[12]), in[13]) octava Martini in civitate Stargard[14]).

1) Sclavorum. A. Schlavorum. C. 2) beatę memorię. B. 3) nostrę. B. 4) Stargardt. B. 5) quę. B. 6) et servare fehlt. A. 7) pręsens. B. 8) solidandam. B. 9) Schwanenbeck. A. Swaven. B. Schwaven. C. 10) Ludec. A. Lud. C. 11) Bandeko. C. 12) M° CCC° XI°. B. 13) in fehlt. A. C. 14) Stergarth. B. Stargardt. C.

Nach dem Diplomatar der Stadt Stargard im Staatsarchive zu Stettin (Mscr. I 36) Bl. 11 v Nr. 2 i (A), Bl. 44 Nr. 3 e (B), Bl. 60 Nr. 11 (C).

Gedruckt Schöttgen und Kreysig, Dipl. hist. Germ. III S. 13 Nr. 19.

2693.

1311 November 18 Stargard.

Herzog Wartislaw IV. transsumiert die Urkunde Herzog Bogislaws IV. von 1291 Juli 4 für Stargard.

In nomine domini amen. Nos Wartislaus dei gratia dux Sclavorum et Cassubiae universis praesentia visuris liquido profitemur, nos vidisse et audivisse privilegia a nostris progenitoribus nobis dilectis burgensibus civitatis nostrae Stargard tradita his verbis consignata — — — (Folgt Urkunde von 1291 Juli 4, Pomm. Urkundenbuch III S. 134 Nr. 1588.) — — — Ad hanc igitur donationem sigillum nostrum praesentibus duximus apponendum. Cuius rei testes sunt domini Conradus, Nicolaus, canonici Caminensis ecclesiae, Iohann(es) Bere, Ludolphus[1]) de Massow, Troye de Bandecow[2]) et alii quam plures fide digni. Datum et actum in Stargard[3]) anno domini millesimo trecentesimo undecimo, octava Martini.

1) Rudolphus. A. 2) Bande, Cerves. A. B. Bandecewes. C. 3) Stargardt. B.

Nach dem Diplomatar. civit. Stargard im Staatsarchive zu Stettin (Mscr. I 36) Bl. 12 v Nr. 2 k (A), Bl. 60 Nr. 12 (B), Bl. 72 Nr. 17 (C).

Gedruckt Schöttgen und Kreysig, Dipl. hist. Germ. III S. 15 Nr. 23.

2694.

1311 Dezember 7 Stralsund.

Fürst Wizlaw III. von Rügen bestätigt den Verkauf des Gutes Ganschwitz durch Nikolaus von Putbus, Pridbor von Vilmnitz und ihres verstorbenen Bruders Theze Söhne an den Stralsunder Bürger Dietrich von Dorpen.

Omnibus Christi fidelibus presencia visuris vel audituris Wiz(laus) dei gracia princeps Ruyanorum salutem in eo qui est omnium vera salus. Contractus et facta, que mundus ordinat, oblivio in plerisque in errorem duceret, si non firmarentur karactere litterarum. Quocirca notum esse volumus presentibus et futuris, quod constituti in presencia nostra Nycolaus de Putbuzke, Pridborus de Vilmenitze, milites, necnon pueri domini Thesitz, fratris eorum bone memorie, villam Gankůvitze in terra Ruya situatam cum omni iudicio et iure maiore et minore

necnon aliis omnibus attinenciis infra terminos dicte ville conprehensis, scilicet pascuis, pratis, agris cultis et incultis, cum precaria et moneta ceterisque utilitatibus et fructibus, qui ex ipsa villa infra terminos ipsius ville potuerunt provenire industria vel natura, honesto viro Thiderico de Dorpen, nostro burgensi in Stralessunt, suisque veris heredibus iusto titulo vendicionis vendere curaverunt et ipsam villam coram nobis, nostro accedente consensu, cum ipsius attinenciis et iuribus, sicut ipsi possiderunt ab antiquo tempore, resignarunt. Cumque huiusmodi vendicio et resignacio coram nobis exstitit rite et racionabiliter peracta, nos postmodum, utraque parte tam emente quam vendente petente, ipsam villam predicto Thiderico de Dorpen et suis veris heredibus contulimus cum omnibus condicionibus supradictis et cum terminis hiis distinctis, videlicet primitus usque ad terminos illorum cum Plathe, insuper usque ad terminos Udonis militis cuiusdam ville, que vocatur Cutevitze, eciam usque ad terminos domini Andree ville unius nuncupate Kutlevitze, ulterius ad terminos Labeditze et usque ad terminos ville Turent, sed ab omni servicio liberam[1]), iure feodali perpetuo possidendam. Preterea, si, quod absit, inter nos et nostram civitatem Sundis tempore procedente aliqua suborta fuerit discordia, nichilominus tamen dictus Thidericus et sui heredes dicta villa cum suis iuribus sine omni turbacione libere perfruantur. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes autem sunt: Iohannes de Gristow, Sifridus de Plone, Ernestus Budde, advocatus, Hinricus cum Plate, Iohannes Dotenberg, Iohannes Kabolt, Reyfridus de Penitze, Hermannus de Wokenstede, Thidericus Sucow, Nico(laus) de Divitze, milites, Nico(laus) de Starcow, plebanus in Bard, noster notarius, aliique quam plures fide digni. Datum Sundis in crastino Nicolai, anno domini M° CCC° undecimo.

[1]) Fehlt. Cod.

Nach dem Codex Rugianus Bl. 27 Nr. 98. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1193.

Gedruckt Fabricius IV 2 S. 15 Nr. CCCCVII (619).

2695.

1311 Dezember 9 . . . . .

Fürst Wizlaw III. von Rügen verkauft dem Kloster Dargun das Dorf Stubbendorf.

[Nos Wizlaus dei gracia] Ruyanorum princeps omnibus presencia visuris salutem in domino. Que geruntur in tempore, necesse est, ut litteris] perhennentur. Hinc est quod notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos clau[stro Dargun ob amorem dei, recepto] competenti restauro, vendidimus proprietatem ville Stubbendorp cum fundo et termi[nis suis cum silvis, pratis, agris cultis] et incultis, cum omni utilitate et fructu, eo iudicio et iure, quo cetera bona sua [in terra Gnogen possident, ita ut nos] aut heredes nostri in predicta villa nichil debeamus nobis amplius vendicare. In huius [rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes] sunt dominus Iohannes de Gristow, Ernestus Buddo, Sifridus de Plone, Vicko [de Alcun] . . . . , Thomas cum Thorace, milites, Nycolaus Starcow, plebanus in Bard et nota[rius noster. Datum et actum in . . . . [anno domini] millesimo trecentesimo undecimo, feria quinta post festum Nycolai.

Nach dem durch Mäusefraß beschädigten Originale im Hauptarchive zu Schwerin s. r. Kl. Dargun. Siegel am Pergamentstreifen fehlt.

Gedruckt Meklenb. Urkundenbuch V S. 605 Nr. 3499.

2696.

1311 Dezember 27 Vietmannsdorf.

Die Markgrafen Waldemar und Johann V. von Brandenburg vergleichen sich mit Bischof Andreas von Posen wegen der Zehnten im Lande zwischen Drage, Netze und Küddow.

In nomine domini amen. Noverint universi presentes litteras inspecturi, quod nos Wlodemarus et Iohannes dei gracia de Brandenbůrch et Luszacie[1]) marchiones, accedente nostrorum comitum et baronum consilio et assensu, cum venerabili in Cristo patre domino Andrea dei gracia episcopo et suo capitulo Poznaniensi super decimis circa Novum Kalisz, Tempelbůrch, Arneskrone, Valkenbůrch, Velene et omnibus et singulis bonis inter Notszam et Dravam et Notszam iterum et Kuddam fluvios situatis, iam locatis pariter et locandis necnon de omnibus aliis bonis nostri dominii sub Poznaniensi diocesi constitutis, exceptis bonis, super quibus lis inter Poznaniensem et Kamenensem ecclesias ventilatur, et bonis aliis omnibus sub dominio marchionis Iohannis specialiter constitutis, dicto episcopo et suo capitulo iure dyocesano debitis, empcionem fecimus et contractum, videlicet ut dictus episcopus et suum capitulum cum suis successoribus in Arneswold, Kamenensis diocesis, de annua contribucione proprietatem quinquaginta marcarum Brandenburgensis ponderis et monete in diebus beate Valpurgis viginti quinque et beati Martini episcopi viginti quinque annis singulis in perpetuum percipiant inconcusse, contradicendi[2]) occasione procul mota. Habebunt etiam dicti episcopus et capitulum et eorum successores pro dictis decimis ducentos mansos Theutunicos nondum cultos in dicto territorio inter dictos fluvios situatos cum decimis pleno iure nobis debito libere et pacifice iure proprietario perpetuo possidendos, ita quod in bonis predictis nullum nobis ius et nostris successoribus penitus reservamus, nullo modo ullas exactiones, tallias aut precarias aut aliquas angarias et perangarias in memoratis bonis ullo unquam tempore faciemus aut ab aliis fieri patiemur, sed bona ipsa tuebimur contra quemlibet violentum. Ne autem super premisso tractatu per nos rite facto cuiquam hominum in posterum possit dubium suboriri, presentem paginam desuper confici iussimus et nostrorum sigillorum munimine de nostro consensu et certa scientia communiri, presentibus nostris fidelibus, scilicet domino Gunthero de Kevernberg, comite, nobili Conrado de Redern[3]), Drosekino de Crochern[4]), militibus, Slothekino[5]), nostre curie prothonotario, et aliis quam pluribus fidei testimonio decoratis. Actum et datum in Vitemsdorph[6]) anno domini M° CCC° XII, in die beati Iohannis apostoli et evangeliste.

[1]) Luszam. Kop. [2]) contradictione et. Kop. [3]) Reden. Kop. [4]) Grochen. Kop. [5]) Slochekino. Kop. [6]) Buchszendorp. Herzberg u. a.

Nach dem Liber privilegiorum B Bl. 177 im Domkapitelarchive zu Posen. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1205.

Gedruckt (von Herzberg), Exposé des droits de sa majesté le roi de Prusse sur le duché de Pomerellie S. 45 (Ausführung der Rechte Sr. Majestät auf das Herzogtum Pommerellen S. 53); Oelrichs, Beyträge zur Brandenburgischen Geschichte S. 31 Nr. 8; Gercken, Cod. dipl. Brand. V S. 287 Nr. 156; Riedel, Cod. dipl. Brand. II 1 S. 338 Nr. 425; Cod. dipl. maj. Pol. II S. 304 Nr. 959; Geschichte des Geschlechts von Kröcher I S. 57 Nr. 98 (Reg.).

Die Urkunde ist bisher stets ins Jahr 1312 gesetzt, da aber jedenfalls Weihnachtsdatierung anzunehmen ist, gehört sie richtiger zum Jahre 1311.

2697.

1311 Wolgast.

Herzog Wartislaw IV. gestattet den Dominikanermönchen in Camin die Verlegung ihres Klosters in die Stadt.

Nos Wartslaus dei gracia dux Slavorum et Cassubie omnibus Christi fidelibus presencia visuris salutem et bone conversacionis continuum incrementum. Quoniam ea, que geruntur labili in tempore, sub caduca hominum memoria naturam ut frequencius consueverunt temporis imitari, necessarium esse conprobatur, ut res sive gracias in tempore concessas, ne posteris in dubium proveniant, testium aminiculo seu litterarum beneficio solidentur. Ad nostram igitur presenciam accedentes fratres ordinis predicatorum de conventu Caminensi, qui propter Christum temporalibus derelictis esse pauperes elegerunt, tamquam si diviciis habundarent, graciam pro conventu ipsorum, qui ante civitatem est situatus, ut in civitate transferretur, una cum consulibus eiusdem civitatis postulantes, cum igitur sepedicti fratres non solum nos, verum eciam predecessores nostros viam universe carnis ingressos prosecuti sunt debito cum favore missarum sollempnia et oraciones salutares pro eis patri misericordiarum offerentes, si peticionibus ipsorum aurem pietatis negaremus, forsitan ex hoc maculam ingratitudinis iudicaremur attemptasse, nos vero de consilio militum discretorum, videlicet domini Iohannis Ursi et domini Io(hannis) de Heydebrack et domini Io(hannis) cognomento Troge ac domini Nicolai dicti Borke, hanc peticionem acceptantes concedimus eisdem fratribus liberam licenciam ad prefatum conventum, cum eis expediens fuerit, in civitatem transponendum. Insuper concedimus locum secretum pro necessitate nature ultra murum civitatis libere construendum. Datum in Wolgast anno domini millesimo trecentesimo undecimo.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Stettin s. r. Stadt Camin, mit defektem Siegel des Ausstellers am Pergamentstreifen. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1187.

Gedruckt Sello, Geschichtsquellen des Geschlechts von Borcke I S. 158 Nr. 149 (Reg.).

2698.

1311.

Bischof Heinrich von Camin transsumiert die Urkunde Bischof Wilhelms von 1247/48 März 29 und teilweise die Bischof Hermanns von 1270 Mai 4 für das Kloster Chorin.

Nos Hinricus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus tenore presencium protestamur, quod privilegium predecessoris nostri venerabilis patris ac domini Wilhelmi, Caminensis ecclesie quondam episcopi, suique conventus super quadam decima ab abbate domino Bru(none) ecclesie Corinensis recepimus anno incarnacionis domini M° CCC° XI°, in hec verba — — — (Folgt Urkunde vom 1247/48 März 29, Pomm. Urkundenbuch I S. 356 Nr. 458.) — — — Item protestamur, quod eodem tempore privilegium predecessoris nostri venerabilis patris ac domini Hermanni, Caminensis ecclesie quondam episcopi, ab eodem abbate recepimus in hec verba — — — (Folgt Urkunde von 1270 Mai 4, Pomm. Urkundenbuch II S. 235 Nr. 915, von den Worten: Cum igitur dicti fratres usw.) — — — Nos igitur, ne in predecessorum

nostrorum predictorum donatione et confirmatione tam gratuita predicti fratres de Paliz nostro videantur carere suffragio, in remissionem peccaminum nostrorum presentem protestationis litteram nostri sigilli munimine duximus roborandum.

Nach dem Originale im Geh. Staatsarchive zu Berlin s. r. Kl. Chorin Nr. 52, mit dem beschädigten Siegel des Bischofs an grünen Seidenfäden.

Gedruckt Riedel, Cod. dipl. Brand. II 13 S. 235 Nr. 48.

2699.

1311.

Wenzel von Soldekow bekundet, daß der Ritter Peter dem Kloster Buckow den Berg Scenienti bei Segenthin dem Kloster Buckow testamentarisch vermacht habe.

Universis Christi fidelibus praesens scriptum visuris seu audituris nos Wenzeko Gantzvich dictus de Solchowe felicitatem consequi sempiternam. Quae robur perpetuae firmitatis sortiri debent, literarum subscriptionibus annotantur, ut ex eis habeatur cognitio veritatis, si super his, quae acta sunt, imposterum suboriri contingat aliquid quaestionis. Igitur universis et singulis, quibus haec litera contigerit praesentari, publice protestamur, quod dilectus nobis dominus Petrus, miles et dominus villae Segentin, cum consensu honestae coniugis suae dominę Woislave ac filii sui Petri omniumque haeredum suorum montem Scenienti campo villae Segentin adiacentem a rivulo Wapenestruga, qui in terminos utriusque villae Segentin et Parpart terminat et distinguit, per campum Segentin, sicut praedictus mons ad suam proprietatem in longitudine et latitudine pertinere dinoscitur, ad subsidium ecclesiae structurae et claustri Bucowe in manus fratris Hinrici, prioris eiusdem ecclesiae, et fratris Alberti, cantoris, et fratris Iohannis Advocati cum affectu devotę pietatis suique testamenti perpetui, nobis praesentibus et domino Conrado, in Malchowe plebano, et Iohanne Augustin aliisque veridicis et idoneis praesentibus, legavit et donavit integraliter ac benevole resignavit libere ac iure perpetuo temporibus perhennibus praedictae ecclesiae Bucowe possidendum. Acta sunt haec anno domini millesimo trecentesimo undecimo.

Nach der Buckower Matrikel (Loeper Mscr. 216) Bl. 157 v Nr. 73. Abschrift derselben in der Kgl. Bibliothek zu Berlin (Mscr. boruss. Quart 29) S. 130 Nr. 72.

2700.

1311.

Bischof Heinrich von Camin einigt sich mit Bischofe Gottfried von Schwerin wegen der aus Raven Buchs Verwaltung und Einziehung der Zehnten im Lande Tribsees rückständigen 812½ Mark auf 400 Mark und gewährleistet ihm diese Summe.

Hinrici, bischoffs zu Cammyn, brieff, daß er bey bischoffe Godefrido zu Swerin die 813 mark sl. minus 6 ßl., die Raven Buc nachgelassene witwe Petronella, seine freundin, und ihre kinder wegen ihres vatern verwaltung und inname der zehenden im lande

Tribusees hinterstellig geblieben, uff 400 mark behandelt und ihm dieselben mit burgen versichert. Datum 1511.

Nach Clandrian, Protoc. Bl. 156 b im Hauptarchive zu Schwerin s. r. Bistum Schwerin, mit der Bemerkung: Noch 1 brieff uff dieselbe schuldt. Datum 1511.

Gedruckt Meklenb. Urkundenbuch V S. 559 Nr. 3438.

2701.

1311.

Die von Malin übertragen dem Bischofe von Schwerin das Dorf Bisdorf gegen einige Hufen in Tornow und Lübzin.

Ein brieff, darinnen das geschlechte Malin verlassen und auffdragenn dem bisschoff zu Schwerin das dorff Bisschofsdorff belegen im Sundischen Bhor umb erstattung etzlicher hufen inn Ternow und Lubtzin im ampte Butzouw. Actum 1511.

Nach der „Registratur der Runischen Brive" Bl. 20 im Reichsarchive zu Kopenhagen.

Gedruckt Meklenb. Urkundenbuch X S. 532 Nr. 7268.

2702.

[Vor 1312.]

Die Städte Schleswig, Flensburg und Hadersleben verpflichten sich, dem Rate der Stadt Greifswald für die ihrem Fürsten geleistete Kriegshülfe die Summe von 513 Mark wendisch in drei Raten bis Pfingsten 1321 zu zahlen.

Universis Christi fidelibus presens scriptum [visuris nos con]sules ceterique cives in Sleswik, in Flensburgh et in Hathærsløff sinceram in domino dilectionem. Recognoscimus tenore [presencium[pupplice protestantes, quod nos honestis viris consulibus et burgensibus civitatis Grypszwold solvere tenemur coniuncta [manu pro] parte incliti principis domini nostri W(aldemari) dei gracia ducis Iucie CCCCC marcas denariorum slavicalium cum XIII marcis denariorum slavicalium [in terminis] infrascriptis, videlicet in festo pentecostes sub anno domini M° C° C° C° X° IX°, item in[1]) sequenti festo pentecostes sub anno[2]) domini [M° C° C°] C° XX, item in festo pentecostes sub anno domini M° C° C° C° XXI. Sic totalem summam huius debiti dictis consulibus et burgensibus de Grypszwold absque impedimento quietabimus et solvemus. In cuius rei testimonium presentes litteras eisdem sigillis nostrarum civitatum dedimus roboratas.

[1]) in doppelt. [2]) sub anno korrigiert aus futuram.

Nach dem Originale im Stadtarchive zu Greifswald (Nr. 68 c). Von den drei Siegeln an Pergamentstreifen sind die von Schleswig und Hadersleben in Bruchstücken vorhanden. Langebeksche Abschrift im Reichsarchive zu Kopenhagen, aus der die in [—] gesetzten Stellen ergänzt sind.

Gedruckt Michelsen, Schlesw.-Holst.-Lauenburg. Urkundensammlung II S. 41; Sejdelin, Dipl. Flensborg. I S. 17 Nr. 8; Hasse, Schlesw.-Holst.-Lauenburg. Reg. u. Urk. III S. 128 Nr. 243 (Reg.); Reg. Dan. Ser. II Tom. I S. 153 Nr. *985.

2703.

1312 Januar 1 Rügenwalde.

Peter Swenzo, Graf von Neuenburg, verleiht mit Zustimmung seiner Brüder, des Johann von Schlawe und Lorenz von Rügenwalde dem Michael von Elver das Dorf Coselitz.

— — — — — — — — — — — — — — — — — — —

— — — fratrum nostrorum germanorum videlicet domini Iohannis de Slabna et Laurentii de Ruwenwald comitum assensu — — — — — — — — — — — — — —
Acta et data in Ruwenwald anno domini M° CCC° XII°; Kalendas Ianuarii, presentibus viris honestis domino Laurentio, patruo nostro, castellano Stulpensi, Laurentio, fratre nostro germano, Nicolao de Psketan, Ottone de Elves et aliis pluribus fide dignis. — — —

Nach dem Ordensfolianten 98 (früher A 196) Teil II Bl. 8 im Staatsarchive zu Königsberg i. Pr. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1211.

2704.

1312 Januar 6 Zachan.

Helferich von Rodingen, Komtur des Johanniterordens in Deutschland, und der Komtur von Zachan übertragen das Dorf Moitzlin dem Domkapitel zu Colberg, welches das Dorf von dem Johanniterorden gekauft hatte.

In nomine domini amen. Frater Helpericus de Rodinghen, sacre domus hospitalis sancti Iohannis Ierusalemitani per Alemanniam, necnon frater . . . . , commendator in Suchan, totusque conventus ibidem omnibus in perpetuum. Gesta hominum perpetuo duratura caute rediguntur in publica munimenta, ut exinde, quod factum est, valeat demonstrari, si super eo aliquale dubietatis scrupulum contigerit suboriri. Quare notum esse volumus nationibus presentibus et futuris, quod noster confrater Iohannes dictus Rochow, commendator in Lubbessow et Slavna, prout a nobis in commisso habuit, cum discretis viris Godfrido, decano ecclesie Colbergensis, et quibusdam aliis, videlicet Hermanno et Rodinghero, eiusdem ecclesie vicariis, ad quos villa Moytzelyn pertinebat, de proprietate dicte ville, que ad nos pertinuit iuste emptionis titulo, nostro nomine concordavit et cum pecunia inde recepta nostras curias et conventus exemimus a debitis inportunis. Unde huiusmodi contractum gratum et ratum habentes, dicte ville proprietatem cum suis terminis et hiis, que infra ipsos continentur. videlicet aquis, pratis, pascuis, paludibus, silvis, lignis, nemoribus, rivulis et aquarum decursibus, viis, semitis cum iudicio manus et colli ac omni iure et utilitate, que infra ipsius ville terminos est nunc et haberi vel acquiri poterit, in molendinis constructis et construendis absque extorsione servitii equorum et omni exactione seu peticione et ab omni, per quod inhabitantibus villam Moyselyn preiudicium nomine predictorum poterit suboriri, prout nos habuisse dinoscimur, cum libertatibus, iuribus, condicionibus et articulis singulis superius enarratis in dictos decanum, Hermannum et Rodingherum et eorum voluntate in hiis scriptis in ecclesiam transferimus Colbergensem perpetuis temporibus possidendam. Testes Hildebrandus, prepositus, Cifridus, decanus, Iohannes, scolasticus, Hermannus, cantor, canonici ecclesie Camynensis, Bertoldus

Glazenap, Hartmodus, Dethmarus Landesbant, Hinricus Cifridi, Stekelinch, consules civitatis Colbergensis et alii quam plures fide digni. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Suchan anno domini millesimo CCCXII°, in Epiphania domini.

Nach Dregers Abschrift der Matrikel des Colberger Domkapitels (Loeper Mscr. 221) S. 225 Nr. 103; Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1214.

Gedruckt Ledebur, Allgemeines Archiv I S. 231.

2705.

1312 Januar 8 Vienne.

Papst Clemens V. bestätigt dem Bistum Camin alle von päpstlicher und weltlicher Seite erlangten Freiheiten, Immunitäten und Indulgenzen.

Clemens episcopus servus servorum dei venerabili fratri . . episcopo et dilectis filiis . . preposito, . . decano et capitulo Camminensi salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per solicitudinem[1]) officii nostri ad debitum perducatur effectum, eapropter vestris iustis postulacionibus grato concurrentes assensu omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus sive per privilegia seu alias indulgentias vobis et ecclesie vestre Caminensi concessas necnon libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus et aliis Christi fidelibus rationabiliter vobis et ecclesie predicte indultas, sicut eas iuste obtinetis, vobis et per vos eidem ecclesie auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Vienne VI. Idus Ianuarii, pontificatus nostri anno septimo.

[1]) sollicitudinem. B.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Stettin s. r. Bistum Camin Nr. 21 (A), mit der Bulle an gelben und roten Seidenfäden. Auf der Rückseite oben der Prokuratorname: Taverninus Novariensis, in der Mitte: Confirmacio omnium bonorum ecclesie generalis triplata est et registrata, auf der Vorderseite auf dem Buge rechts: A. Caccon., links unter dem Buge: R(eg.) Io. Camerin., darunter I. R. Die übrigen Kanzleivermerke sind unleserlich. Zweites Original (B) ebendaselbst (Bulle wie bei A). Beide Originale sind beschädigt, ergänzen sich aber gegenseitig. Caminer Transsumte (Mscr. I 7) Bl. 15. Caminer Originalmatrikel (Mscr. I 8) P. I Bl. 122 v; Caminer Matrikel (Mscr. I 8 a) P. I Bl. 137.

2706.

1312 Januar 13 Skillinge.

König Erich von Dänemark und Herzog Christoph von Halland verschreiben dem Fürsten Wizlaw III. von Rügen 1200 Mark wendisch zur Freimachung seines Landes Gnoien.

Omnibus etc. E(ricus) dei gracia Danorum Slavorumque rex et C(hristophorus) dei gracia dux Hallandie et Samsøø salutem in domino. Notum facimus universis, nos consanguineo nostro karissimo domino W(izlao) dei gracia principi Ruyanorum illustri in mille et CC marcis

denariorum slavicalium racione bonorum in terra Gnoghen, que nos E(ricus) rex eidem domino W(izlao) in quibusdam placitacionibus inter nos et ipsum habitis liberare promisimus, teneri obligatos in festo beati Martini proximo futuro in terra Møøn in promta pecunia vel pignore finaliter persolvendis et per nunciacionem memorati W(izlai) extra regnum nostrum libere deducendis pro nobis et omnibus aliquid facere vel omittere volentibus causa nostri, super quo dominus Ni(colaus) Olefson, dilecti fideles nostri Lago Akynson, marscalcus noster, Mar(tinus) Duwe, prefectus Scanie, et Laurencius Iønsson una nobiscum fide media promiserunt. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum Skillyng anno domini M° CCC duodecimo, in octava Ephyphanie.

Nach dem Codex Rugianus Bl. 1 v Nr. 6.

Gedruckt Fabricius IV 2 S. 17 Nr. CCCCX (621); Meklenb. Urkundenbuch V S. 616 Nr. 3511.

2707.

1312 Januar 16 Wolgast.

Herzog Wartislaw IV. verleiht der Stadt Anklam für 100 Mark Silber das Recht der freien Fahrt auf Peene und Swine, Fischerei auf dem Haff und anderen Gewässern und das Recht, herzogliche Vasallen zu pfänden nnd gefangen zu setzen.

Wartizlaus dei gracia dux Slavorum et Cassubie omnibus salutem in domino sempiternam. Noverit fidelis generacio tam presens quam futura per presentes, quod nos deliberato animo vendidimus nostre civitati Tanglim et dilectis nostris consulibus et communitati eiusdem civitatis libertates infrascriptas pro centum marcis puri argenti, quas nobis integraliter persolverunt. Primo videlicet, quod cives eiusdem nostre civitatis Tanglim cum suis navibus et universis rebus in ipsis contentis libere et absque omni thelonio per aquas, que Pena et Svina dicuntur[1]) ad salsum mare exeundo et redeundo possunt et debent navigare vel transfretare sine inpedimento nostro, heredum successorumque, advocatorum et officialium nostrorum qualiumcunque. Preterea vendimus et vendidimus eisdem nostris civibus libertatem piscandi pisces omnium generum per yemem et estatem ac per totum annum in aquis, que versche haf dicuntur, et aliis omnibus nostris aquis cum maioribus retibus et aliis quibuscunque. Tercio vendidimus ipsis hanc libertatem, quod, si aliquis miles, armiger aut villanus noster alicui civi obligatus in pecunia nolens sibi persolvere, consules per nuncios monendo, militem armigerum aut villanum, ut ipsorum civi pecuniam suam per quindenam persolvat, questione tamen ante ipsos prius probata cum eorum adiutorio et potestate militum, armigerum aut villanum impignerari[2]) faciant capi vel et in civitatem Tanglim perduci ac tam diu incippari, quousque ipsorum civi sua debita integre persolvat. Quas libertates, si quis advocatorum, officialium nostrorum ac alter quicunque infringat, consules ipsas infringentem tamquam latronem iudicabunt. Ut autem omnes libertates et quevis ipsarum nostre civitati Tanglim consulibus et communitati eius vendite in sempiternum per nos nostrosque heredes et successores inviolabiliter observentur, in testimonium prefatarum libertatum nostro sigillo presens scriptum est munitum. Cuius testes sunt Henninghus Bere, marscalcus, Arnoldus de Grambov, Flore de Bocholt, Arnoldus Bugghenhaghen, milites, con-

siliarii nostri, et quam plures fidedigni. Datum Wolgast anno domini M° CCC° duodecimo, dominica qua cantatur Omnis terra adoret te etc.

1) dicitur. Orig. 2) impignerari auf Rasur. Orig.

Nach dem Originale im Stadtarchive zu Anklam (Nr. 20). Das Siegel am Pergamentstreifen fehlt. Anklamer Kopeibücher ebendaselbst Tit. II Sekt. 5 Nr. 5 Bl. 39 v Nr. 59 und Tit. II Sekt. 5 Nr. 6 Bl. 31 v. Cod. dipl. Pomeraniae im Staatsarchive zu Stettin (Mscr. I 59) Bl. 52. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1208.

Gedruckt Stavenhagen, Beschreibung der Stadt Anklam S. 344 Nr. 31; Hans. Urkundenbuch II S. 83 Nr. 203 (Reg.).

2708.

1312 Februar 19 Zehdenick.

Die Markgrafen Waldemar und Johann V. von Brandenburg, schließen ein Bündnis mit dem Fürsten Heinrich von Mecklenburg.

— — — Wyr dat emande unses svagers her Henrics van Mecklinburch viant wolde werden, darvan wi eme scolen helpen minne, di eme behegelic is, odder rechtes; wir dat wi eme behulpen, des us rech duchte unde hi spereke, dat et em nicht rechte en duchte, dat scal stan upp unsen svager greven Albrecht van Annahalth unde upp unsen om her Wizlaven von Růgen; wat si spreken, dat recht si, dar scole wi uns an genůghen laten. — — — Dit is gescien unde ghescreven tů Cedenick na godes borth důsent jar drihunderth jare in deme tvelfthen jare, des neighesten sůnavendes na aller manne vasten.

Nach dem Originale im Hauptarchive zu Schwerin s. r. Verträge mit Brandenburg, mit dem Siegel am Pergamentstreifen.

Gedruckt Schröter, Dipl. Rostoch. S. XVIII Nr. XVII (Beiträge zur Meklenb. Geschichtskunde); Fabricius IV 2 S. 5 Nr. 622 (Auszug); Riedel, Cod. dipl. Brand. III 3 S. 17 Nr. 17; Meklenb. Urkundenbuch V S. 621 Nr. 3516; Cod. dipl. Anhalt. III S. 160 Nr. 245.

2709.

1312 Februar 19 Zehdenick.

Die Markgrafen Waldemar und Johann V. von Brandenburg schließen ein Bündnis mit dem Könige Erich von Dänemark.

— — — Om nogen vil anfecte forneffnde konge, skulde vi forskaffe hannem en venlig forligelse eller ret. Giør vi det, oc hannem siunis det icke lideligt eller billigt, som wi hafve forskaffet hannem, skal greff Albret aff Aneholt oc første Vitzlaff aff Ryen forene os, oc hvad de sige, skal vi forskaffe hannem. — — — Om vi fordrer hannem udi Pommern offver Elffven udi Missen, skal hand igien sende os 50 mand med lige besked. — — — Actum et datum in Cedenitz anno 1312, sabbato post dominicam Invocavit.

Nach Hvitfeld, Danmarckis Rigis Krønicke (1652) S. 357. Auch gedruckt Riedel, Cod. dipl. Brand. II 1 S. 315 Nr. 399; Meklenb. Urkundenbuch V S. 619 Nr. 3515; Fabricius IV 2 S. 5 Nr. 623 (Reg.); Cod. dipl. Anhalt. III S. 159 Nr. 244.

2710.

1312 Februar 27 Stralsund.

Fürst Wizlaw III. von Rügen verkauft den Stralsunder Bürgern Dietrich von Dorpen und Gerwin Semlow die Dörfer Buschenhagen und Neuenpleen für 1160 Mark wendisch.

Wiz(laus) dei gracia princeps Ruyanorum omnibus Christi fidelibus presens scriptum cernentibus salutem. Noverint universi, quod nos Thiderico de Dorpen et Gerwino Zemelow, burgensibus nostris fidelibus in Sundis, ac eorum heredibus veris vendidimus iusto tytulo vendicionis has duas villas, scilicet Buschenhagen et parvum Pollenem, pro mille marcis et ducentis marcis minus quadraginta marcis denariorum slavicalium cum omni utilitate, scilicet pratis, aquis, pascuis, lignis, rubetis, agris cultis et incultis ac aliis fructibus infra terminos dictarum villarum habitis, conprehensis tempore sub antiquo, et contulimus absque servicio libere iure homagii perpetue possidendas. Ceterum, si inter nos et civitatem nostram Sundis tempore procedente aliqua, quod absit, discordia fuerit suborta, nichilominus tamen dicti nostri burgenses et eorum heredes predictis bonis debent, ut premittitur, gaudere pacifice et quiete. Supremum vero iudicium expresse nostro et nostrorum heredum iudicio reservamus. Preterea, si predicti nostri burgenses vel eorum heredes dicta bona vendere, donare, permutare seu alienare decreverint, ad hoc nostrum debemus adhibere consensum et emptoribus seu aliis, quibus alienaverint, debemus eo modo et iure conferre, sicut a nobis in pheodum receperunt. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes sunt Pridborus de Vilmenize, Io(hannes) de Gristow, Nico(laus) de Pudbuzke, Sifridus de Plone, Ernestus Budde, advocatus, Reyn(fridus) Penize, Hinricus cum Plate, Nico(laus) de Divitze, marscalcus noster, et Thi(dericus) Sukow, milites et consiliarii nostri fideles, aliique quam plures fide digni. Actum et datum Sundis anno domini M° CCC° duodecimo, in dominica qua cantatur Oculi mei semper.

Nach dem Codex Rugianus Bl. 33 v Nr. 113.

Gedruckt Fabricius IV 2 S. 17 Nr. CCCCXI (624).

2711.

1312 März 1 Vienne.

Papst Clemens V. bestätigt den Vertrag des Domkapitels zu Camin mit den Herzogen Bogislaw IV. und Wartislaw IV. von 1308 Juli 6 (Bd. IV S. 306 Nr. 2411) über Eigentumsdörfer des Kapitels.

Clemens episcopus servus servorum dei dilectis filiis . . preposito, . . decano et capitulo ecclesie Caminensis salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per solicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Sane petitio vestra nobis exhibita continebat, quod, licet ecclesia Caminensis a sue fundationis tempore cum villis Soltyn, Grabow, Prucenow, Granstow, Stresow magno et Stresow parvo, Luchentyn, Pustecowe, Nansyn, Kalant, Zelyn[1]), Nyclas, Sycur, Wostentyn, Borintyn, Rosevirse, Koselyz, Unybur[2]), Drewys[3]), Bussentyn, Pempelowe, Revenowe, Iarsow, Polchow, Gristow ac Kussin, cum undecim mansis in Radauke et stagno inter Wacholt et Nansyn ac quibusdam annuis redditibus in Prebernowe iuxta Grifinberch et hominibus ipsas pro tempore inhabitantibus ceterisque possessionibus, que ad vos pertinere noscuntur, ab omni

iurisdictione[4]), precaria, exactione, servitio et subsidio temporali dominio faciendis libera fuerit et exempta, tamen orta dudum inter vos, ex parte una, et nobiles viros Wartislaum, ducem Sclavorum et Cassubie, et quondam Bugeslaum, eius patrem, dum viveret, Caminensis diocesis, ex altera, super eo quod tam iidem nobiles quam nonnulli predecessores ipsorum, in dictis villis et hominibus precariam et annuam exactionem se habere pretendentes, illam per plures annos de facto minus iuste vendicarunt in ipsis materia questionis, tandem vos[5]) pro bono pacis et ut ipsorum nobilium in nostris manutenendis iuribus et etiam conservandis favorem captare et habere possetis et ut dicti homines in tranquillitate pacis vivere possent, certam eis liberaliter, nulla necessitate iustitie vel consuetudinis vos agente, dedistis pecunie quantitatem, ita quod iidem nobiles per se suosque heredes ac successores a requisitione, impositione et extorsione huiusmodi precarie exactionis et alterius cuiuscumque[6]) exactionis impositione pro villis et eas pro tempore inhabitantibus et possessionibus supradictis desisterent in futurum, dictique nobiles de iuribus, libertatibus et immunitatibus nostris et ipsius ecclesie plenius informati recognoverunt et testati fuerunt pro se suisque heredibus et successoribus imperpetuum, villas et possessiones cum aquis, stagnis, piscationibus, pratis, pascuis, silvis, nemoribus, agris cultis et incultis ac eorum pertinentiis et iuribus eorundem cum inhabitantibus ipsas pro tempore ad vos omnimode pertinere nec ipsis nobilibus de iure vel aliqua consuetudine competere in eisdem aliquam precariam, exactionem, talliam, hospitalitatem, vecturam navium vel curruum aut aliquod quodcumque[6]) servitium, obsequium seu subsidium temporale nec per se suosque advocatos, officiales, familiam, nuntios seu alios quoscumque[6]) premissa vel aliquod premissorum petere, recipere vel etiam extorquere ac ob reverentiam dei et gloriose virginis matris eius et beati Iohannis baptiste, in cuius honore dicta Caminensis ecclesia dinoscitur fore constructa, omnia premissa et quodlibet premissorum, prout superius enarratur, vobis ex certa scientia confirmarunt, dantes extunc proprietatem, si quam habebant quomodolibet in premissis cum omnibus libertatibus et iuribus supradictis. Quodsi forsan ex aliquo casu processu temporis non possent ostendi privilegia super villis et bonis singulis superius enarratis, voluerunt quod per eorum patentes litteras super hiis confectas eorum sigillis munitas omnes proprietates villarum et aliorum bonorum predictorum cum libertatibus, iuribus, condicionibus et articulis omnibus et singulis supradictis, exclusis omnibus exceptionibus, calumpniis et cavillationibus, probarentur et staretur eisdem, prout in eisdem litteris plenius dicitur contineri. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, quod super hoc provide factum est, ratum et gratum habentes id auctoritate apostolica confirmamus[7]) et presentis scripti patrocinio conmunimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Vienne Kalendis Martii, pontificatus nostri anno septimo.

1) Zelin. B. 2) Unibur. B. 3) Drewis. B. 4) iurisditione. B. 5) in ipsis — vos auf Rasur. A. B. 6) —cunque. B. 7) comfirmamus. B.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Stettin s. r. Bistum Camin Nr. 22 (A). Bulle an gelben und roten Seidenfäden abgefallen. Links unter dem Buge der Zahlungsvermerk: $\frac{\overset{=}{\text{v}}}{\text{X}}$, darunter R(eg.) G. Viter(biensis?), I. P., der Schreibervermerk rechts auf dem Buge ist abgerissen. Auf der Rückseite der Name des Prokurators: Taverninus Novariensis, darunter Sifridus de Trechowe, decanus Caminensis, impetravit, weiter unten Registrata est. Zweite Ausfertigung (B) ebendaselbst mit der Bulle an gelben und roten Seidenfäden. Hier fehlt der Vermerk R. G. Viter(biensis?) links unter dem Buge, der Schreibervermerk rechts auf dem Buge lautet: Rao. Auf der Rückseite steht über dem Registrata est noch Confirmatio libertationis omnium bonorum ecclesie de precaria; Caminer Transsumte (Mscr. I 7) Bl. 15 v; Caminer Originalmatrikel (ebenda I 8) P. I Bl. 123; Caminer Matrikel (Mscr. I 8a) P. I Bl. 137 v.

2712.

1312 März 13 Bergen.

König Hakon von Norwegen bevollmächtigt den Thoria Thorlani zu einer Verhandlung mit den wendischen Seestädten wegen gegenseitiger Beschwerden.

Universis presentes litteras inspecturis vel audituris Haquinus dei gracia rex Norwegie salutem in domino sempiternam. Noveritis, quod nos dilectum et familiarem militem nostrum dominum Thoriam Thorlani facimus, constituimus et ordinamus nostrum verum et legittimum procuratorem ad tractandum, placitandum ac concordandum cum omnibus civitatibus et villis marittimis in Sclavia separatim vel coniunctim super omnibus et singulis querimoniis, causis et negociis, que inter nos ex una parte et dictas civitates ex altera versari dinoscuntur, dantes eidem procuratori nostro plenam et liberam potestatem et mandatum speciale omnia et singula faciendi circa predicta, que per verum et legittimum procuratorem aut per nos ipsos, si presentes adessemus, fieri possent, ratum et gratum habituri, quicquid per eundem procuratorem nostrum actum, ordinatum aut procuratum fuerit in premissis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Bergis in crastino sancti Gregorii pape, anno domini millesimo trescentesimo duodecimo, anno vero regni nostri tercio decimo.

Nach dem Originale im Ratsarchive zu Stralsund (Schr. VI Schiebl. 2) mit dem Siegel am Pergamentstreifen.

Gedruckt Etwas von gelehrten Rostockschen Sachen 1742 S. 232; Mantzel, Lineamenta operis historici-diplomatici de civitatibus Vandalicis (Rostock 1746) S. 5; Sartorius, Urkundl. Gesch. d. Hanse II S. 261 Nr. CXXIII b; Lüb. Urkundenbuch II S. 253 Nr. 295; Fabricius IV 2 S. 17 Nr. CCCCXII (625); Meklenb. Urkundenbuch V S. 623 Nr. 3518; Hanserecesse I S. 56 Nr. 103; Hans. Urkundenbuch II S. 84 Nr. 205 (Reg.).

2713.

1312 März 13 York.

König Eduard II. von England erklärt auf die Klage Stralsunds, daß zur Zeit König Eduards I. der königliche Admiral Johann Buteturte ein stralsundisches Schiff bei Berwick verbrannt und darin befindliches Geld an sich genommen habe, daß dies nach dem Kriegsrecht geschehen sei, da die Schiffsmannschaft sich zu den schottischen Feinden des Königs geschlagen habe, und fordert die Freigebung der in Stralsund beschlagnahmten Güter englischer Kaufleute, damit er nicht zu Gegenmaßregeln gegen die Stralsunder in England gezwungen werde.

Reverendis consulibus, scabinis civitatis de Stralleshunt in Estland salutem. Vestras litteras nobis missas nuper recepimus continentes, quod dilectus et fidelis noster Iohannes de Buteturte, quondam capitaneus sive admirallus flote navium celebris memorie domini E(duardi), nuper regis Anglie, patris nostri, quandam navem quorumdam comburgensium vestrorum apud Berewycum in Scocia comburi et quandam summam pecunie tunc in eadem navi inventam a marinariis eiusdem aufferri fecit, super quibus dictis burgensibus per litteras

vestras predictas satisfaccionem iam fieri petivistis. De quo plurimum admiramur, presertim cum illi, qui tunc in dicta navi fuerunt, Scotis inimicis et rebellibus dicti patris nostri et nostris contra eundem patrem nostrum et nos pro viribus adhesissent et cum ipsis fideles dicti patris nostri et nostros hostiliter invasissent, plures depredaciones et homicidia nequiter perpetrando, quousque tandem navis predicta per factum guerre inter inimicos nostros predictos capta extitit et combusta et, licet burgenses predicti pecuniam, si quam in dicta navi taliter perdiderint, ius aut racionem non habeant repetendi, sicut ex premissis, que apud nos satis sunt notoria, bene liquet, vos nichilominus occasione predicta bona et mercimonia dilectorum mercatorum nostrorum Rogeri Bisshop, burgensis nostri de Berewyco, Walteri de Chakhowe, burgensis de Raveneser, Walteri Steller, de Pawelflet, Roberti de Norton, burgensis de Grimesby, Iohannis filii Ricardi, de Grynthorp, Ricardi Galay, de eadem, Laurencii filii Hugonis, de Waynflet, Gilberti Pluk, Walteri Skynner, Thome filii Petri, Petri de Elmham, burgensium de Lenna, Nicholai Cob, de Wyteby, ad valenciam mille et centum marcarum monete in partibus vestris currentis in civitate predicta, sicut ex querela eorumdem mercatorum nostrorum accepimus, arestari fecistis, minus iuste ea sub aresto taliter detinendo in dictorum mercatorum nostrorum dispendium non modicum et iacturam. Et quia prefatis mercatoribus nostris volumus in hac parte cum iusticia subvenire, vos requirimus cum affectu, quatinus bona et mercimonia eorumdem mercatorum nostrorum in civitate predicta, ut premittitur, arestata dearestari et ipsis vel Thome Scot et Roberto Wake, dictorum mercatorum nostrorum attornatis, aut uni eorumdem attornatorum integre restitui faciatis, ita quod non oporteat nos pro mercatoribus nostris predictis contra mercatores vestros civitatis predicte infra regnum nostrum cum suis bonis et mercimoniis venientes de alio remedio providere. Et de eo, quod super premissis duxeritis faciendum, nos, si placet, distincte et aperte reddatis per vestras litteras et per latorem presencium certiores. T(este) ut supra.

Nach Close roll [Chancery] 5 Edward II. m. 10 d im Public record office zu London.

Regest im Hans. Urkundenbuch II S. 84 Nr. 206.

2714.

1312 März 13 Stettin.

Bremer von Stargard kauft den Zins von vier Mark zurück, den das Heil. Geist-Hospital zu Stettin aus seinem Hause besessen hatte.

Johann Schiele jun. überläßt dem Heil. Geist-Hospital einen Zins von vier Mark aus seinem Hause bei der St. Nikolaikirche.

Actum II[a] feria post Iudica. — — — — — — — — — — — — —
Item Bremerus de Stargard redemit censum IIII marcarum, quem sanctus Spiritus habuit super suam hereditatem. Item Io(hannes) Luscus iunior resignavit sancto Spiritui censum IIII marcarum super suam hereditatem apud sanctum Nicolaum.

Nach dem ältesten Stettiner Stadtbuche Bl. 13.

2715.

1312 April 3 Stettin.

Heinrich Perleberg überläßt seiner Tochter Thele, Nonne in Pyritz, sechs Mark Zins aus dem Eckhaus apud Stangevolen.

Actum feria II^a post octavam pasche. — — — Item Hinricus Perlebergh resignavit filie sue Thelen, sanctimoniali in Piriz, censum VI marcarum super suam hereditatem angularem apud Stangevolen tollendum tantum temporibus sue vite; dominus autem huius census Hinricus de Perlebergh, quamdiu vixerit, permanebit.

Nach dem ältesten Stettiner Stadtbuche Bl. 13.

2716.

1312 April 14 Altdamm.

Herzog Otto I. schenkt der Stadt Stettin alle Inseln außerhalb der engen Oder vor Pölitz, dann oderabwärts bis zum Swantewitz, von dort quer hinüber bis zur Crampe und von hier bis zum Raduhn.

In nomine domini amen. Otto dei gracia dux Slavorum et Cassubie omnibus in perpetuum. Ne in dubium decidant, que geruntur, solent ea testibus ydoneis et litteris autenticis solidari. Sane notum esse volumus universis, quod nos communicato nostrorum discretorum vasallorum consilio et respectu habito ad omnem benivolenciam et fidelitatem, quam discreti viri consules et conburgenses civitatis nostre Stetin nobis exhibent incessanter, eisdem et successoribus ipsorum universis dedimus et iusto proprietatis tytulo donavimus omnes insulas infrascriptis distinctionibus interclusas, videlicet extra artum Oderam ante oppidum Půliz, in litore Odere descendendo ad litus aque Zwantheviz, ab illa aqua Zwantheviz per transversum usque in aquam Krampe, ab aqua Krampe usque in fluvium Rodůn, cum omni iure et utilitate, que nunc et[1] in futuro exinde poterit provenire, in aquis, piscacionibus, pratis, pascuis, lignis, rubetis, agris cultis et incultis, in possessionem perpetuam pacificam et quietam, nichil omnino iuris nobis in dictis insulis reservantes. Ne igitur omnia hec prescripta robur perpetue firmitatis ac stabilitatis omittere contingat, nos prelibatis consulibus et conburgensibus dedimus presens instrumentum nostri sigilli munimine roboratum. Testes huius sunt dominus Wernerus dictus Bere, noster capellanus, Henningus et Wernerus dicti de Bůke, Conradus Ubessiko, Henningus de Curow, milites, Deghenhardus de Briztik, famulus, cum aliis pluribus fide dignis. Datum in Dambe anno domini M° CCC° duodecimo, in die sanctorum Tyburcii et Valeriani martirum beatorum.

[1]) nunc et. doppelt.

Nach dem Originale im Stadtarchive zu Stettin (Nr. 71) mit dem Siegel des Ausstellers an grünen Seidenfäden. Abschriften: Kopialbuch der Stadt Stettin Bl. 13 v (ebenda deutsche Übersetzung); Diplomat. civit. Stettin im Staatsarchive zu Stettin (Mscr. I 37) P. I Nr. 53; Rotes Buch S. 81; Grenzbuch von 1567 (Akten des im Staatsarchiv deponierten Stadtarchivs Tit. XII Sekt. 7 Nr. 20) Bl. 28. Originaltranssumt von 1371 Juli 13 im Stadtarchive (Nr. 117). Abschrift im Dipl. civit. Stettin P. I Nr. 54.

Gedruckt Hering, Histor. Nachricht von Alten-Stettin S. 10 Nr. 16; von Eickstedt, Urkundensammlung I S. 245 Nr. 101; Lisch, Urkunden des Geschlechts von Behr II S. 36 Nr. 151.

2717.

1312 April 14.

Herzog Otto I. schenkt der Stadt Stettin alle Inseln stromabwärts von der Schwante bis zur engen Oder, von hier bis zum Raduhn, dann den Fluß aufwärts bis Camelsberg, quer hinüber zur Insel Babbin und zurück bis zur Schwante.

In nomine domini amen. Otto dei gracia dux Slavorum et Cassubye universis Christi fidelibus audituris presencia seu visuris in perpetuum. Usus litterarum quodammodo ad hoc inventus est, ut, quod a presentibus geritur, mediante scriptura ad noticiam deveniat futurorum. Sane notum fore volumus universis, quod nos communicato nostrorum discretorum vasallorum consilio et respectu habito ad omnem benivolenciam et fidelitatem, quam discreti viri consules et conburgenses civitatis nostre Stetyn nobis exhibent incessanter, eisdem et successoribus ipsorum omnibus dedimus et iusto proprietatis tytulo donavimus omnes insulas hiis subsequentibus distinctionibus circumraptas, scilicet infra aquam Zwanthe, per quam transitur de Stetyn ad villam Lubbecyn, ab illa aquam Oderam descendendo usque extra artum Oderam, ab inde per transversum usque ad litus fluenti Rodun, in litore ipsius fluenti sursum ascendendo usque ad villam Chamele, deinde per transversum usque ad insulam Babbyne, in litore eiusdem insule ascendendo usque in predictam aquam Zwanthe cum omni iure et omni utilitate, que nunc et in futuro abinde poterit provenire, in aquis, piscacionibus, pratis, pascuis, lignis, rubetis, agris cultis et incultis in possessionem perpetuam pacificam et quietam, nichil omnino iuris nobis in dictis insulis reservantes. Ne igitur hec omnia prescripta robur perpetue firmitatis ac stabilitatis amittere contingat, nos prelibatis consulibus et burgensibus dare decrevimus presens instrumentum nostri sigilli munimine roboratum. Testes huius sunt dominus Wernerus dictus Bere, nostre curie capellanus, Henningus et Wernerus dicti de Bůke, Conradus Ubesko, Henningus de Curow, milites, Deghenhardus dictus de Briztik, famulus, cum aliis pluribus fide dignis. Datum anno domini M° CCC° duodecimo, in die sanctorum Tyburcii et Valeriani martyrum beatorum.

Nach dem Originale im Stadtarchive zu Stettin (Nr. 72) mit dem Siegel des Ausstellers an roten Seidenfäden. Abschriften: Kopialbuch der Stadt Stettin Bl. 14; Diplomat. civit. Stettin im Staatsarchive zu Stettin (Mscr. I 37) P. I Nr. 55, P. II Nr. 11; Rotes Buch im Stadtarchive zu Stettin (s. r. Urkunden Nr. 1) S. 83; Grenzbuch von 1567 (Akten des im Staatsarchive deponierten Stadtarchivs Tit. XII Sekt. 7 Nr. 20) Bl. 29 (Auszug), 129 v und 211. Originaltranssumpt von 1373 Juni 15 im Stadtarchiv zu Stettin (Nr. 124). Abschriften: Diplomat. civit. Stettin P. I Nr. 79, P. II Nr. 15; Rotes Buch S. 81; Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1210.

Gedruckt Hering, Histor. Nachricht von Alten-Stettin S. 9 Nr. 15 (Auszug).

2718.

1312 April 17 Altdamm.

Die Stadt Altdamm urkundet über die Grenzen ihres Anteils an dem Bruche Velchow und ihre Rechte an der Heide des Klosters Colbatz.

In nomine domini amen. Nos Iohannes Yden, Albertus Ysingher, Berner, Iohannes Meghow, Gerardus Stekelyn, Theodericus Loris, Thomas, Gotfridus Dives, Hynricus Schillynk,

Dedeko, consules civitatis Dambe, notum esse volumus omnibus imperpetuum, quia venerabilem patrem Hynricum, abbatem in Colbas, et suum conventum sepius querimoniis infestavimus, quod in privilegio a reverendo patre domino Ditmaro abbate bone memorie nobis[1]) dato non bene pro voluntate nostra fuissemus moniti racione terminorum paludis in Velchow et libertatis[2]) secandi[3]) ligna in ipsius monasterii merica. Rogavimus instanter, ut[4]) nostros terminos in predicta palude Velchow ampliare dignaretur et, qualem et quantam libertatem in predicta merica habuerimus, suis litteris declararet. Ipse vero dominus noster abbas paci[5]) et quieti intendens et maxime voluntatem domini nostri ducis Ottonis de Stetyn respiciens nos et nostros cives inpeticione nostra gratanter exaudivit secundum formam inferius subnotatam. Incipiunt itaque termini porcionis et partis nobis adiecte in principio cuiusdam pontis, qui dicitur pons picis, per directam viam, que vadit versus Putczerlyn, usque ad quendam montem, de ipso monte usque ad arborem pini, que stat prope montem, de ipsa arbore pini ulterius per directum usque ad aliam arborem pini signatam, que stat prope viam ad sinistram manum iuxta foveam que dicitur Mortkule, per quam viam itur ad pontem, qui dicitur Bolbrughe, ulterius ad aliam viam, que vadit ad dexteram manum ascendendo eam per girum usque ad truncum quercinum, qui stat super montem prope foveam, de illo quercino trunco in directum per paludem Velchow super quendam monticulum conproiectum, qui stat prope quendam cumulum, qui dicitur Synderhop, et distat ab illo cumulo trium virgarum in longitudine, qui cumulus iacet in campo non longe a tilia. Hanc igitur partem sive porcionem per dictos terminos descriptam nobis nostrisque civibus civitatem nostram inhabitantibus eorumque successoribus perpetuo possidendam donavit eo iure et ea libertate, qua alias possessiones nostras infra terminos nostre civitatis inclusas possidemus et actenus[6]) noscimur possedisse[7]), ita sane ut magister molendinorum in nostra civitate usum lignorum cum nostris civibus habeat et, quando ligna sorciuntur, sortem suam accipiat tantam, quantam melioribus hereditatibus dari solit. Propterea libertate perpetua donavit nostre civitatis civibus[8]) usum lignorum iacencium et pinum fodiendi[9]) in ipsius monasterii merica absque aliqua suorum subditorum contradictione, ad ligna vero stancia secanda in eadem predicta merica nullam nostri cives habeant potestatem, nisi ad sex pontes, qui nunc sunt in civitate nostra super Plonam, et ad pontem, qui est ante valvam molendini, et ad tres pontes, qui dicuntur Valbrughe, cum necesse habuerimus, reparandos Quam tamen necessitatem consules civitatis magistro molendinorum demonstrare debent, qui magister nostris consulibus, ubi et in quo loco secari debeant, designabit. In huius rei evidenciam et eorum, que hic scripta sunt, presentes litteras dedimus sigillo domini nostri illustris ducis Ottonis de Stetyn et nostre civitatis sigillo roboratas. Testes huius rei sunt Dedeko, prefectus nostre civitatis, Gotscalcus dictus Lupus de Reno, Cristianus Parvus, Dedekinus apud Plonam, Matheus, nostri cives, et alii quam plures fide digni. Datum et actum Dambe anno domini M° CCC° XII°, feria secunda post festum Tiburcii et Valeriani martirum.

1) non. Matr. 2) libertate. Matr. 3) siccandi. Matr. 4) ut fehlt. Matr. 5) pace. Matr. 6) attenus. Matr. 7) possidisse. Matr. 8) civium. Matr. 9) fodiendo. Matr.

Nach der Colbatzer Originalmatrikel Bl. 5 Nr. 13; Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1218.

2719.

1312 April 20.

Herzog Otto I. schenkt dem Kloster Colbatz die Bede von vier Hufen in Clebow und bestimmt die Hebung zu einer Lieferung für das jährliche Andenken des Kaplans Heinrich, weiland Pfarrers in Altdamm.

In nomine domini amen. Nos Otto dei gracia dux Slavorum et Cassubie ac dominus in Stetin omnibus in perpetuum. Argumentum vere dilectionis tunc demum solidum redditur, cum effectus caritatis inter rivos habitus eciam post mortem in operis exhibicione non tepescit. Eapropter notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod exactionem precariam quatuor mansorum in villa Clebow nobis hactenus secundum morem terre contingentem et debitam donavimus dilectis nobis in Christo domino abbati in Colbas percipiendam et tollendam, ita plane ut provisione cellerarii[1]) dicti monasterii Colbas cum eiusdem precarie proventibus in anniversario domini Hinrici, cappellani nostri, quondam plebani in Dammis, qui nobis in omnibus, dum viveret, fidelis extitit, conventui in Colbas per singulos annos servicium sive pietancia liberaliter ministretur. In cuius[2]) rei testimonium presentes litteras dedimus nostri sigilli munimine roboratas. Testes huius nostre donacionis: dominus Wernerus Ursus, dominus Olricus, clerici, Wernerus dictus Boke, noster advocatus, Hennyngus de Boke, frater suus, noster pincerna, milites, et alii quam plures fide digni. Datum anno domini M° CCC° XII°, feria quinta dominice Iubilate.

[1]) provisioni cellararii. Matr. [2]) quibus. Matr.

Nach der Colbatzer Originalmatrikel Bl. 15 v Nr. 57.

Gedruckt Lisch, Urkunden zur Geschichte des Geschlechts von Behr II B S. 37 Nr. 152.

2720.

1312 April 23 Altdamm.

Herzog Otto I. bestimmt, daß zwischen Stettin und Ueckermünde kein Getreide oder Mehl verladen und aus den Wäldern zwischen Stettin, Ziegenort, Crampe und Altdamm kein Brennholz und keine Kohlen ausgeführt werden dürfen, außer nach Stettin, und verleiht der Stadt Stettin das Strafrecht über die Kontravenienten.

In nomine domini amen. Otto dei gracia dux Slavorum et Cassubye universis Christi fidelibus audituris presencia seu visuris in perpetuum. Singularibus eos honoramus beneficiis non indigne, qui pre ceteris se nobis exhibent fideles pariter ac devotos. Cum itaque dilectorum nobis consulum et burgensium omnium civitatis nostre Stetyn fidem et devocionem sinceram non dubitemus erga nos incessabiliter estuare, nos ipsorum desiderantes statum semper in melius et in melius proficere, damus liberaliter et concedimus eisdem omnibus tam presentibus quam futuris has subscriptas donaciones per nos sive per nostros successores nullo tempore revocandas. Quarum prima est, quod inter dictam civitatem Stetyn et oppidum Ukermunde nusquam in Odera vel in Iaseniz aut in recenti[1]) mari annona sive farina aliqua debet innavari, quod schepen vulgari vocabulo nuncupatur, nisi forte ad eandem civitatem Stetyn talis annona vel farina fuerit devehenda. Secunda est, quod a dicta civitate Stetyn usque ad

locum Ceghenorde, a loco Ceghenorde usque in aquam Krampe, ab aqua Krampe usque ad civitatem Dambe de omnibus silvis et paludibus in hac meta comprehensis nequaquam debent evehi ligna cremabilia vel carbones ad aliqua loca alia, nisi ad civitatem nostram Stetyn vel ad nostras alias civitates. Si vero quisquam contra has nostras donaciones deprehensus fuerit, ligna cremabilia et carbones ad loca illicita devehere sive annonam aut farinam in locis prohibitis innavare, talia bona iudicabuntur fore demerita, quod vorvarn communiter dicitur, et prefati consules ad usus nostros et ad usus civitatis Stetyn sibi bona talia totaliter usurpabunt, nostro, si necesse fuerit, auxilio mediante. Potentes nichilominus erunt iidem consules ex parte nostra super prelibatis excessibus ad emendam amicabilem acceptandam vel ad eosdem excessus ex integro relaxandos. Ne igitur hec omnia prescripta robur perpetue firmitatis ac stabilitatis amittere contingat, nos prememoratis consulibus et burgensibus dedimus presens instrumentum nostro sigillo evidencius communitum. Testes horum sunt dominus Wernerus dictus Bere, nostre curie capellanus, Hennigus et Wernerus dicti de Bůke, Conradus Ubesco, Hennigus de Curow, milites, Deghenhardus de Briztik, famulus, cum aliis pluribus fide dignis. Datum in Dambe anno incarnacionis dominice M° CCC° duodecimo, in die sancti Georgii martyris gloriosi.

1) recente. Orig.

Nach dem Originale im Stadtarchive zu Stettin (Nr. 70) mit dem Siegel des Ausstellers an roten Seidenfäden. Abschriften: Kopialbuch der Stadt Stettin Bl. 2 v und 3 (deutsche Übersetzung); Diplomat. civit. Stettin im Staatsarchive (Mscr. I 37) P. I Nr. 52, P. II Nr. 30; Stettiner Archiv P. I Tit. 122 Nr. 13 Bl. 343; Rotes Buch (Stadtarchiv s. r. Urkunden Nr. 1) S. 52. Originaltransfumt von 1371 Juli 13 im Stadtarchive (Nr. 119). Abschriften: Kopialbuch der Stadt Stettin Bl. 2 v; Diplomat. civit. Stettin P. I Nr. 52, P. II Nr. 31; Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1209.

Gedruckt Lisch, Urkunden zur Geschichte des Geschlechts von Behr II B S. 38 Nr. 153.

2721.

1312 Mai 1 Altdamm.

Herzog Otto I. bestätigt, daß die beiden Hufen zu Woltersdorf, die zur Kämmerei des Klosters Colbatz gehören, von der Bede frei sein sollen, wofür die Kämmerei den herzoglichen Jägern jährlich ein Stück graues Tuch geben soll.

Nos Otto dei gracia Slavie et Cassubie et Pomeranie dux presentibus duximus publice protestando, quod ad instanciam honorabilis viri quam plurimum nobis grati domini Thiderici de Duderstad, abbatis in Colbas, obque remedium animarum, nostre videlicet ac nostrorum progenitorum, confirmamus, ratificamus necnon et confirmando contulimus domino Hinrico de Zabuz nobis quam dilecto, dicti loci scilicet Colbas camerario, duos mansos in villa Woltersdorp ad officium camerarie perpetuis temporibus absque omni exactione sive precaria permansuros, sicud ab antiquis temporibus dicti loci camerarius dinoscitur mera libertate possedisse, tali condicione intermedia, quod prefati loci camerarius in signum sive memoriam huius nostre confirmacionis singulis annis unum griscum pannum dare debet servis nostre venacioni deputatis. Testes huius rei Hinricus Pokolente, Gerardus de Berticow, Conradus Vleming, Conradus Ubeske, milites, cum pluribus aliis fide dignis. In cuius rei[1]) firmitatem pleniorem presentes litteras dedimus nostri sigilli appensione roboratas. Datum Damb anno domini M° CCC° XII°, ipso die beatorum Philippi et Iacobi apostolorum.

1) re. Matr.

Nach der Colbatzer Originalmatrikel Bl. 20 Nr. 79.

Vergl. Urkunde von 1299 Mai, Pomm. Urkundenbuch III S. 368 Nr. 1890.

2722.

1312 Mai 2 Vienne.

Papst Clemens V. teilt dem Erzbischofe von Gnesen und den Bischöfen von Camin und Posen mit, daß er alle Güter des aufgehobenen Templerordens dem Johanniterorden übertragen habe und alle, die unberechtigterweise von solchen Gütern Besitz ergriffen haben, mit dem Banne belege.

[Clemens episcopus servus servorum dei venerabilibus fratribus] archiepiscopo Gneznensi et Caminensi ac Poznaniensi episcopis. — — — Datum Vienne sexto Nonas Maii, pontificatus nostri anno septimo.

Nach dem Register Bd. 59 Bl. 51 v Nr. 245 im Vatikanischen Archive zu Rom.

Gedruckt Harduin, Acta concil. VII S. 1340; Cod. dipl. maj. Pol. II S. 297 Nr. 954; Regestum Clementis Ann. VII S. 68 Nr. 7886.

2723.

1312 Mai 2 Stettin.

Die Provisoren des Heil. Geist- und des St. Georg-Hospitals zu Stettin überlassen dem Werner von Steinberg den Zins von sechs Mark aus dem Hause des Hermann Seiler auf dem Rödenberg.

Ludwig Möller überläßt dem Heil. Geist-Hospitale einen Zins von drei Mark aus dem Hause des Arnold Bürger.

Actum III^{a} feria[1]) post Walburgis. Provisores domus sancti Spiritus et sancti Georgii resignaverunt censum VI marcarum super hereditatem Hermanni Funificis[2]) in monte canum Wernero de Lapidea Monte ad manus Hermanni Albi. Item Ludovicus Molendinarius resignavit domui sancti Spiritus censum III marcarum super hereditatem Arnoldi Borgere.

[1]) feria fehlt. Stadtbuch. [2]) Funicis. Stadtbuch.

Nach dem ältesten Stettiner Stadtbuche Bl. 13.

2724.

1312 Mai 9 Stralsund.

Thorias der Junge, Bevollmächtigter des Königs Hakon von Norwegen, bekundet die mit den Seestädten Lübeck, Rostock, Wismar, Greifswald und Stralsund geschlossene Vereinbarung wegen des Seeverkehrs.

Universis Christi fidelibus presens scriptum cernentibus vel audientibus Thoryas dictus Ungghe specialis nunctius et procurator incliti domini Hacquini, regis Norwegie, salutem in domino sempiternam. Veniente me Stralessunt nomine procuratorio dicti regis Norwegie sub anno domini M° CCC duodecimo, tercia feria ante pentecosten, presentibus honestis assessoribus, scilicet domicello Nicolao, filio domini Iacobi, quondam comitis Hallandie, et domino Symone, Asloensi canonico, ubi nunctii et procuratores maritimarum civitatum convenerant, videlicet Lubec, Rostoc, Wismer, Gripheswalt et Stralessunt, provida dispensacione prehabita de voluntate

magnifici mei domini Hacquini, regis Norwegie, sub hac forma cum eisdem nunctiis et procuratoribus finaliter placitavi, quod omnes mercatores et incole tocius regni Norwegie cum suis navibus ac universis mercimoniis salvis suis rebus et personis, venire seu applicare poterunt ad dictas civitates racione mercandi, sicut solitum est temporibus ab antiquis. Eciam omnes incole dictarum civitatum una cum suis navibus ac universis mercibus[1]) secure navigare, venire et applicare possunt et debent ad omnes portus et villas forenses dicti regni mercacionem suam antiquitus solitam ibidem exercendo, fruique debent omnibus libertatibus et iuribus longe habitis et indultis, sicut in privilegiis ac ceteris placitacionibus dicti magnifici regis et suorum progenitorum plenius continetur. Similiter et incole dicti regni in dictis civitatibus gaudebunt suis libertatibus habitis et conscriptis ab antiquo. Nullus eciam quidquam molestie contra alium inferat aut moveat nec aliquod genus gwerrarum seu contumelie in alterum presumat inchoare, sed, ut dictum est, tum Norici quam incole dictarum civitatum perfrui debent omnibus libertatibus et iuribus in pace sempiterna. Si vero ex casu aliquo cause, querimonie vel excessus inter magnificum regem supradictum vel incolas sui regni et incolas dictarum civitatum versantur aut in posterum versari contigerit, declarari debent et ostendi, antequam super ipsis quidquam ordinatum fuerit sive factum. Si eciam aliqui de incolis dictarum civitatum venerint ad presenciam ipsorum facientes querimonias frivolas et inanes, de quibus minime verum presumitur, illis credi non debet, nisi prius nunctius cum litteris mittatur inclito domino regi vel suis officialibus ad investigandum, quid in rei veritate fuerit de causa sic conquesta. Similiter fiat in casibus domino regi aut suis officialibus conquestis, quod nunctius cum litteris mittatur civitatibus, ut veritas illius funditus exquiratur. In cuius rei perpetuam firmitatem sigillum domicelli Nicolai predicti una cum sigillo meo et sigillo domini Symonis, canonici Asloygensis, presentibus litteris sunt appensa. Datum anno, die et loco supra scriptis.

1) mersibus. Orig.

Nach dem Originale im Ratsarchive zu Stralsund (Schr. VI Schiebl. 2) mit den drei Siegeln am Pergamentstreifen.

Gedruckt Willebrandt, Hans. Chronik III S. 12; Lüb. Urkundenbuch II S. 255 Nr. 29?; Fabricius IV 2 S. 18 Nr. CCCCXIII (626); Meklenb. Urkundenbuch V S. 642 Nr. 3528; Hanserecesse I 1 S. 56 Nr. 104; Hans. Urkundenbuch II S. 86 Nr. 209 (Reg.); Reg. Dan. Ser. II Tom. 1 S. 154 Nr. *996.

2725.

1312 Mai 18 Demmin.

Die Stadt Demmin schließt mit dem Ritter Heinrich von Voß einen Vergleich.

A. Ausfertigung der Stadt Demmin.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Consules civitatis Dymin atque conmunitas civitatis eiusdem universis Christi fidelibus, ad quos presencia pervenerint, salutem in domino sempiternam. Expedit ut acta presencium perveniant ad noticiam futurorum, ne gesta discretorum a labili hominum memoria evanescant. Igitur ad noticiam tam presencium quam futurorum cupimus presentibus devenire, quod viri discreti milites strennui videlicet Iohannes de Valslave,

Wernerus dictus Lepel, Reyfardus de Penisz necnon Iohannes Dotenberg, parte nostra, Ebelinghus de Ieben, Henninghus dictus Vos, Arnoldus de Osten minor atque Bertoldus de Ertheneborch, parte ex altera, totam discordiam inter nos et Hinricum Vos militem habitam terminaverunt atque sedaverunt totaliter in hunc modum. Primo scilicet quod predictus Hinricus Vos suique heredes legitimi curiam suam iuxta castrum Dymin ultra Penam sitam structuris optineant nunc constructis ipsamque iam dictam curiam nullis fossatis dilatando aut municionem aliquam construendo, sed dictam curiam, prout moris agricole seu rurensis fuerit, muniendo. Item Hinricus Vos iam dictus suique heredes pascuis et pratis ville Dronevisze adiacentibus cum eiusdem ville villanis ex dicta curia equaliter perfruentur. Preterea dicti villani una cum dicto Hinrico Vos prata vel pascua pro usu utriusque reservanda, quod vulgo heghen dicitur, unanimiter defensabunt. Item singuli mansi dicti Hin(rici) Vos in villa sepedicta siti annuatim pro precaria unum talentum denariorum levium quolibet festo sancti Nicolai nobis dabunt consulibus, exemptis mansis seu liberis quibusdam exceptis; quo talento mansi iam dicti ab ampliori precaria a nobis sint soluti. Ceterum kotas in Kregerow constructas, quas iure iuramentoque nostro destruximus sufficienter tactis reliquiis, cum easdem destruxerimus, ipsum ammodo sicut prius permanebit. Ut autem hec prescripta firma permaneant et inconvulsa, presentibus nostrum sigillum in huius rei evidenciam duximus apponendum, presentibus Henningho de Wacholt et Paridam de Wacholt iuniore, militibus, cum militibus suprascriptis necnon nostris consulibus et multis aliis fide dignis. Datum Dymin anno domini M° C° C° C° XII°, feria quinta proxima post festum pentecostes.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Stettin s. r. Dep. Demmin Nr. 17, mit dem beschädigten Siegel der Stadt am Pergamentstreifen. Abschrift in der Matricula privilegiorum civit. Demynn ebendaselbst Nr. 62; Schwartzsche Abschrift in der Königl. Universitätsbibliothek zu Greifswald (Mscr. Pom. Fol. Nr. 148) Bl. 167.

B. Ausfertigung des Ritters Heinrich Voß.

In nomine sanctae et individuae trinitatis amenn. Hinricus dictus Vos, miles, universis Christi fidelibus, ad quos[1]) praesentia pervenerint[2]), salutem in domino sempiternam. Expedit, ut acta praesentium perveniant ad noticiam futurorum, ne gesta discretorum labili hominum memoria evanescant. Igitur ad noticiam tam praesentium quam futurorum cupimus praesentibus devenire, quod viri discreti et milites strennui[3]), videlicet Ebelingus de Ieben[4]), Henningus dictus Vos, Arnoldus de Osten iunior, Bertoldus de Ertheneborch[5]), parte nostra, necnon Iohannes de Walsleve, Wernerus dictus Lepel, Reiferdus de Penitz ac Iohannes Dotenberg, parte ex altera, totam discordiam inter nos et consules civitatis Dymin habitam terminaverunt[6]) atque sedaverunt totaliter in hunc modum. Primo scilicet, quod nos dictus Hinricus Vos et nostri haeredes legitimi curiam nostram iuxta castrum Dymin ultra Penam sitam structuris obtineamus[7]) nunc constructis ipsamque iam dictam curiam nullis fossatis dilatando aut munitione aliqua firmando, sed eandem, prout moris agricolae seu rurensis fuerit[8]), aedificiis muniendo. Item[9]) nos et nostri haeredes pascuis et pratis villae Dronevitze adiacentibus cum eiusdem villae villanis ex dicta curia aequaliter perfruemur. Praeterea, si dicti villani una nobiscum prata vel pascua aliqua pro utilitate ipsorum et nostra pro tempore reservare, quod vulgo heghen dicitur, decreverint, unanimi[10]) consilio eadem defensabimus et consensu. Item[11]) singuli nostri mansi in villa dicta siti annis singulis pro praecaria consulibus supradictis talentum unum denariorum levium[12]) in quolibet festo sancti Nicolai confessoris dabunt, exceptis

quibusdam mansis liberis et exemptis; quo dicto talento dicti nostri mansi ab ipsis consulibus tunc ampliori praecaria sint[13]) soluti. Caeterum cum kotas[14]) in Kregherow[15]) per nos constructas praefati consules iure seu iuramento[16]) suo destruxerint, cum easdem, prout dictum est, iure destruxerint, ipsum ammodo, sicut prius, permanebit. Ut autem haec praescripta firma permaneant et inconvulsa, praesentibus nostrum sigillum in huius rei evidentiam duximus apponendum, praesentibus Henningio de Wacholt, et Paridam de Wacholt iuniore, militibus, cum caeteris praescriptis militibus et consulibus civitatis supradictae necnon multis aliis, quibus fides suffragatur. Datum in castro Dymin anno domini millesimo tricentesimo duodecimo, feria quinta proxima post festum pentecostes.

1) quorum. Matr. 2) perveniunt. Matr. 3) Fehlt. Matr. 4) Leben. Matr. 5) Ercheneborg. Matr. 6) certaverunt. Matr. 7) obtineant. Matr. 8) fiunt. Matr. 9) scilicet. Matr. 10) unanimo. Matr. 11) sunt. Matr. 12) Fehlt. Matr. 13) fuit. Matr. 14) roræs. Matr. 15) Bregherowe. Matr. 16) iuremento. Matr.

Nach der Matricula privilegiorum civitatis Demynn im Staatsarchive zu Stettin (Dep. Stadt Demmin) Nr. 87.

2726.

1312 Mai 21 Schlawe.

Peter von Neuenburg, Johannes von Schlawe und Lorenz von Rügenwalde erteilen der neuzugründenden Stadt Rügenwalde ein Privilegium.

In nomine domini amen. Petrus dei gracia comes de Nuwenbůrch et dominus Iohannes et Laurencius, felicis memorie domini Swensonis filii, tocius terre Pomeranie palatini, domini terre Slawyne videlicet et Rugenwoldis universis Christi fidelibus presens scriptum visuris seu audituris in salutis auctore salutem. Quoniam humane vite inbecillitas nequaquam in eodem statu subsistere diu valet, sed mutabilitati subiacent, universa statuit consulta discrecio ea, que geruntur, ne memoriam effugiant hominum, sigillatis apicibus aut viva voce testium perhennari. Hinc est quod nos pari voto et unanimi consensu nostris fidelibus re vera in Christo nobis dilectis possessoribus domino Rudolfo videlicet de Colmaz, Iohanni Vredelant et Hinrico, filio suo, et fratri suo Hinrico ac Hermanno Smorren civitatem nostram Rugenwold de novo locandam dedimus et construendam cum omnibus civibus, quos ad se vocaverint, et cum mero iure Lubicensi eciam cum omnibus subnotatis mansis et interiectis condicionibus, modis et libertatibus feliciter et quiete iure hereditario perpetuo possidendam. Primo itaque ad ipsam civitatem locandam damus ipsis possessoribus centum mansos cum decem mansis in agris cultis et incultis hoc modo mensurandos, infra aquam videlicet Vipperam et villam Cysowe octoginta mansi et ab alia parte ipsius aque triginta mansi mecientur, quinquaginta eciam mansos pro pascuis possessoribus nostre civitatis assignamus. Quodsi totidem[1]) mansi in prato ante nostrum castrum, cum idem pratum protensum fuit et mensuratum, minime poterunt reperiri, similiter ab alia parte aque prefate, videlicet infra aquam Babyz et castrum nostrum, ipsi mansi complebuntur. Insuper proprietatem quinquaginta mansorum, ubicumque in terra nostra emere poterunt, eisdem possessoribus perpetuis temporibus condonamus. Preterea libertatem advocacie et merum ius Lubicense, tam in ipsa nostra civitate quam eciam in omnibus mansis pretaxatis, videlicet ducentis et decem mansis, omnesque sentencias capitales sive manuales plenissime ipsis possessoribus indulgemus, subnotatas tamen condiciones in premisso iudicio ipsius advocacie

nobis reservantes. In primis in ipsa nostra civitate cum maturo consilio possessorum videlicet et nostro pro tempore, cum necesse fuerit, simul advocatum ponemus. De iudicio nichilominus in prenominatis mansis ipsis possessoribus indulto primum denarium nobis, possessoribus secundum, tercium vero civitati nostre assignamus. Ius autem Lubicense ante portum civitatis et in littore maris hoc modo servabunt, unus videlicet de nostris, cui conmittimus, vices nostras in hac parte ibidem nostro nomine iudicabit et de omnibus excessibus civium nostre civitatis ibidem contingentibus primum denarium nobis asscribimus, possessoribus secundum, tercium vero civitatem, sed de hospitibus et de eorum excessibus ibidem possessores omnino nichil habebunt. Damus eciam possessoribus prefatis et civibus universis non solum liberam licenciam prenominatam, videlicet aquam Vipperam descendendi et ascendendi, verum eciam per portum nostre civitatis, qui vulgariter bolwerc sive havene vocatur, ulterius ad salsum mare exeundi et redeundi sine theloneo largam libertatem, hoc adiciendo, quod omnes hospites navigio advenientes et pausacionem, que nederlage dicitur, in eadem aqua facientes evolutis duobus diebus theloneum obligatorie dare tenebuntur, de quo videlicet theloneo nobis duas partes reservantes, terciam partem ad portum, hoc est ad bolwerc restaurandum, relaxamus. Ratum insuper et gratum tenemus, quod, si aliarum quarumcunque civitatum consules nostre civitatis possessores et ipsorum concives de omni theloneo liberos et quitos dimittere conpromiserint, ipsos e converso et eorum concives ab omni theloneo quitos dimittere possunt et solutos. Ceterum sex naves liberas, que bordingge vocantur, in captura allecum habebunt, de quibus navibus ipsa civitas tres, reliquas vero tres naves possessores obtinebunt, sed quicquid de ipsis piscatoribus in eisdem navibus piscantibus tempore premisso in iudicio excessuum cedere poterit, de hoc nobis primum, possessoribus secundum, tercium vero denarium asscribimus civitati. Recia nichilominus, que strantgarne vocantur, ipsi possessores in littore maris habere poterunt, ita tamen, ne nostri piscatores in nostra piscatura, hoc est in loco qui Hake nuncupatur, aliquod inpedimentum paciantur. Licenciamus eciam eisdem possessoribus in nostra aqua Wippera quatuor piscatores cum minutis retibus, que stokenette vocantur, qui videlicet piscatores a portu civitatis per asscensum ipsius aque usque ad locum, in quo proprietas et termini ipsius civitatis terminantur, et ante nostram clausuram ipsam piscandi artem sua recia iactando taliter exerceant, ne nos in nostra clausura aliqua detrimenta paciamur, Piscium vero medietatem possessores, reliquam mediam partem cives obtinebunt. Molendinum preterea novum in predicta nostra aqua Wippera prefati possessores cum duabus rotis, ubicumque voluerint, locabunt, de quo molendino ab illa hora, in qua cum molendino edificato primo molere inceperint, per integrum annum nobis nichil dabunt, extunc autem annis singulis de qualibet rota decem tremodios frumenti molendini cum modio Lubicensis civitatis mensurandos expedite nostre familie presentabunt. Quodsi futuris temporibus ipsi possessores pluribus rotis indiguerint eo modo, quo premisimus, liberum integrum unum annum obtinebunt et similiter de qualibet rota apposita annis singulis decem tremodios dabunt frumenti supramemorati. Esoces vero, si casu ultra nostram clausuram saltum facerent et in aqua, qua rote reguntur, sive in meatu aque, qui sluse nuncupatur, pisces eciam cuiuscunque generis, si caperentur, utique possessores sibi reservabunt. Novo itaque edificato, antiquum [2]) destruetur. Pari insuper voto annuimus, quod, si prenominati possessores aliquos redditus pro commodo artificum, videlicet pistorum, carnificum, sutorum, balneatorum in nostra civitate comparare decreverint, medietatem illorum reddituum possessores tollent, reliqua vero pars cedet civitati. Damus eciam possessoribus omnes ibidem areas et omnes mansos prenotatos distribuendi, dividendi, quomodo vel quantum et quibus personis voluerint,

liberam facultatem. Item si ipsi possessores extra proprietatem civitatis sibi aliqua bona propriis denariis compararent, de illis ad communem contribucionem, que sit secundum vulgarem civitatum consuetudinem, que in vulgari scot vocatur, nichil omnino dare tenebuntur. Id ipsum fiat de nobilioribus personis, que in eadem nostra civitate fecerint mansionem, quod, si aliqua bona extra proprietatem civitatis habuerint, illa bona obtinebunt libera, eo modo, quo supra. Preter ista omnia volentes, quod si de stirpe nobilium miles vel aliquis talium pro aliquibus debitis coram advocato nostre civitatis fuerit accusatus, quamvis iuste, nisi prius illa debita coram nobis efficaciter fuerint executa, obligatorie iudicio non astabit, sed si aliquis ab ipsis nobilioribus in nostra civitate aliquem de nostris civibus verbis sive factis offenderit, quod absit, talis, si detentus fuerit, non solum ibidem iudicio astabit, verum eciam semota omni contradictione, quicquid ius dictaverit Lubicense, modis omnibus sustinebit. Ipsam eciam civitatem seratam et in circuitu planccatam ipsis possessoribus presentare tenemur, et ab illa hora, in qua nostra civitas eisdem taliter fuerit presentata, numeratis octo annis, quos integraliter omnes liberos et sine aliquo gravamine feliciter obtinebunt, super omnia nichilominus premissa ad infranotata fideliter servanda, nos presentibus firmiter obligamus, videlicet sepememoratos possessores in omnibus premissis mansis, areis, hereditatibus et aliis bonis ipsis presentatis et adhuc presentandis efficaciter tenemur warandare et omnia bona ab omni inpeticione libera facere procul dubio in gracia vel in iure. Huius itaque convencionis simul et actionis nostre testes sunt dominus Ber(toldus), abbas de Buchovia, frater Her(mannus), prior, frater Hinricus, cellerarius, dominus Conradus de Versen, dominus Wlvolt de Belowe, dominus Conradus de Gerlagisheym, dominus Iohannes de Gerlagisheym, Swantus, Iohannes de Rystowe, Iohannes iunior Spruc et alii quam plurimi fide digni. Ut autem hec nostra convencio simul et actio rata et inpermutabilis perpetuis temporibus perseveret, presentem paginam inde confectam ipsis pretaxatis possessoribus porreximus sigillorum nostrorum munimine roboratam. Datum et actum in Slawyna anno domini millesimo trecentesimo duodecimo, in die sancte et individue trinitatis.

1) todidem. Orig. 2) antiqum. Orig.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Stettin s. r. Dep. Stadt Rügenwalde Nr. 1, mit den Siegeln des Peter von Neuenburg an roten und des Johann von Schlawe an grünen Seidenfäden. Das Siegel des Lorenz ist abgefallen. Abschriften des 18. Jahrhunderts in der Universitätsbibliothek zu Greifswald (Mscr. Pom. Fol. Nr. 135), in der Bibl. d. Ges. f. Pomm. Gesch. zu Stettin (Loeper Mscr. 168: Priv. Rugenwald. Bl. 1) und Sammelband der Kgl. Bibliothek zu Berlin (Mscr. boruss. Quart Nr. 29): Rügenwald. Urkundensammlung Nr. 1; Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1213.

Gedruckt B. G. Struvius, Acta litt. II S. 546; Riccius, Abhandlung von Stadtrechten S. 118; Ludewig, Reliquiae manuscriptorum IX S. 582—589; Hans. Urkundenbuch II S. 87 Nr. 212 (Reg.).

2727.

1312 Mai 28 Prohn.

Fürst Wizlaw III. von Rügen bekundet, daß er vor dem Verkaufe des Dorfes Lüssow an die Stadt Stralsund dem Konrad Weckerling einen Katen daselbst nebst einer Hebung von 11 Hühnern geschenkt habe.

Omnibus Christi fidelibus presencia visuris vel audituris Wiz(laus) dei gracia princeps Ruyanorum salutem in domino sempiternam. Tenore presencium notum esse volumus universis quod Conrado dicto Weckerlinch, famulo nostro, ac heredibus suis donavimus et contulimus in

villa Lutzowe unam casam dictam secundum volgum katen cum redditibus undecim pullorum, priusquam ipsam dictam villam nostram civitati nostre Stralessunt vendidimus, perpetue, libere ac pacifice possidendam. In huius rei testimonium evidens sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Actum et datum Perun presentibus nostris militibus Ernesto Budden, advocato, Io(hanne) Dotenberg, Reyfrido de Penitze et Thiderico Sucowen anno domini M° CCC° duodecimo, in octava festi trinitatis.

Nach dem Codex Rugianus Bl. 14 v Nr. 38.

Gedruckt Fabricius IV 2 S. 19 Nr. CCCCXV (628).

2728.

1312 Mai 28 Grosseau.

Papst Clemens V. providiert auf Bitten des Markgrafen Waldemar von Brandenburg dessen Kapellan Heyso von Strack mit Kanonikat und Präbende zu Camin, obwohl er beides in Soldin und die Kirche zu Osterburg hat, und beauftragt den Bischof von Lübeck und die Pröpste von Brandenburg und Frankfurt a. M. mit seiner Einführung.

[Clemens episcopus servus servorum dei] dilecto filio magistro Heysoni de Strac, canonico Caminensi, [salutem et apostolicam benedictionem]. Litterarum scientia, vite ac morum honestas aliaque tuarum dona virtutum, super quibus laudabile tibi testimonium perhibetur, necnon dilecti filii nobilis viri Woldemari, marchionis Brandeburgensis, pro te, capellano suo, nobis super hoc humiliter supplicantis consideratio nos inducunt, ut ad personam tuam nostre liberalitatis dexteram extendamus. Hinc est quod nos volentes tibi gratiam facere specialem canonicatum ecclesie Caminensis cum plenitudine iuris canonici et prebendam, si qua in eadem ecclesia vacat ad presens, cum omnibus iuribus et pertinentiis suis apostolica tibi auctoritate conferimus et de illis etiam providemus. Si vero aliqua prebenda nunc non vacat in ecclesia supradicta, nos prebendam inibi proximo vacaturam conferendam tibi, cum vacaverit, donationi apostolice reservamus, decernentes exnunc irritum et inane, si secus super hoc a quoquam quavis auctoritate contigerit attentari, non obstantibus de certo canonicorum numero et aliis quibuscunque statutis et consuetudinibus contrariis eiusdem ecclesie iuramento, confirmatione apostolica vel quavis alia firmitate vallatis. Aut si aliqui apostolica vel alia quacunque auctoritate in dicta ecclesia in canonicos sint recepti vel ut recipiantur insistant, quibus omnibus preterquam auctoritate nostra receptis vel prebendas expectantibus in eadem te in ipsius prebende assecutione volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quo ad aliarum prebendarum assecutionem preiudicium generari, aut si venerabili fratri nostro episcopo et dilectis filiis capitulo Caminen(sibus) vel quibusvis aliis comuniter vel divisim a prefata sit sede indultum, quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli non possint, aut quod de canonicatibus et prebendis ipsius ecclesie vel beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem vel aliam quamcunque dispositionem coniunctim vel divisim spectantibus nequeat alicui provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo *etc.* aut quibuscunque privilegiis et indulgentiis apostolicis generalibus vel specialibus quorumcunque tenorum existant, per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus huiusmodi gratie impediri valeat vel differri, et de quibus quorumque totis tenoribus in nostris litteris specialis mentio

sit habenda. Seu si presens non fuerit *etc.* *usque* prestes, sive quod in ecclesia in Soldino canonicatum et prebendam et ecclesiam in Osterborch, Caminensis et Halberstadensis diocesum, nosceris obtinere. Nulli *etc.* collationis provisionis reservationis et constitutionis *etc.* Datum in prioratu [de Grausello prope Malausanam, Vasionensis diocesis], V. Kalendas Iunii, [pontificatus nostri], anno septimo.

In eundem modum venerabili fratri episcopo Lubicensi et dilectis filiis . . Brandeburgensis ac . . Vrankenvordensis, Maguntine diocesis, ecclesiarum prepositis, *usque* mandamus, quatenus vos vel duo *etc.* eundem magistrum Heysonem vel procuratorem suum eius nomine exnunc auctoritate nostra in prefata ecclesia Caminensi recipi facientes in canonicum et in fratrem, stallo sibi in choro et loco in capitulo assignatis, ipsum vel dictum procuratorem pro eo in corporalem possessionem predicte prebende per nos ei collate ac iurium [et] pertinentiarum ipsius si tempore huiusmodi collationis per nos sibi facte de ipsa in prefata ecclesia Caminensi vacabat inducatis et defendatis inductum, alioquin prebendam per nos in eadem ecclesia Caminensi, ut premittitur, reservatam, si a tempore huiusmodi nostre reservationis vacavit ibidem vel quamprimum eam vacare contigerit, dicto magistro Heysoni vel procuratori suo pro eo conferre et assignare curetis ipsumque faciatis pacifica illius possessione gaudere, sibique de huiusmodi canonicatus et prebende fructibus, reditibus, proventibus, iuribus et obventionibus universis integre responderi, non obstantibus omnibus supradictis seu si prefatis episcopo et capitulo vel quibusvis aliis comuniter vel divisim a prefata sit sede indultum quod excommunicari aut interdici nequeant vel suspendi per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo *etc.* contradictores auctoritate nostra *etc.* Datum *ut supra.*

Nach dem Register 59 Bl. 89 v Nr. 432 im Vatikanischen Archive zu Rom.

Regesten: Regestum Clementis V. Ann. VII Nr. 8104; Schmidt, Päbstliche Urkunden und Regesten II S. 443 Nr. 31 a.

2729.

1312 Mai 28 Stralsund.

Das Dominikanerkloster in Stralsund bekundet, daß ihm die Stadt Demmin die Erlaubnis zum Bau eines Hospizes erteilt habe.

In dei nomine amen. Universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, frater Hinricus prior totusque conventus fratrum ordinis predicatorum in Sundis salutem in omnium salvatore. Ne ea, que fiunt in tempore, evanescant aut pereant tempore defluente, solent scripturarum testimonio commendari. Quocirca notum esse volumus universis presentibus et futuris, quod honesti viri consules civitatis Demmin nobis dederunt licenciam construendi pro comodo fratrum nostrorum ad ipsam civitatem pro tempore veniencium quoddam hospicium, in quo possint noctis quietem habere et comodum ordinare. Memoratum hospicium ex donis vel empcionibus vel modis aliis quibuscunque non debemus ad dimidium pedis passum sine consensu et consilio consulum predicte civitatis aliquatenus ampliare nec per aliam viam ad dictum hospicium accedere, sed tantum per domum iuxta plateam positam, de qua possidens talliam solvet civitati et vigilias et alia statuta servat, sicut alii convicini. Insuper, quandocunque supradicti consules voluerint et a nobis requisierint plenaria voluntate, consilio et

consensu superioris nostri ordinis, debemus eis cedere et predictum hospicium vendere, ita quod civitas ex hoc non habeat detrimentum. Quodsi facere nollemus benivole a consulibus requisiti, extunc, transactis tribus mensibus, iidem consules et commune civitatis libere et licite debent venundare nomine fratrum nostrorum, fratrum tocius ordinis et nostri superioris obstaculo procul moto. Et ut predicti consules et civitas in premissis omnibus firmius et profectius sint securi, et ut premissa a nobis et a posterioribus nostri ordinis firmiter conserventur, sigilla prioris et conventus nostri duximus presentibus appendi. Datum Sundis anno domini millesimo CCCXII°, quinto Kalendas Iunii, de consensu et assensu venerabilis prioris, fratris Hinrici de Lubec, vicarii nostri. In cuius rei testimonium sigillum suum presentibus est appensum.

Nach dem Drucke bei Fabricius IV 2 S. 18 Nr. CCCCXIV (627) aus einer Schwartzschen Abschrift in Greifswald, die z. Z. nicht aufzufinden ist.

2730.

1312 Juni 8 Dargun.

Abt Johann von Dargun und Propst Heinrich von Verchen, transsumieren den Brief des Papstes Innocenz IV. von 1243 September 29 für den Cisterzienserorden.

Universis Christi fidelibus presentia visuris vel audituris nos frater Iohannes, abbas in Dargun, Hinricus, prepositus in Verchen, salutem in domino. Tenore presencium publice recognoscimus, nos quasdam litteras a sanctissimo patre domino Innocentio papa sexto [!] vidisse, perlegisse de verbo ad verbum non abolitas, non abrasas nec in aliqua sui parte viciatas ordini Cysterciensi super quodam indulto concessas, ipsius vera bulla plumbea et filis sericis ex integro bullatas, in hec verba — — — (Folgt die Urkunde von 1243 September 29, Meklenb. Urkundenbuch V S. 648 Nr. 3535.) — — — Nos itaque ad omnium horum evidenciam ampliorem et manifestam testificationem presentibus sigilla nostra duximus apponenda. Datum Dargun anno domini M° CCC° XII°, feria quinta in die beati Medardi episcopi et confessoris.

Nach dem Originale im Hauptarchive zu Schwerin s. r. Kl. Doberan, mit den abhängenden Siegeln der Aussteller.

Gedruckt Meklenb. Urkundenbuch V S. 648 Nr. 3535.

2731.

1312 Juni 21 Groseau.

Papst Clemens V. gestattet dem Elekten Johann von Havelberg, auch nach seiner Weihe drei Jahre lang die Einnahmen des Kanonikats und Archidiakonats, die er im Bistume Camin besitzt, ohne Residenz daselbst zu beziehen.

[Clemens episcopus servus servorum dei] dilecto filio Iohanni, electo Havelbergensi, [salutem et apostolicam benedictionem]. Personam tuam tuis exigentibus meritis paterna benivolentia prosequentes, illam tibi gratiam libenter impendimus, per quam tua et Havelbergensis ecclesie tibi commisse comoda procurentur. Cum itaque, sicut in nostra proposuisti presentia constitutus, predicta ecclesia gravata sit onere debitorum, nos volentes tibi et ei super hoc de alicuius

subventionis auxilio providere, tuis supplicationibus inclinati auctoritate tibi presentium indulgemus, ut etiam, postquam munus tue consecrationis receperis, possis usque ad triennium ab huiusmodi consecrationis tue tempore computandum fructus, redditus et proventus canonicatus et prebende ac archidiaconatus, quos in Caminensi ecclesia obtines, cum ea integritate percipere, cotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, cum qua illos perciperes, si in dicta ecclesia personaliter resideres ac predictum munus minime recepisses, in huiusmodi debitorum solutionem totaliter convertendos nec ad residendum in dicta Caminensi ecclesia tenearis neque ad id a quoquam valeas coartari, non obstantibus generalis concilii et qualibet alia constitutione in contrarium edita sive quibuscunque statutis et consuetudinibus contrariis eiusdem ecclesie Caminensis iuramento, confirmatione apostolica vel quavis alia firmitate vallatis, aut si venerabili fratri nostro episcopo et dilectis filiis capitulo Caminen(sibus) vel quibusvis aliis comuniter vel divisim a sede apostolica sit indultum, quod fructus, redditus et proventus canonicatuum, prebendarum ac dignitatum seu personatuum predicte ecclesie Caminensis alicui non residenti sive canonicatum et prebendam ac dignitatem seu personatum non obtinenti in ea ministrare minime teneantur et ad id compelli non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo *etc.* et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscunque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus huiusmodi nostre gratie impediri valeat quomodolibet vel differri et de qua cuiusque toto tenore debeat in nostris litteris fieri mentio specialis, seu si aliqui super provisione sibi facienda de canonicatibus et prebendis ac dignitatibus seu personatibus in dicta Caminensi ecclesia specialiter vel de beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generaliter dicte sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, quibus aut eis ad quos dictorum canonicatus et prebende ac archidiaconatus collatio vel alia dispositio pertinet, nullum per hoc alias in canonicatu, prebenda et archidiaconatu predictis preiudicium generetur, proviso quod dicti canonicatus, prebenda et archidiaconatus debitis interim obsequiis non fraudentur et animarum cura, si qua eidem archidiaconatui imminet, null(atenus) negligatur. Nulli *etc.* concessionis *etc.* Datum in prioratu de Grausello *etc.*, XI. Kalendas Iulii, [pontificatus nostri] anno septimo.

Nach dem Register 59 Bl. 88a Nr. 425 im Vatikanischen Archive zu Rom.

Regesten: Regestum Clementis V. Ann. VII Nr. 8097; Schmidt, Päbstliche Urkunden und Regesten II S. 443 Nr. 32a.

2732.

1312 Juni 21 Groseau.

Papst Clemens V. gestattet dem Elekten Johann von Havelberg, nach seiner Weihe die Archidiakonate von Kissenbrück und Demmin und die Kanonikate von Camin und Merseburg, die er besitzt, geeigneten Personen zu verleihen.

[Clemens episcopus servus servorum dei dilecto filio Iohanni, electo Havelbergensi, salutem et apostolicam benedictionem.] Tuam volentes honorare personam et per honorem tibi exhibitum aliis gratiam impertiri conferendi hac vice auctoritate nostra in Kissenburge in Halberstadensi et in Dymyn in Caminensi archidiaconatus curam animarum habentes, quos ex dispensatione apostolica, necnon canonicatus et prebendas, quos in ipsa Caminensi et Merseburgensi ecclesiis

te obtinere proponis, cum plenitudine iuris canonici ac omnibus iuribus et pertinentiis suis personis ydoneis etiam alia beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura obtinentibus, cum post consecrationis munus a te suscipiendum archidiaconatus, canonicatus et prebendas predictos vacare contigerit, etiam si apud sedem apostolicam illos taliter vacare contingat, ac inducendi per te vel alium seu alios personas easdem vel procuratores suos earum nomine in corporalem possessionem archidiaconatuum, canonicatuum et prebendarum predictorum ac iurium et pertinentiarum ipsorum et defendendi inductos, amotis quibuslibet detentoribus ab eisdem, ac faciendi prefatos personas vel dictos procuratores pro eis illas videlicet, quibus dictas prebendas contuleris, ad illas in eisdem Caminensi et Merseburgensi ecclesiis in canonicos recipi et in fratres stallo sibi in choro et loco in capitulo assignatis, eas vero, quibus de dictis archidiaconatibus duxeris providendum, ad illos ut est moris admitti, sibique de ipsorum canonicatuum, prebendarum et archidiaconatuum fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventionibus universis integre responderi, necnon contradictores auctoritate nostra *etc.* non obstantibus quibuscunque statutis et consuetudinibus contrariis dictarum ecclesiarum iuramento, confirmatione apostolica vel quavis alia firmitate vallatis, seu si aliqui apostolica vel alia quavis auctoritate in dictis ecclesiis in canonicos sint recepti vel ut recipiantur insistant, aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de canonicatibus, prebendis, dignitatibus seu personatibus in dictis ecclesiis specialiter vel de beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generaliter predicte sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus prefatas personas in ipsorum canonicatuum, prebendarum et archidiaconatuum assecutione volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quo ad aliorum canonicatuum, prebendarum et beneficiorum assecutionem preiudicium generari, aut si venerabilibus fratribus nostris Halberstadensi, Caminensi et Merseburgensi episcopis et dilectis filiis capitulis earumdem ecclesiarum vel quibusvis aliis comuniter vel divisim a predicta sit sede indultum, quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli seu quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint vel quod de canonicatibus et prebendis ac dignitatibus seu personatibus earumdem ecclesiarum vel beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem vel quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo *etc.* et qualibet alia dicte sedis indulgentia *etc. usque* effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri et de qua cuiusque toto tenore debeat in nostris litteris fieri mentio specialis, seu si dicte persone presentes non fuerint ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus earumdem ecclesiarum solitum *etc. usque* prestent, dispensandi quoque cum memoratis personis, quibus archidiaconatus, canonicatus et prebendas predictos contuleris, si, ut predicitur, alia beneficia cum cura obtineant, ut illa una cum eisdem archidiaconatibus, canonicatibus et prebendis licite valeant retinere, generalis concilii et quavis alia constitutione contraria non obstante, proviso quod archidiaconatus, canonicatus, prebende et beneficia supradicta debitis obsequiis non fraudentur et animarum cura, quibus illa imminet, nullatenus negligatur, plenam et liberam discretioni tue concedimus tenore presentium facultatem. Datum in prioratu de Grausello *etc.* XI. Kalendas Iulii, [pontificatus nostri] anno septimo.

Nach dem Register 59 Bl. 89 Nr. 430 und Bl. 180 v Nr. 878 im Vatikanischen Archive zu Rom.

Regesten: Regestum Clementis V. Ann. VII Nr. 8102, 8578; Schmidt, Päbstliche Urkunden und Regesten II S. 444 Nr. 32 c.

2733.

1312 Juni 23 Wolgast.

Herzog Wartislaw IV. transsumiert die Urkunde Herzog Bogislaws IV. von 1298 Dezember 23 für die Stadt Usedom.

Wy Wartzslaus van gades gnaden en hertoghe tho Stetin, der Wenden unde der Cassuben, wy betughen apenbaer, dat wy hebben gheszeen unde ghehort de breve, de dar szynt ghegheven unszen borgheren unser stadt Uszenym van unszeme alderlevesten vader unde heren Bugghesslao szeligher dachtnisse nycht ghedolghet, nycht dorghesteken, nycht voroldeth unde yn neneme parte ghevunden yn quader vordenckynghe, men genczliken rechtverdich, alszo hyr na volghet in dissen worden — — — (Folgt Urkunde von 1298 Dezember 23, Pomm. Urkundenbuch III S. 353 Nr. 1870.) — — — Wy bogheren tho bewarende unde tho bevestighen de vordachte unsze stadt unde der sulven inwaner in ereme rechte unde vrygheyden en ghegheven unde vorlenth van unseme vader, darumme alle dingh unde een iszelick be sick, de dar vorboscreven synt, make wy vast unde boloven in dissen scriften gheszeghelt myt der szekerheyt unszes sigilles. Ghegheven Wolgast in der jeghenwerdicheyt unszer redere unde riddere Wernero Lepel, Flôre de Bockholt, Arnoldo van Grambouw, Bernardo van Nyghenkercken, Johanne van Stenvort, Gherardo van Szwerin, Johanne unde Rodolpho van Nyghenkercken, Johanne unde Hinrico van Zaghencze, Sabello Lepel, unde vele mer lôff werdigher lude. Ghescreven myt der hant Nicolai, unszes haves notarii, in den jaren des heren dusent dreehundert in deme twalfften jare, in deme avende der bort Johannis baptiste.

Nach der Übersetzung im Transsumte von 1367 Januar 26 im Transsumte von 1373 November 13 im Originaltranssumte von 1399 November 9 im Staatsarchive zu Stettin s. r. Dep. Stadt Usedom Nr. 2.

Gedruckt Schöttgen und Kreysig, Dipl. hist. Germ. III S. 17 Nr. 28; Gollmert, Geschichte des Geschlechts von Schwerin III S. 90 Nr. 59 (Reg.).

2734.

1312 Juni 24.

Adelheid, Witwe Bertold Goldschmidts, erhält von dem Heil. Geist- und dem St. Georgs-Hospitale zu Greifswald je fünf Mark Rente, tägliche freie Beköstigung und gegen jährliche Zahlung von zwei Mark freie Wohnung in dem früher Heinrich vom Rhein gehörigen Hause beim Heil. Geist-Hospitale.

Notandum quod domina Alheydis, relicta Bertoldi Aurifabri, comparavit racionabiliter a domo sancti Spiritus nostre civitatis V^{que} marcarum redditus et a domo beati Georrii totidem a dictis domibus eidem domine erogandos in nativitate Christi dimidios et in nativitate beati Iohannis baptiste dimidios anno quolibet, tantum ad tempora sue vite et cum hoc eidem domine dabitur prebenda cottidiana[1]) a domo sancti Spiritus, sicut aliis in ipsa existentibus. Preterea dicte domine contulimus et assignavimus domum sive hereditatem, que quondam fuit Hyn(rici) de Reno, sitam iuxta curiam predicte domus sancti Spiritus pro ipsius commodo et utilitate, tantum ad tempora sue vite, excepto hoc quod de ea, quamdiu vixerit, duarum marcarum redditus dicte domui annis singulis erogabit. Item quidquid dicta domina Alheydis ad dictam domum apportaverit in utensilibus et in aliis bonis quibuscunque parvis et magnis, predicta[2])

domus totaliter obtinebit post mortem ipsius domine, exceptis solummodo suis vestibus, pro[3]) ipsius commodis, interesse et profectu. Actum anno supradicto in festo beati Iohannis baptiste. Et, quod[4]) in eadem domo meliorandum, dicta domina emendabit.

1) cottidia. Stadtbuch. 2) predicte. Stadtbuch. 3) ad. Stadtbuch. 4) quid. Stadtbuch.

Nach dem ältesten Greifswalder Stadtbuche (Liber memorabil. XIV) Bl. 38 v.

2735.

1312 [Juni 28.]

Eintragung im Greifswalder Stadtbuch über die von den Besitzern zweier um den 1. Mai von den Greifswaldern im Neuen Tief genommenen Schiffe aus Reval bei ihrer Freilassung geschworene Urfehde.

Notum esse volumus quod anno domini M° CCC° XII° tempore gwerre occupavimus duas liburnas de Revalia cum rebus et personis circa festum Philippi et Iacobi apostolorum in portu dicto Niendep, quos per informacionem quorundam nostrorum amicorum, qui nos expediverunt, ipsos nostros esse fideles amicos et promotores nostrorum burgensium, salvis suis rebus omnibus et restitutis, liberos dimisimus et solutos, condicione tali interposita, quod capitanei et domini liburnarum cum universis suis viris et nautis in eis existentibus, qui bona tam parva quam magna in predictis habuerunt, arbitrati sunt et firmiter promiserunt plenam orweydam pro se suaque civitate Revalia et omnibus suis amicis tam in civitate Revalia existentibus quam alibi, illam occupacionem sic racionabiliter factam in nobis aut nostris burgensibus tam intra partes quam extra umquam vindicare, sed firmam promocionem et veram pacem mutuo observare. Hii sunt domini liburnarum et ipsorum socii, qui nobis promiserunt pro negociis suprascriptis: dominus Zifridus de Hovele, consul in dicta civitate, Iohannes Cracht, Deghenhardus de Borch, Bernardus Parvus, Henneke Didinghove, Lodewicus Roslen, Petrus Buntow, Svederus de Ostinghusen, Hynricus Slutere, Goswinus Colnere, Iohannes de Camen, Ditmarus de Werden, Righardus de Oldaghen, Iohannes de Indagine, et sic inter ipsos et nos est causa terminata et sopita.

Nach dem ältesten Greifswalder Stadtbuche (Liber memorabil. XIV) Bl. 38 v.

Gedruckt Kosegarten, Pomm. Geschichtsdenkmäler I S. 94; Fabricius IV 2 S. 19 Nr. CCCCXVI (629 a); Mitteilungen aus dem Gebiete der Geschichte Liv-, Ehst- und Kurlands III S. 104; Liv-, Esth- und Kurländisches Urkundenbuch II S. 71 Nr. 640; Hans. Urkundenbuch II S. 87 Nr. 214 (Reg.).

2736.

1312 Juni 28.

Eintragung im Stralsunder Stadtbuch über die von den in Nr. 2735 Genannten geschworene Urfehde.

Zifridus de Hovele, consul de Revalia, Iohannes Kracht de Revalia, Deghenardus de Revalia, Bernardus de Revalia, Henneko de Didinghove de Revalia, Lodewicus Rozleyne de Revalia, Petrus Buntowe et Swederus, socius suus, Hinricus Sluter, Iohannes de Indagine, Richardus de Olda, Goswinus de Kolonia, Iohannes de Kamen de Righa, Detmarus et omnes eorum connaute pro semet ipsis et aliis propter quidquam facientes et dimittentes arbitrati sunt, se

nunquam amplius velle repetere aut vindictam facere de arrestacione liburnarum et rerum earundem facta per consules Gripheswaldenses et eorum concives, dimittentes eosdem consules et burgenses de Griphes(wold) a tali suspicionis causa totaliter liberos et solutos, cum hoc tota controversia suborta ex eadem liburnarum occupacione est amicabiliter terminata seu finita, quod factum est in vigilia beatorum apostolorum Petri et Pauli sub anno suprascripto.

Nach dem zweiten Stralsunder Stadtbuche (1310 ff.) Bl. 10.

Gedruckt Fabricius IV 2 S. 20 Nr. CCCCXVI (629 b); Ebeling, Das zweite Stralsundische Stadtbuch (1903) S. 20 Nr. 141.

2737.

1312 Juli 5 Warnemünde.

Herzog Otto I. gelobt dem König Erich von Dänemark Treue und nötigenfalls Heeresfolge.

Aar 1312 feria 4. infra octavam apostolorum Petri et Pauli giorde hertug Otto, hertug udi Slaven, Cassuben, herre til Stetin, hans herre oc konge sin troskafs eed oc plict, at hand skulde tiene hannem imod hvem det vaar, undertagendis hertug Woldemar aff Brandenborg, baade paa hin oc denne side vandet, det er i Tydskland oc i Danmarck; kunde hand icke fly dennem venskaff eller ret inden en maanet, da skulde hand tiene med 50 mand; kongen skulde holde dennem skadesløs; de skulde leffveris til Rostock. Datum ad Vernemunde.

Nach Hvitfeldt, Danmarckis Rigis Krønicke S. 359.

Auch gedruckt Riedel, Cod. dipl. Brand. II 1 S. 329 Nr. 411; Meklenb. Urkundenbuch V S. 659 Nr. 3547.

2738.

1312 Juli 7 Verchen.

Herzog Otto I. schenkt dem Kloster Verchen einen Graben, den er von dem Cummerower See in die Peene hat graben lassen, mit dem Fisch- und Aalfange auf demselben.

Omnibus presens scriptum cernentibus Otto dei gratia dux Slavorum et Kassubie et dominus in Stetin salutem in domino sempiternam. Noverint universi, quod nos de maturo consilio nostrorum vasallorum fodere et facere fecimus fossatum, quod protenditur de stangno, quod vocatur Verchinpeniz, usque ad fluvium, qui dicitur Pena, pro utilitate terre nostre, comodo et securitate. Ceterum recognoscimus protestantes, quod sanctimonialibus in Verchin ad meliorem ipsarum sustentationem ob spem divine remunerationis dedimus dictum fossatum[1]) et usum piscium et capturam angwillarum et quicquid comodi et utilitatis ex ipso fossato[1]) habere possunt vel ipsis provenire poterit in futurum, titulo proprietatis perpetuis temporibus possidendum pacifice et quiete. Et volumus, quod dictas sanctimoniales et ipsarum officiales nullus advocatorum seu officialium nostrorum in dictis aliqualiter inpedire presumat, et quicunque dicte nostre donationi contrarius vel rebellis fuerit, nostram indignationem se noverit incursurum. Ut autem dicta nostra donatio firma permaneat et inviolabiliter perseveret, presens scriptum nostri sigilli munimine fecimus conmuniri. Testes huius rei sunt Hermannus dictus Drako, Hencikinus dictus de Heydebrake, Henricus et Vicko dicti Vulpes, Arnoldus dictus de Osten,

ambo Paridem dicti de Wacholt, Bertoldus de Ertenburc, Willikinus dictus Butczowe, Conradus dictus Fleming, milites, Wernherus Ursus, Ulricus, noster notarius, et Thidericus dictus Speckin, clerici, et alii quam plures fide digni. Datum et actum in claustro Verchin, anno domini M° CCC° XII°, Nonas Iulii.

1) fussatum, bezw. fussato. Abschrift.

Nach der Dregerschen Abschrift der Verchener Matrikel (Loeper Mscr. 222) S. 45 Nr. 33; Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1207.

Gedruckt Lisch, Urkunden zur Geschichte des Geschlechts von Behr II B S. 39 Nr. 154; Meklenb. Urkundenbuch V S. 659 Nr. 3548.

2739.

1312 Juli 7 Warnemünde.

Herzog Erich von Sachsen, Graf Gerhard von Holstein, Fürst Wizlaw III. von Rügen, Graf Nikolaus von Schwerin, Graf Gerhard von Hoya, Graf Heinrich von Schwerin und Fürst Heinrich von Mecklenburg bekunden, daß König Erich von Dänemark zu Warnemünde den Herzog Erich mit dem Herzogtum Südjütland als Fahnlehen belehnt hat.

Omnibus presens scriptum cernentibus Ericus, dux Saxonie, Gerhardus, comes Holsatie, Vislaus, princeps Ruianorum, Nicolaus, comes de Sverin, Gerhardus, comes de Hoia, Henricus, comes de Sverin, et Henricus, dominus Magnopolensis dei gratia, salutem in domino sempiternam. Noverint universi, quod anno domini MCCCXII, feria sexta proxima post octavam beatorum apostolorum Petri et Pauli, apud portum Vernemunde magnificus princeps, dominus noster, dominus Ericus dei gratia Danorum Slavorumque rex nobis presentibus et audientibus et aliis pluribus fide dignis nobili principi domicello Erico, filio domini Valdemari clare memorie, quondam ducis Sunderiutie, dimisit et assignavit ducatu Sunderiutie cum vexillo — — —

Nach Nr. 2899 4° der alten königl. Sammlung der Kgl. Bibliothek zu Kopenhagen (von Scanings Hand: ex vetustissimo codice) gedruckt Hasse, Schleswig-Holstein-Lauenburg. Regesten und Urkunden III S. 132 Nr. 252; nach Hvitfeldt, Danmarckis Rigis Krønicke S. 360 mit dem Datum: Juni 30 (sjette dagen effter s. Peders oc s. Povels apostels dag) Meklenb. Urkundenbuch V S. 658 Nr. 3545.

2740.

[1312] Juli 16 Stralsund.

Nikolaus, Sohn des Grafen Jakob von Halland, bittet den Erzbischof Johann von Bremen um Förderung seiner bei der römischen Kurie anhängigen Sache.

Venerabili domino Iohanni dei gracia archiepiscopo Bremensi Nicholaus, Iacobi condam comitis Hallandie filius, promtissimam ad omnia voluntatem. Vestre providencie innotescat, dominam meam reginam Norwegie, Eufemiam, ab exilio presentis miserie ad patriam migrasse perhennem. Super hoc duxi vestram honestatem exorandam, quatenus intuitu veteris amicicie finem cause mee in curia Romana efficaciter procuretis. Quod si feceritis, vobis in omnibus

volo deservire, et, ut sciatis, ad meum cedat conmodum et profectum. Quicquid enim constiterit, comes de Ravensberg, ego et amici alii omnes dabimus copiose. Datum Sundis, dominica proxima post divisionem apostolorum.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Münster s. r. Grafschaft Ravensberg Nr. 42. Das zum Verschlusse aufgedrückt gewesene Siegel ist abgefallen.

Ältere Drucke: Lamey, Dipl. Gesch. der alten Grafen von Ravensberg, Cod. dipl. S. 73 Nr. LXXIX; Fabricius IV 2 S. 20 Nr. CCCCXVII (630); Diplomatarium Norvegicum VI S. 77 Nr. 82; Möller, Forn-Handlingar rörande Halland S. 37; Reg. Danica Ser. II T. 1 S. 155 Nr. *1001.

2741.

1312 Juli 26 Treptow a. R.

Herzog Wartislaw IV. schlichtet Streitigkeiten zwischen dem Kloster Belbuck und den Rittern Reimar und Paridam von Wacholtz über die Dörfer Wacholtzhagen und Voigtshagen mit genauer Angabe der streitigen Punkte.

Coram omnibus et singulis praesentia cognituris et praesertim, quorum interest vel interesse poterit in futurum, nos Wartizlaus dei gratia dux Slavorum et Cassubiae recognoscimus protestando per praesentes, quod in nostra constituti praesentia honorandus et religiosus vir dominus abbas monasterii Belbuck nomine dicti sui monasterii et conventus, ex una, strennuique milites[1]) Reimarus et Paridam, eius filius, condicti Wacholt sui et nepotum suorum nomine, parte ex altera, profitentes retulerunt, quod super discordiis dudum super proprietatibus villarum Wacholteshagen et Voteshagen et terminis seu limitibus earundem inter ipsos habitis et motis cedandis in venerabilem in Christo patrem et dominum dominum Hinricum, ecclesiae Caminensis episcopum, concorditer compromiserunt adiungentes, quod idem dominus episcopus inter dictas partes secundum informationes earum pronunctiavit, sicut in litera ipsius desuper confecta coram nobis producta et lecta et sigillo eius pendente sigillata patuit evidenter. Sed quia dicti domini episcopi pronunctiatione non obstante antedicti videlicet abbas cum suo conventu, ex una, et Reimarus cum Parida suo filio, parte ex altera, quosdam articulos in dicta litera pronunctiationis expressos aliter et aliter glosantes et intelligentes, novam inter se super dictarum villarum terminis et limitibus discordiam suscitarunt[2]) nobis, ut recaeptis eorum informationibus super articulis dubiosis ipsos pacificare et dictos articulos, cum copiam dicti domini episcopi in remotis agentis habere non possent, interpretari dignaremur. Nos igitur Wartizlaus praedictus discordiam et invidiae fomitem in ipsis compescere cupientes, assumptis nobis consiliariis nostris et consulibus civitatis nostrae Nigen-Treptow, quibus distinctio terminorum et limitum dictarum villarum merito constare poterat, pronunctiamus isto modo. Primo iuxta articulum istum distinctio terminorum huiusmodi erit ista: primo incipiat in Wacholteshagen et contingat in omnibus bonorum huiusmodi finibus mericam siccam et duram etc. Igitur finis mericae siccae et durae versus Wacholteshagen sit et maneat ibi distinctio sempiterna, ita quod ipsa merica sicca et dura cum omni fructu et dominio ad abbatem et suos successores perpetuo pertinebit et quod ipsi Wacholt cum suis non habeant in ipsam disponere nec de abbatis et suorum successorum licentia et gratia speciali. Porro articulum de tabernis et captura allecis sic pronunctiamus decernentes, quod dictus dominus Reimarus et sui tempore capturae allecis, quod in crastino festi assumptionis beatae virginis inchoari debet et in vigilia omnium sanctorum

terminari, habebunt omne emolumentum tam de antiqua taberna prope flumen Livelose quam de aliis tabernis, quae ibi tempore dictae capturae eriguntur, extra vero tempus dictae capturae praedictus abbas ipsam antiquam tabernam in Livelose cum omnibus emolimentis in sua habebit iugiter possessione, ita quod nec dictus dominus Reimarus nec sui aliquas tabernas perpetuas apud dictum flumen Livelose erigere debeant vel habere. Insuper omne emolimentum modo quocunque proveniens in littore a flumine Livelose usque in angulum, quod Livelosenort dicitur, et a dicto flumine Livelose per quartale miliaris vel quasi distat, ipsi domino Reimaro et suis de gratia dicti abbatis decrevimus debere pertinere, item iuxta articulum, qui sinat usque in fluvium, qui est Rega, videlicet usque ad paludem, quae Mussae dicitur et finis est limitum Voteshagen iuxta locum, qui Grimmesberch dicitur, et ultra terminum praedictum possessio et fines dictorum Wacholt minime protendantur. Et sic alii articuli, qui non videntur dubiosi, in littera pronunctiationis saepedicti domini episcopi contenti in plena maneant firmitate. Et quia saepedictus dominus episcopus pronunctians inter partes praedictas paenam obmisit vallare, discordia sopita in ipsis partibus fuit resuscitata, ideo ne simili modo huiusmodi nostra pronunctiatio infringi valeat, de consensu partium paenam vallando decrevimus, partem non servantem paena trecentorum florenorum debere subiacere, qua inpartita, unam partem parti servanti, aliam nobis aut nostris haeredibus, tertiam vero cultui divino secundum decretum nostrum aut haeredum nostrorum et partis servantis volumus reservari, cohertionem nobis et nostris haeredibus de consensu partium reservantes. In quorum testimonium sigillum nostrum una cum sigillo civitatis Trepetow, abbatis et conventus in Belbuck et dicti domini Reimari Wacholt praesentibus est appensum. Testes huius sunt Iohannes et Hinricus dicti Heidebrake, Conradus dictus Troie, Iacobus et Hinricus dicti Storm et Hermannus dictus Swanenbeke, curiae nostrae cancellarius, et plures alii fide digni. Datum Trepetow anno domini MCCC duodecimo, in crastine beati Iacobi apostoli gloriosi.

1) militis. Matr. 2) Zu ergänzen: et supplicarunt. 3) miliari. Matr.

Nach der Belbucker Matrikel Bl. 76 v Nr. 63; Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1206.

2742.

1312 Juli 26 Velgast.

Arnold von Vitzen, Vogt der dem Heil. Geist-Hospitale zu Lübeck gehörigen Güter in Cummerow, Velgast und Bussin, verkauft den Dörfern Velgast und Lendershagen sein Erbteil an der abgebrochenen Wüstemühle.

Universis, quibus hoc scriptum pervenerit, Arnoldus miles dictus de Vizen, advocatus bonorum domus sancti Spiritus Lubecensis in Kůmerowe, Velegast et Bursin, salutem in dei filio. Evanescunt simul cum tempore, que in tempore peraguntur, nisi dictis testium et scripti memoria recipiant firmamentum. Eapropter notum esse cupio tam presentibus quam futuris quod hereditatem seu fundum molendini dicti Wůstemǒlen siti iuxta Velegast necnon mansum adiacentem eidem ac fundum piscine sive inundacionis tocius, que supra dictum molendinum detineri consuevit, que vulgariter stowinghe dicitur, quam hereditatem seu fundum dictarum rerum ego aliquamdiu iusto titulo possederam empcionis, pensionem tamen debitam inde solvens vendidi libere et absolute civibus in Velegast et in Lendershagen, meis veris heredibus con-

sentientibus et uxore; et ego destruens ipsum molendinum dictarum villarum civibus omnem fundum supradictum resignavi, ut eum ad pascua sua ponant vel alio modo quocunque ad omnem utilitatem suam ordinent[1]) et disponant perhenniter, prout ipsis visum fuerit expedire. Longitudo autem huius fundi venditi protenditur a loco, ubi situm fuerat molendinum sursum ad locum, qui vulgariter dicitur Lůttekeberdeke, et latitudo eiusdem protenditur ex utraque parte rivi dicti Berdeke usque ad agros, qui ante destructionem molendini et inundacionis consueverant seminari. Preterea venit in condicionem, ut cives in Velegast eciam perhenniter sine alicuius contradictione perfruantur pascuis, que sunt supra locum dictum Lůttekeberdeke, sitis tamen infra suas metas, in nemoribus, pratis, paludibus et rubetis. Hanc vero vendicionem feci consensu provisoris bonorum in Wlveshaghen Wichgeri suique socii Iohannis, canonicorum Rygensium, necnon consensu magistri ceterorumque fratrum ac provisorum domus sancti Spiritus in Lubeke, qui canonici Rygenses ac fratres Lubecenses proprietatem et annuos redditus in sepedicto molendino hactenus habuerunt, quibus est in premissis eorum proventibus satis cautum ita videlicet, quod cives in Lendershaghen dominis suis memoratis canonicis tria tremodia annone, unum siliginis, unum ordeacei brasei et unum avenacei brasei in festo beati Martini annis singulis exsolvant, et cives in Velegast possidentes mansum quondam adiacentem molendino annuatim solvant domui sancti Spiritus Lubecensis lastam annone prius in ipso habitam molendino. Preterea hiidem cives conmuniter promiserunt, quod plebano suo pro IIII^or tremodiis sibi debitis ex eodem molendino satisfaciant ita, quod suus episcopus sit contentus. Hiis itaque placitatis consenserunt prenominati domini Rygenses et fratres Lubecenses, ut nuncquam in fundo a me vendito reedificetur molendinum et nichil de ipso in mensuram mansorum cadat, si forte in posterum metę sue sive mansi ipsarum villarum fuerint mensurati. In cuius rei evidenciam sigillum meum duxi presentibus apponendum. Testes sunt Eyco, viceprepositus terre Tribuses, Conradus Dotenbergh, Wolterus de Peniz, Iohannes Platę, militęs, Otto de Crempe, Nicholaus Kummerow et plures alii fide digni. Datum Velegast anno domini M° CCC° XII°, crastino Iacobi apostoli, presentibus omnibus civibus in Velegast et in Lendershaghen.

[1]) ordinant. Orig.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Stettin s. r. Privata Nr. 6. Das am Pergamentstreifen hängende Siegel fehlt. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1217; Klempzens Extrakt ꝛc. Bl. 40.

Gedruckt Liv-, Esth- und Curländisches Urkundenbuch III S. 113 Nr. 640 a; Fabricius IV 2 S. 20 Nr. CCCCXVIII (631 a); Lübeck. Urkundenbuch I 2 S. 260 Nr. 306.

2743.

1312 August 3.

Der Bürger Heinrich Pape in Greifswald kauft von der Stadt Anklam 20 Mark Rente.

Notum esse cupimus presentibus et futuris, quod dilectus noster burgensis Hermannus Pape racionabiliter emit ab honorabilibus viris dominis consulibus et universitate burgensium civitatis Tanglim viginti marcarum redditus perpetuis temporibus duraturos, sicut ipsius huius-

modi privilegium super hos XX marcarum redditus a dictis consulibus et civitate Tanglim confectum lucidius edocet et declarat. Actum anno domini M° CCC° XII°, feria V[ta] ipso die invencionis sancti Stefphani prothomartiris[1]).

1) feria — prothomartiris mit blasserer Tinte nachgetragen.

Nach dem ältesten Greifswalder Stadtbuche (Liber memorabil. XIV) Bl. 38 v.

2744.

1312 August 23.

Die Stadt Stralsund verschreibt den Vormündern der Kinder des Bertold Witte 1000 Mark Pfennige.

Universis etc. Tenore presencium manifeste recongnoscimus, nos esse obligatos viris honorabilibus, videlicet Conrado Albo, Goswino de Salice et Conrado dicto Berhals, burgensibus de Kolberg, in mille marcis usualium denariorum solvendorum de proximo festo beati Michaelis ad quatuor annos immediate subsequentes, quos ex parte puerorum Bertoldi Albi nobis absque aliquo condicionis lucro per circulum dictorum quatuor annorum benivole concesserunt. Sed in nostro est arbitrio, quod facere voluerimus pro eisdem. In cuius rei firmitatem sigillum nostre civitatis presentibus est appensum. Datum anno domini M° CCC° XII°, in vigilia beati Bartolomei apostoli.

Nach dem zweiten Stralsunder Stadtbuche (1310 ff.) Bl. 114.

Gedruckt Fabricius IV 2 S. 21 Nr. CCCCXIX (631 b); Ebeling, Das zweite Stralsundische Stadtbuch S. 284 Nr. 3630.

2745.

1312 August 24 Demmin.

Bischof Heinrich von Camin bestätigt einen Tauschvertrag, nach dem die Kirche in Groß-Methling dem Kloster Dargun 2 Hufen in Klein-Methling gegen eine Rente von 10 Mark aus 2½ Hufen in Groß-Methling überläßt.

Hinricus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus presencia visuris salutem in domino sempiternam. Ne ea, que geruntur in tempore, simul labantur cum tempore, necesse est ea testibus vel scripture testimonio perhennari. Hinc est quod honorabilis vir Iohannes, abbas Dargunensis, et Hinricus Butzecow, plebanus in Metlich, ad nostram presenciam accedentes nobis humiliter supplicarunt, ut quandam permutationem quorundam mansorum per ipsos conceptam dignaremur ratificare et auctoritate ordinaria confirmare. Cum igitur ex pastorali officio teneamur omnia pro possibilitate nostra in melius commutare, attendentes eciam huiusmodi permutationem non solum bonam et deificam, sed et utilem et necessariam, ipsam ratificamus et presentibus in nomine domini confirmamus volentes, ut duo mansi siti in villa Parva Metlich, quorum unus olim ecclesie in Metlich fuerat addotatus et alter eidem ecclesie pro luminaribus et ornamentis assignatus, ad ecclesiam Dargunensem pertineant perpetuis temporibus duraturi. In recompensam vero dictorum mansorum abbas et conventus monasterii

Dargunensis plebano et ecclesie prenotate decem marcarum redditus in maiori villa Metlich in duobus mansis et dimidio cum omni iure, sicut ecclesia Dargunensis dinoscitur possedisse, assignaverunt perpetue possidendos, hoc adiecto, quod, si parrochiales ecclesie memorate in redditibus quinque marcarum pro manso ecclesie nollent contentari, sepedictus plebanus totidem tremodiorum siliginis, videlicet ordei et avene, in villa maiori Metlich assignabit in mansis dotis ecclesie, quotos in parva villa Metlich hactenus dinoscitur habuisse. In cuius rei testimonium presenti littere sigillum nostrum duximus apponendum. Testes huius rei sunt Woldericus, archidyaconus in Kalant, Hinricus de Rokeniz, plebanus in Rychenberge, Gerardus de Moderitze, plebanus in Demyn, Nicolaus, plebanus in Swichtenberge, et alii quam plures fide digni. Actum et datum in Demyn anno domini M° CCC° XII°, in die Bartholomei apostoli.

Nach dem Originale im Hauptarchive zu Schwerin s. r. Kl. Dargun. Das Siegel am Pergamentstreifen fehlt.

Gedruckt Meklenb. Urkundenbuch V S. 663 Nr. 3555.

2746.

1312 September 14.

Der Rat der Stadt Anklam bezeugt, zur Ausbesserung des Dammes zwischen der Stadt und Ziethen von jeder verpflichteten Hufe, Schenke und Mühle zwei Schillinge empfangen zu haben, und verspricht ferner den Damm zu erhalten.

In nomine domini amen. Omnibus Christi fidelibus presencia visuris seu audituris consulum universitas civitatis Tanglim salutem in filio virginis gloriose. Ne instantis etatis acta consumet oblivio, fidelium testimonio ac litterarum solent indiciis eternari. Hinc est quod tam presentes quam postere naciones scire debent, quod inclitus dominus noster Wartizlaus, dux Slavorum et Cassubie, suaque generosa matre domina Margareta ducissa maturo consilio suorum militum et vasallorum requisito adeptoque consensu eorundem nobiscum ob utilitatem communis terre ac nostre civitatis in unum convenerunt concordantes, quod tam plebani ecclesiarum in villis, que olim ad reparacionem aggeris siti ante nostram civitatem versus Siten obligate fuerant, quam milites et vasalli necnon villani colentes mansos in villis predictis de quolibet suo manso et quelibet taberna atque molendinum sita villis in eisdem ad reparacionem aggeris dicti nobis duos solidos dederunt monete slavicalis, et nos quidem, aggere cum predictis denariis reparato, eundem aggerem ad manus nostras et custodias ad reparandum recepimus tempore sempiterno, dicte quoque ville a reparacione aggeris prenarrati libere in perpetuum et solute permanebunt, sed, si aliqua dissolucio seu fractura fit in aggere prius dicto, de nostris laboribus et expensis reparetur, a reverendo tamen nostro domino Wartizlao hec donacione nobis indulta speciali, quod fossio et vectura arene ab illa parte aggeris predicti, omni contradictione postposita, eternaliter debeat permaneri. Ut igitur tocius contrarietatis cesset obiectio et omnis ambiguitatis maneries obmutescat, presentem paginam super hoc confectam nostri sigilli munimine fecimus consignari. Datum anno domini M° C° C° C° XII°, feria quinta in die exaltacionis sancte Crucis.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Stettin s. r. Stadt Anklam Nr. 10. Das Siegel nebst Befestigung fehlt. Liber priv. civ. Pom. III Nr. 1 e; Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1216.

2747.

1312 September 15 Sellnow.

Markgraf Waldemar von Brandenburg vergleicht die Herzoge Otto I. und Wartislaw IV. von Pommern.

Marggraff Woldemars breff van Brandenborch, darinn gemeldet, dat he de hertogen tho Stettin hertoch Otten und hertoch Wartislaven vordragenn, dat se ock angenamen als dat se holden willen unverbraken, wes in erer voroldeten vorhen und eren sulvest darnach gegeven breve entholdenn. Datum in villa Zalnouwe anno 1312, octava die nativitatis Marie. Betekent mit C 14.

Nach Klempzens Extrakte 2c. Bl. 145.

2748.

1312 (um September 15) Stepenitz.

Herzog Wartislaw IV. vergleicht auf Vermittelung des Bischofs von Camin sich mit Herzog Otto I.

Wertzlaus, dux Slavorum et Cassubie, hefft sich up underhandelent des bischoppes van Cammin van wegen aller errung, so sick tuschen ehm unnd hertoch Otten enthaldenn, vordragenn also dat he alle upgerichtede brieve, darinn he mit synem, heren Wartislafs, vaderen seliger hertoch Bugslaven lande unnd lude gedeilet, unverbrakenlich holdenn will. Datum super Stepenitz anno 1312. Betekent mit C W.

Nach Klempzens Extrakt 2c. Bl. 192 v.

2749.

1312 September 16 Soldin.

Markgraf Waldemar von Brandenburg vergleicht sich mit dem Bischofe Heinrich von Camin, daß die Stadt Dramburg zwölf Jahre vom Bischofsgelde frei sein, nachher aber von jeder bebauten Hufe jährlich einen Schilling Brandenburgisch zahlen solle.

Nos Woldemarus dei gracia Brandenburgensis, Lusacie et Landesbergensis marchio tutorque incliti Iohannis Brandenburgensis marchionis recognoscimus tenore presencium publice protestantes nos cum reverendo in Christo patre domino Hinrico, Caminensis ecclesie episcopo, placitasse pro civibus civitatis Dravenborg tam presentibus quam posteris in hunc modum, quod ipsi a solucione denariorum episcopalium a festo beati Martini post datum[1]) presencium proxime affuturo ulterius ad duodecim annos inantea computandos continue esse liberi debeant penitus et soluti. Quibus quidem evolutis, cives predicti de quolibet manso culto dicte civitati adiacente unum solidum Brandenburgensis monete domino episcopo Caminensi perpetuo dare dumtaxat et annis singulis tenebuntur, dantes presentes litteras in huius rei evidenciam nostri sigilli munimine roboratas. Actum et datum Soldin anno domini millesimo tricentesimo duodecimo, in die beate Eufemie virginis.

[1]) datam. Matr.

Nach der Caminer Originalmatrikel im Staatsarchive zu Stettin (Mscr. I 8) Bl. 27. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1203.

Gedruckt Riedel, Cod. dipl. Brand. I 18 S. 216 Nr. 6.

2750.

1312 September 17 Werben.

Bischof Heinrich von Camin bestätigt die Überweisung der Einkünfte aus den Kirchen zu Schwochow, Naulin, Megow, Strohsdorf, Wobbermin, Repenow und Briesen für Tischgelder des Klosters Pyritz.

Heynricus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis in perpetuum. Cura exigit officii pastoralis ea, que piis locis et personis religiosis collata fuerint, taliter stabilire, ut firmitatem perpetuam sorciantur et nullius dubietatis pretextu possint imposterum infirmari. Ad noticiam igitur omnium cupimus pervenire, quod ad nostram venientes presenciam dilecti nobis in Christo prepositus necnon priorissa sanctimonialium in Piritz nobis exponentes, quod propter parvitatem reddituum et tenuitatem proventuum suorum persone conventus sui non sufficiant sustentari. Unde cum consilio[1]) discretorum de unanimi consensu eiusdem conventus decreverunt pensionem annualem ecclesiarum subscriptarum, videlicet Swogowe, Neulyn, Strostorp, Megowe, Wobbermyn, Rippenowe, Bresen, quorum ius patronatus ad eosdem scilicet prepositum, priorissam et conventum sanctimonialium ibidem in Piritz dinoscitur pertinere, usui suo perpetue ad mensam sepedicti conventus apponere et assignare, de prefatis ecclesiis vicarias perpetuas statuendo. Quamobrem attencius exorarunt, ut ipsorum paupertatem inspicientes ordinacionem seu statutum supradictum propter deum confirmare auctoritate ordinaria dignaremur. Ipsorum igitur piis precibus inclinati attendentes, quod, cum a nobis petitur, quod iustum fuerit et honestum, tam vigor equitatis quam ordo racionis exigit, ut id per sollicitudinem nostri officii ad effectum debitum perducatur, statutum sive ordinacionem prehabitam approbamus atque eam auctoritate ordinaria in nomine domini presentibus confirmamus, pensionem dictarum ecclesiarum debitam ad usus domini prepositi et conventus presentibus assignantes, inhibentes nichilominus sub pena anathematis, ne quispiam huiusmodi ordinacionem aut prenotatam nostram confirmacionem molestare aut infringere audeat quoquomodo. In horum evidenciam singulorum presentem litteram exinde confectam nostri sigilli munimine fecimus communiri. Datum Werben anno domini M° CCC° XII°, XV° Kalendas Octobris.

[1]) concilio. Abschrift.

Nach einer Abschrift aus dem Anfange des 16. Jahrhunderts im Staatsarchive zu Stettin: Stett. Arch. P. I Tit. 105 Nr. 3 Bl. 2; Notiz ebenda: Stett. Arch. P. I Tit. 29 Nr. 18 (verb. m. Nr. 14) Bl. 104 v; Abschrift des späteren 16. Jahrhunderts im Geh. Staatsarchive zu Berlin: Rep. 30 Nr. 268.

2751.

1312 September 25 Stettin.

Ditmar von Klein-Scheune überläßt dem Peter Hünerbein fünf Mark Zins aus seinem Hofe in Scheune.

Actum II^a feria ante Michaelis — — — Item Dithmarus de Schune parva resignavit Petro Honesben censum V marcarum super suam curiam in Schune.

Nach dem ältesten Stettiner Stadtbuche Bl. 13 v.

2752.

1312 September 29 Dramburg.

Die Stadt Dramburg vergleicht sich mit dem Bischofe Heinrich von Camin dahin, daß die Stadt für zwölf Jahre vom Bischofsgelde frei sein, später aber jährlich von jeder bebauten Hufe einen Schilling zahlen solle.

Reverendo in Christo patri Hinrico, episcopo Caminensi, consules civitatis Dravenborch servicium in omnibus benivolum et paratum. Recognoscimus et notum facimus tam presentibus quam posteris publice protestantes, quod inter dominum nostrum marchionem Brandenburgensem Woldemarum dictum et prefatum dominum Hinricum, episcopum Caminensem, pro denariis episcopalibus ex parte civitatis Dravenborgh est taliter placitatum, quod ipsa civitas Dravenborgh libertatem et solucionem denariorum episcopalium habebit ex gracia predicti domini Hinrici, episcopi Caminensis, a festo beati Martini proximo nunc venturo ulterius ad duodecim annos. Hiis duodecim annis peractis et computatis, cives predicte civitatis Dravenborgh de quolibet manso adiacente civitati culto predicto domino Hinrico, episcopo Caminensi, aut suis posteris, quod deus avertat, pro denariis episcopalibus unum solidum Brandenburgensis monete, omni occasione postposita, perpetue erogabunt. In huius rei evidenciam presens damus scriptum nostro sigillo munimine roboratum. Actum et datum Dravenborgh anno domini millesimo tricentesimo duodecimo in die beati Michaelis archangeli per manum Hinrici plebani Dravenborgh.

Nach der Caminer Originalmatrikel im Staatsarchive zu Stettin (Mscr. I 8) I Bl. 20 v; Caminer Matrikel ebendaselbst (Mscr. I 8 a) Bl. 27; Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1204.

Gedruckt Riedel, Cod. dipl. Brand. I 18 S. 217 Nr. 7.

2753.

1312 Oktober 31 Lippehne.

Markgraf Waldemar von Brandenburg verspricht dem Herzog Otto I., ihn für eine Entschädigung von 800 Mark Silber nötigenfalls gegen die Herren von Schwerin mit zwanzig Mann zu unterstützen.

Wie Woldemar van der gnade godes marcgrave tu Brandenburch, tu Landsberg un tu Lusitz bekennen un bethugen in dessen open breve, dat wie gedegedinget hebben mit unseme lieven veddern hertoghen Otten van Stettyn, als hirna bescreven steit. Wie scollen eme senden, swant unse veddere uns vor weten let virteyn nacht, twintech man mit vordekeden orsen mit unser banere uppe desse riddere, die hierna benomet stan, hern Gherde un hern Hinrike van Szweryn un hern Herman van Dewen un upp ere hulpere. Swan desse lude comen in uns veddern lant, so scal hie eme de cost gheven un scal sie uns scadelos weder tu hus senden. Scheppen sie vrommen, die scal uns veddern wesen. Wie scollen ok weldech wesen van uns veddern weghen minne un rechtes in der sake, die twischen em un den vorbenomeden riddern werrende is. Underwinde sik ock jenech herre desser vorbenomeden riddere, die van unsem veddern nicht wolde nemen, dat minne oder recht [si]. Were dat jenech ridder oder man sie unthelde, die nen herre nemen, des vient scolle wie also lange wesen, wen sik die vorbenomeden ridder mit unseme veddern vorliken. Hir umme heft unse

veddere uns gegheven achte hundert mark brandeborgs silvers oder dre punt lichter penninge vor de mark. Worde unser tu kort, des god nicht ne wille, so scolde marcgreve Iohan dit liker wis holden als wie, un unse vedder scolde dit marcgreven Iohan weder holden. Al dat hir vorbescreven steyt, dat hebbe wie unseme veddern in truwen gelovet un hebben darup unse brieve gegheven beseghelt mit unseme inseghele. Dat is geschen tu Leppene na der bort godes tusent jar driehundert jar in deme twelften jare, in aller godes hilghen avende.

Nach der Hertzbergschen Abschrift in der Bibliothek der Gesellsch. f. Pomm. Gesch. (Loeper Mscr. 9 Abt. 7: Berliner Abschriften Nr. 17); Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1202; Klemptzens Extrakt ꝛc. Bl. 149.

Gedruckt Gercken, Cod. dipl. Brand. III S. 86 Nr. 19; Riedel, Cod. dipl. Brand. II 1 S. 333 Nr. 419; Gollmert, Geschichte des Geschlechts von Schwerin III S. 91 Nr. 60.

2754.

1312 November 5 Altdamm.

Herzog Otto I. überweist dem Altare St. Johannis in der St. Moritzkirche zu Pyritz, den der Priester Moritz und Heinrich Mettermuder und dessen Frau Margarete, Bürger zu Pyritz, ausgestattet haben, zehn Hufen in Heinrichsdorf bei Lindow und behält sich das Patronatsrecht vor.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Otto dei gratia dux Sclavorum et Cassubie et dominus in Stettin omnibus salutem in domino sempiternam. Quoniam universi actus hominum cum fluxibilitate temporum evanescunt, si non a legitimis documentis et publicis instrumentis receperint firmamentum, quam ob causam scire volumus generationes presentes pariter et futuras, quod nos dedimus intuitu divine remunerationis et tytulo donationis appropriavimus ad altare sancti Iohannis apostoli et ewangeliste in ecclesia sancti Mauricii in Pyriz fundatum ac constructum, quod dominus Mauritius, sacerdos, ac Heinricus dictus Mettermuder et uxor eius Margarita, cives de Pyriz, de propriis facultatibus dotaverunt, decem mansos et proprietatem eorumdem situatos in villa Heinrichesdorp iuxta Lindowe iacenti[1]) persone dictum altare officianti redditus sive proventus dictorum mansorum sine fine usibus applicandos in sempiternum feliciter ac pacifice possidendos. Nos vero cupientes ac firmiter volentes a nostris successoribus seu heredibus id, quod continetur presentibus, observari inconvulsum, prenotati vero altaris ius patronatus nobis reservamus temporibus[2]) vite nostre. Testes huius rei sunt prepositus Hildebrandus Caminensis ecclesie, dominus Ulricus, prothonotarius noster, dominus Iohannes Polonus, capellanus noster et plebanus in Beliz, et magister Hinricus Boyz, sacerdotes, et dominus Wilhelmus Trampo, dominus Gherardus de Berthecowe et dominus Betekinus de Sceningen et dominus Henigus de Horst, milites, Tiskinus, dapifer noster et Silbur, magister camerariorum nostrorum, et alii quam plurimi fide digni. In cuius rei testimonium presentes fecimus fieri et sigilli nostri munimine roborari. Actum et datum Dammis anno domini M° CCC° XII°, Nonas Novembris.

1) iacens. Orig. 2) Später in das sinnlose heredibus verbessert.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Stettin s. r. Allg. geistl. Urkunden Nr. 26 mit dem Siegel des Ausstellers an rosa-grünen Seidenfäden. Abschriften des 16. Jahrhunderts: Stettiner Archiv P. I Tit. 64b Nr. 1; Stettiner Archiv P. I Tit. 105 Nr. 9 Bl. 60; Transsumt von 1312 November 14 ebenda: Stettiner Archiv P. I Tit. 105 Nr. 9 Bl. 49 und Nr. 13 Bl. 61.

2755.

1312 um November 11.

Der Rat der Stadt Greifswald bekundet, daß er dem Ratmanne Friedrich von Wolgast 50 Mark Rente aus $12^1/_2$ Hufen in Dargelin für 400 Mark verkauft habe, unter genauer Verfügung über die Verwendung.

Nos consules et commune civitatis Gripeswold tenore presencium recognoscimus publice presentibus et futuris, nos unanimi consilio et pleno consensu provisorum domus sancti Spiritus beatique Georrii nostre civitatis rite et racionabiliter vendidisse honesto viro Frederico de Wolgast dicto, dilecto nostri consilii socio, honesteque matrone domine Elizabet, sue uxori[1]), filie sue domine Mechtildi necnon Heinekino, filio predicte sue filie domine Mechtildis, ad tempora vite predictarum personarum quinquaginta marcarum redditus monete slavice pro quadringentis marcis denariorum predicte monete. Hos vero denarios nobis plene recognoscimus persolvisse et ad usus necessarios pauperum in dictis domibus egencium integraliter convertisse, ista racionabili condicione interposita, quod dictus Fre(dericus) potens esse debeat sufferre et tollere hos redditus ad tota tempora sue vite et cum eis facere seu dimittere et, si necessario eos vendere debeat, licite est concessum[2]), quicquid sue placuerit voluntati sine omni contradictione aliarum trium personarum. Dictos vero redditus ipsis videlicet Fre(derico), domine E(lizabet) sue uxori, domine Mechtildi, sue filie et Heinekino, eiusdem domine filio, vendidimus[3]) in XII mansis et dimidio ville nostre Darghelin adiacentibus, quos quidem nunc colunt et possident relicta Detwardi IIII mansum, Heynemannus III mansos, Willerus II mansos, Thidemannus de Lipe II mansos, Heyno Howesche I mansum, Fredericus I mansum, inducendo ipsos in corporalem possessionem mansorum eorundem. Ceterum addidimus, quod, ipso Fre(derico) mortuo et defuncto, XX[ti] marcarum redditus cum eo moriuntur et dictis domibus[4]) vacabunt et liberi remanebunt, de aliis vero XXX[a] marcarum redditibus[5]) decem marcarum redditus cedent uxori sue, predicte domine E(lizabet), ad tota tempora vite ipsius, qui non debent minui nec augeri, residui vero XX[ti] marcarum[6]) redditus stabunt pro voluntate sepedicti Fre(derici), cuicunque vel quibuscunque in testamento suo[7]) assignaverit ad vitam totam aliarum duarum personarum, videlicet sue filie domine M(echtildi) et eius filio Henekino, et hec sue committimus opcioni. Item, si sepenominatus Fre(dericus) sine disposicione sui testamenti morte preventus fuerit, extunc sepedicte due persone predictos redditus XX[ti] marcarum obtinebunt ad tota tempora sue vite. Item, si sepedicte due persone, domina M(echtildis), filia Frederici, et Henneke, eius filius, prius domina[8]) E(lizabet), uxore[9]) sepenominati Fre(derici), morte preventi fuerint, extunc sepedicti redditus XX[ti] marcarum stabunt et manebunt apud amicos propinquiores ipsius Fre(derici) ad tempora vite sepedicte domine Elizabet, uxoris sue, videlicet Frederici. Predictos vero redditus ipsi Fre(derico) singulis annis in vigilia beati Martini intra muros nostre civitatis vel extra in distancia sex miliarium, ubi ipsum extunc morari contingerit, sine dilacione ulteriori presentabimus expedite, aliis vero personis prescriptis partem ipsas tangentem tantum intra muros nostre civitatis presentabimus, non et termino prenotato. Item si dictorum mansorum cultores seu possessores[10]) predicte ville Darghelin prelibato Fre(derico) et aliis personis suprascriptis dictos redditus ipso termino, prout tenentur, expedite non exsolverunt aut quocunque modo exsolvere protraxerunt vel quod dicti mansi aut possessores[10]) eorundem processu temporis spoliis, incendiis, rapinis, quibuscunque periculis seu incommodis devastarentur et perirent in tantum, quod ipsos redditus termino predicto ipsis expedite exsolvere non valerent, extunc nos

eos ipsis favorabiliter de pixide seu camera nostre civitatis omnibus diebus vite predictorum sine impedimento et protractione qualibet predicto in termino exsolvere debemus, servatis omnibus condicionibus prescriptis inviolabiliter, ad quod nos et singulos nostros obligamus per presentes. Quos quidem[11]) redditus monete predicte, videlicet quinquaginta marcarum, per nullum ius seu potenciam quorumlibet sub nobis occupari faciemus, nec eciam prorsus[12]) in hec nos aliqua necessitate excusare volente, quin eos dictis personis omnibus, sicut prescriptum est, quovis tempore tenebimur sine impedimento quolibet ministrare. Postquam vero sepenominate persone divina disponente clemencia de hac luce sublati fuerint, extunc ipsi redditus libere et solute vacabunt, ad manus et ad usus pauperum in dictis domibus egencium revenient inperplexe, ita sane quod nullus heredum predictarum personarum ullo tempore sibi audeat vel possit quidquam de perceptione seu repetitione predictorum reddituum usurpare seu in aliquo vendicare, sed perpetue pauperibus in dictis domibus pro benedictionis memoria earumdem personarum debent feliciter elargiri. Ne autem predicta nostra venditio suadente diabolo ab aliquibus immutari valeat vel infringi, dicto Fre(derico) et aliis personis prescriptis nostra privilegia dabimus et innovabimus super premissis omnibus, sicut sibi melius et utilius poterunt adoptare et, si processu temporis dicte persone sua privilegia necessitate incumbente, quod absit, vel quocunque modo alio perdiderint, extunc ipsis sua privilegia innovare tenebimur secundum modum et tenorem privilegiorum prescriptorum. Datum et actum anno domini M° CCC° XII°, circa Martini episcopi et confessoris.

1) sue uxori übergeschrieben. 2) et si — concessum übergeschrieben. 3) vendidimus übergeschrieben. 4) domibus übergeschrieben. 5) redditus. Stadtbuch. 6) marcarum übergeschrieben. 7) suo übergeschrieben. 8) domine. Stadtbuch. 9) uxores. Stadtbuch. 10) possores. Stadtbuch. 11) quidam. Stadtbuch. 12) prorsus übergeschrieben.

Nach dem ältesten Greifswalder Stadtbuche (Liber memorabil. XIV) Bl. 4.

Erwähnt Pomm. Geschichtsdenkmäler I S. 355; Pomm. Genealogien IV S. 54.

2756.

1312 um November 11.

Dietrich von Lübeck verpfändet dem Heil. Geist- und dem St. Georgs-Hospitale zu Greifswald seine Häuser am Marienkirchhofe für 200 Mark Pfennige.

Notandum quod anno domini M° CCC° XII°, circa Martini, Thidemannus de Lubeke obligavit suas hereditates sitas iuxta cimiterium beate Marie virginis domui sancti Spiritus et beati Georrii domui[1]) pro CC^{tis} marcis denariorum, de quibus annis singulis dictis domibus et pauperibus in eis egentibus[2]) XX^{ti} marcarum redditus erogabit. Pro defectu istarum hereditatum promiserunt dominus Lambertus de Leceniz, Ditmarus de Trebetow, Iohannes Bunsow et Hermannus Westerholt, nostri consules et concives, funditus adinplere.

1) domo. Stadtbuch. 2) egencium. Stadtbuch.

Nach dem ältesten Greifswalder Stadtbuche (Liber memorabil. XIV) Bl. 3.

Gedruckt Pomm. Genealogien II S. 119; IV S. 54 (Auszug).

2757.

1312 November 14 Werben.

Bischof Heinrich von Camin transsumiert die Urkunde Herzog Ottos I. von 1312 November 5 für die St. Moritzkirche zu Pyritz.

Henricus dei gracia Camminensis ecclesiae episcopus universis Christi fidelibus, ad quos pervenerit praesens scriptum salutem in domino sempiternam. Ab eo, qui est essentialiter bonus pastor, vocati in partem sollicitudinis gregis dominici nostra interest ex debito officii pastoralis ea, quae ad divinum cultum faciunt, non solum plantare, fovere et ędificare, verum etiam ipsa plantata et edificata nostrae auctoritatis adminiculo confirmare. Noverint ergo universi, quod literas illustris principis domini ducis Stettinensis Ottonis recepimus in haec verba — — — (Folgt Urkunde von 1312 November 5, oben S. 71 Nr. 2754.) — — — Nos itaque attendentes, quod per dictum altare cultus divinus salubriter augmentatur, ipsum cum omnibus suis reditibus supradictis ratum habentes auctoritate ordinaria in nomine domini confirmamus, inhibentes nihilominus districte sub poena anathematis, ne predicti redditus ad dictum altare deputati in aliquos usus alios convertuntur praeterquam ad sustentationem perpetuam cappellani, qui pro tempore fuerit institutus. Datum in Werben anno domini M° CCC° XII, sequenti die Brictii.

Nach einer Abschrift von 1588 im Staatsarchive zu Stettin: Stettiner Archiv P. I Tit. 105 Nr. 13 Bl. 61; zweite Abschrift ebenda: Stettiner Archiv P. I Tit. 105 Nr. 9 Bl. 49.

2758.

1312 November 19.

Herzog Otto I. schenkt der Stadt Greifenhagen die Wiek im Norden der Stadt.

In nomine domini amen. Omnibus presens scriptum cernentibus Otto dei gracia dux Sclavorum et Kassubie salutem in domino sempiternam. Noverint universi et ad noticiam singulorum tam presencium quam futurorum cupimus feliciter devenire, quod nos ad preces et ob favorem Heydekini, quondam nostri cibatoris, fidelibus nostris burgensibus Griphenhagen dedimus et donavimus proprietatem vici, qui[1]) vulgariter Wic dicitur, ante civitatem dictam ad partem aquilonis iacentem perpetuis temporibus dicte civitati cum omni iure feliciter permansuram. Ut autem dicta firma et inconvulsa permaneant nec in posterum per nos seu per nostros heredes aliqualiter infringantur, presens scriptum super hoc dari iussimus et nostri sigilli munimine fecimus communiri. Testes huius rei sunt Hedekinus dictus de Heydebrake, Gerrardus de Bertecowe, Henricus de Pokelente, Henningus de Hindenborch et Conradus dictus Vlemig et quam plures alii fide digni. Datum anno[2]) domini M° CCC° duodecimo, in Elizabeth festo.

[1]) quod. Orig. [2]) anno übergeschrieben.

Nach dem Originale im Stadtarchive zu Greifenhagen (Nr. 12). Das Siegel an rot-grünen Seidenfäden fehlt.

Vergl. Baltische Studien VIII 2 S. 175.

2759.

1312 November 25 Nörenberg.

Die Stadt Nörenberg bekundet, auf Fürsprache des Markgrafen Waldemar von Brandenburg vom Bischofe Heinrich von Camin für acht Jahre vom Bischofsgelde befreit zu sein.

Nos prefectus, consules et universitas burgensium civitatis Nurenberg omnibus presentibus et posteris hanc litteram visuris vel audituris salutem in filio virginis gloriose. Recognoscimus et presentibus protestamur nos burgenses predicte civitatis per promocionem illustris principis domini nostri Woldemari, marchionis de Brandeborch, obtinuisse talem graciam apud venerabilem patrem et dominum nostrum H(enricum), episcopum ecclesie Kaminensis, quod predictam civitatem a festo beati Martini proxime venturo ad octo annos futuros ab omni inpeticione episcopalium denariorum dimittit liberam et solutam, ea dumtaxat racione, quod, illis octo annis futuris exspiratis, sine omni contradictione vel dilacione predictos denarios episcopales sibi persolvamus tempore oportuno, quam solucionem denariorum conmuniter arbitramur in hiis scriptis. Super ista solucione episcopalium denariorum tempore debito ne occasio contradictionis oriatur apud nostros posteros, nostras dedimus litteras sigillo civitatis roboratas. Datum Nurenberg anno domini M° CCC° XII°, in die beate virginis Katherine.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Stettin s. r. Bistum Camin Nr. 20, mit abhangendem Siegel. Caminer Originalmatrikel ebenda (Mscr. I 8 [1]) P. I Bl. 20 v (mit falscher Jahreszahl: 1300); Caminer Matrikel ebenda (Mscr. I 8 a) I Bl. 27 (mit falscher Jahreszahl: 1300); Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 974.

Gedruckt Riedel, Cod. dipl. Brand. I 18 S. 100 Nr. 2; Kletke, Reg. Neom. I S. 62 (Reg.).

2760.

1312 November 30 Greifswald.

Der Priester Johann Strange in Örsjö schwört den Bürgern von Rostock, Stralsund, Greifswald und Wismar Urfehde.

Omnibus presens scriptum cernentibus Iohannes Strange, sacerdos[1]) persona ecclesie Ørsyo, salutem in domino sempiternam. Notum facio universis, quod universos et singulos burgenses de Rozstok, Stralesund, Gripswold et Wissemar existentes viros discretos et honestos pro captivitate, qua captus fui in castro Scanøør racione guerre existentis inter illustrem regem Dacie et ipsos nobiles burgenses, dimitto liberos per presentes penitus et excusatos. Promitto insuper vera fide, quod dicti burgenses, quocienscumque et ubicumque ad partes Dacie declinare contingerint, per dominum archiepiscopum, per subditos suos, per me vel per amicos meos, consanguineos vel per aliquos alios, cuiuscumque condicionis sint, racione dicte captivacionis non debeant inpediri nec in aliquibus molestari. Ne igitur dictis burgensibus aliqua ambiguitatis materia sive adversancium calumpnia in posterum ab aliquibus super dicta captivitate possit suboriri, sigillum meum presentibus duxi apponendum in cautelam firmiorem. Actum et datum Gripswold anno domini M° CCC° XII, in die beati Andree apostoli.

[1]) Vor sacerdos steht eine unverständliche Abkürzung ähnlich der für secundum. Vergl. Fabricius a. a. O.

Nach dem Originale im Stadtarchive zu Greifswald (Nr. 64). Das abhangende Siegel ist abgefallen.

Gedruckt Dähnert, Pomm. Bibliothek IV S. 94; Rudloff, Cod. dipl. hist. Megapol. I S. 243 Nr. LXXXVIII; Sartorius, Urkundliche Geschichte der deutschen Hanse II S. 263 (Reg.); Fabricius IV 2 S. 21 Nr. CCCCXX (632); Meklenb. Urkundenbuch V S. 678 Nr. 3574; Hans. Urkundenbuch II S. 90 Nr. 223 (Regest).

2761.

1312 Dezember 6 Altdamm.

Herzog Otto I. schenkt dem Kloster Colbatz die Bede und Abgaben des Dorfes Wittstock statt der sechs Mark aus der Bede in Belkow, die der Ritter Ribe als herzogliches Lehn besaß und die er dem Herzoge zum Besten des Klosters aufgelassen hatte.

Nos Otto dei gracia dux Slavorum et Cassubie et dominus in Stetin universis Christi fidelibus presencia visuris salutem. Notum esse volumus universis firmiter protestando, quod strenuus miles dictus Ribe sex marcas denariorum, quas a nobis a precaria nostra in villa Belcow in pheodo tenuit, ad usus abbatis et conventus in Colbas[1]) nobis libere resignavit. Pro quibus sex marcis denariorum predicto abbati et conventui dicti monasterii donavimus totam precariam, subvencionem et exactionem ville slavicalis Witstok et quicquid utilitatis et emolimenti habere potuimus in eadem, ita ut nullus advocatorum nostrorum seu officialium nomine nostro in ipsa villa precipere debeat aut aliquod gravamen inponere, sed perpetuo esse debet cum suis incolis ab omni servicio publico et privato et ab omni onere servitutis libera et exempta, hoc adicientes, ut de precaria[2]) memorate ville iam dicto conventui in Colbas annuum ministretur servicium ad perpetuam memoriam felicis recordacionis domini Dithmari, abbatis in Colbas, nostri specialissimi, recolendam. In cuius rei testimonium presens scriptum dedimus nostri sigilli munimine roboratum[3]). Testes huius donacionis sunt dominus Gerardus de Bertikow, dominus Hinricus de Pokelente, dominus Henninghus de Hindenborch, milites, Teske Zulebur et alii quam plures fide digni. Datum Damme anno domini M° CCC° XII°, in die beati Nicolai episcopi et confessoris.

[1]) in Colbas fehlt. Matr. [2]) precarie. Matr. [3]) roboratam. Matr.

Nach der Colbatzer Originalmatrikel Bl. 18 v Nr. 72.

2762.

1312 Dezember 13.

Schulze, Schöffen und Rat der Stadt Stettin geben den Fleischern daselbst ein Schlachthaus bei der Küterbrücke, 34 Fleischbänke am Fischmarkte und 22 am Neuen Markte.

In nomine domini amen. Nos scultetus, scabini et consules civitatis Stettin undique captare nitentes nostre civitatis honorem, commodum et profectum communicato universitatis nostre consensu dedimus ac donavimus nostris carnificibus domum mactationis apud pontem fartorum et XXXIIII macella carnium apud forum piscium necnon XXII macella iuxta novum forum iusto iure hereditario perpetuis temporibus possidenda. Ob hanc causam ipsi carnifices se et universos suos successores obligaverunt voluntarie communi arbitrio ad hec subscripta nostra statuta. Primum est, quod de domo mactationis solvent civitati annis singulis VI talenta,

de quolibet macello prope forum piscium XXIIII solidos, de quolibet autem macello iuxta novum forum XX solidos annuatim, huius census quartas partes singulis anni quartalibus persolvendo. Quem censum magistri carnificum in omni quartali anni colligent fideliter et consulibus sine dilatione qualibet presentabunt. Secundum est: Quilibet carnifex dabit civitati collectam de suo macello secundum ipsius macelli iustum precium et valorem, illam collectam non diminuendo pretextu aliquorum suorum debitorum. Tertium est: Omnia macella debent coram consulibus resignari; resignans dabit civitati unum talentum denariorum, ille; cui resignat, eciam talentum dabit. Quartum est: Unus carnifex uno macello contentus erit et ad hoc personaliter ipse stabit nulli alii locando, servum autem in pane suo servare poterit, qui aliquando, dum opus est, respiciat vice sua. Item nullus carnifex utetur macello suo ad aliquid aliud nisi ad ea, que ad suum opus videntur pertinere. Insuper, si quis advena, qui non est alumpnus huius civitatis, macellum emere voluerit, procrastinabitur sex ebdomadis, infra quas consules et carnifices valeant investigare, an ille sit probus homo et quomodo se rexerit in loco sue pristine mansionis. Preterea si quis carnificum in tantum deliquit, quod, suo delicto exigente, a consortio carnificum est eiectus, talis suum macellum venumdabit infra sex septimanas a tempore sue eiectionis alteri probo viro, qui ad opus carnificum idoneus habeatur. Item quando aliquis carnificum viam universe carnis ingressus est, senior inter proximos eius heredes, qui XVIII. annum attigit, defuncto succedet in macello, et hic cum certa pecunia, prout equum est, ceterorum heredum ad se redimet portiones. Si vero tempore decessus illius defuncti nullus heredum suorum adhuc fuerit in XVIII. anno constitutus, concedimus illis heredibus de gracia speciali, quod ad ipsum macellum eorum nomine stare poterit per annum unus de societate carnificum, quem ad hoc duxerint eligendum. Transacto autem anno, si nullus heredum ad XVIII. etatis annum adhuc venit, extunc macellum vendent alicui viro ad opus carnificum idoneo existenti, quia neminem minorem XVII annis stare volumus ad macella. Preterea si heredes defuncti carnificis sint persone clericales aut femine, cum tales non sint habiles ad opus carnificum, macellum ad se devolutum vendere debent infra XIII septimanas, nisi forte aliqua feminarum maritum habet vel sit medio tempore habitura, cui de opere carnificum faveatur, et tunc hec femina dabit suis coheredibus pro eorum portionibus tantum, quantum rationabile fuerit et equum. Amplius si quis carnificum in die forensi emit in foro bovem vel ovem aut porcum, adveniente aliquo nostrorum comburgensium vel presente, qui illis opus habet, ille noster concivis dare poterit tali carnifici de bove unum solidum, de porco sex denarios, de ove quatuor denarios et apud talem emptionem manere pro precio, quo empta est, contradictione talis carnificis non obstante. Ceterum omnes iustitias, quas nostri carnifices hactenus habuerunt, tenore presentium duximus confirmandas. Verumtamen nos et cuncti nostri posteri semper potentes manebimus, sicut prius, statuere, ordinare et facere omnia, que nostre civitati et nostris universis concivibus proficua[1]) videbuntur, non obstantibus nobis in aliquo statutis et iustitiis carnificum supradictis. Ut ergo hec singula in perpetua memoria et firmitate stabilia permaneant, sigillum civitatis nostre in ampliorem certitudinem decrevimus presentibus apponendum. Datum anno domini M° CCC° XII°, in die sancte Lucie virginis et martiris.

[1]) proficus. Hs.

Nach einer Abschrift des 16. Jahrhunderts im Stadtarchive zu Stettin: Tit. VIII Sekt. 23 Nr. 2 Bl. 97. Deutsche Übersetzungen ebendaselbst Bl. 43 und 138.

2763.

1312 Dezember 29 Altdamm.

Herzog Otto I. beauftragt den Lübecker Dekan Stephan, die dem Nonnenkloster zu Pyritz geschenkten sechs Hufen in Groß-Rischow gegen die Ansprüche des Ritters Henning von Böke zu schützen.

Otto dei gratia dux Slavorum et Cassubiae honorabili viro domino Stephano, decano ecclesiae Lubecensis, salutem cum plenitudine omnis boni. Discretioni vestrae praesentibus duximus protestandum, quod dominus Barnym, pater noster charissimus beatae memoriae, contulit conventui sanctimonialium ante civitatem Piritz sex mansos in villa, quae magna Rischowe dicitur, iacentes perpetuis temporibus pacifice possidendos, quod nos similiter ratum volumus observare. Quare rogamus, quatenus dominum praepositum ipsarum sanctimonialium dictos sex mansos ex parte earundem impetentem et contra Henningum de Bůke, militem, procedere volentem promoveatis nostri causa et dictum Henningum de Buke autoritate sedis apostolicae vobis commissa, ne conventum dictarum sanctimonialium in his sex mansis impediat, compellatis et de perceptis dicto conventui debitam emendam faciat et condignam, taliter vos in hoc exhibentes vobis referamus gratiarum actiones. Datum Dam anno domini MCCCXIII, in crastino innocentum.

Nach der Matrikel des Klosters Pyritz im Staatsarchive zu Stettin (Mscr. I 31) Bl. 9 a.

2764.

1312.

Verzeichnis der Güter des Nonnenklosters zu Stettin.

Warsowe adiacent quadraginta octo mansi. Plebanus habet 3, praefectus 4, de istis solvit conventui tres choros siliginis et tres choros avenae, dominus Wilhelmus, scholasticus Stettinensis, habet 4 ad tempora vitae suae, Petrus de Brakele habet 6, Wossowe habet 10, pueri Arnoldi de Sanne habent 4, Iohannes de Brandenborch habet Ił. Hermannus Repschleger[1]) et uxor sua Margareta tollent unum chorum utriusque seminis, siliginis et avenae, de manso, quem habuit Petrus de Ponte, et quicquid inde derivatur[2]) tinse et huiusmodi, tollent domine in claustro. Dum unus eorum morietur, tum ambo nihil tollent amplius, sed dominae tollent in claustro, et ideo sunt haec scripta, ne veniant in oblivionem. Conventus habet 15 et ł mansum, de quolibet recipit annuatim ł corum siliginis et ł corum avenae et II solidos. Item cotzati sunt 30, quivis dat 1 solidum, et 1 pullum et minutam decimam. Taberna solvit unum talentum denariorum et 10 pullos, quos tollent domine.

Gustow adiacent 30 mansi. De istis habet prefectus 3, Iohannes de Brakele quatuor, Henricus et Theodericus, prefecti in Stettin, habent 3, conventus habet 20 mansos. De quolibet recipiunt annuatim 10 modios siliginis quartale minus et 2 modios tritici et 12 modios avenae et unum quartale pisarum et 2 solidos. Taberna solvit 12 solidos et 30 pullos, molendinum dat unum corum siliginis annuatim.

Berenslave adiacent 47 mansi. Plebanus habet 2, praefectus sex, Tidemannus quatuor, Thidericus de Puteo decem, conventus 25 mansos. Mansus dat 6 modios siliginis et sex modios

tritici et 6 modios hordei et sex avenae et 1 quartale pisarum et duos solidos. Cotzati sunt 30, quivis dat unum solidum et 1 pullum.

Rosow adiacent octoginta quatuor. Plebanus habet quatuor, prefectus 4, Petrus de Brakele 5, Iohannes de Brakele 4, Wosso quinque, Martinus 2, conventus habet 56. Mansus solvit 9 modios siliginis et 3 tritici et 12 modios avenae et 2 solidos, taberna dat 4 talenta. Cotzati dant 7 solidos de areis.

Pomelle adiacent 52 mansi. Dos 4, prefectus 4, Iohannes de Brakel 3, Hermannus Albus 4 ad tempora vitae, Wosso XVII, Petrus de Brakel habet in taberna II talenta. Conventus habet 20. Mansos 1 solvit 12 modios siliginis et 12 modios avenae et II solidos.[3])

Colbascowe adiacent 44 mansi. Plebanus quatuor, dominus Gotfridus in Stettin quatuor ad tempora vitae suae, Petrus Dives quatuor, conventus habet 34 mansos, de quolibet dant 9 modios siliginis et 9 modios avenae et 2 solidos. Item sunt tres mansi iacentes apud curiam prefecti, dant III corum siliginis et III corum avenae. Taberna solvit unum thalentum et LX pullos. Item curia aput praefectum solvit 18 pullos, item una curia apud tabernam solvit 8 pullos.

Fruendorpe adiacent 15 mansi. Cives habent quatuor, de quibus dant sex marcas denariorum, plebanus 2, curia nostra 9. Quaevis curia dat sex pullos, curia apud dotem dat 12 pullos, Revele dat VIII modios humuli, quicumque[4]) seminatur mons, dat quatuor modios siliginis exinde. Item de molendino Goslerscheberch dat I corum siliginis et 3 modios humuli annuatim. Dominus Iohannes Glelp tollet 6 marcas temporibus vitae suae, in quibus si defectum habuerit, prepositus seu provisor dominarum eidem domino Io(hanni) tantam pecuniam de earum bonis promptioribus ordinabit.

Zolechow adiacent 30 mansi. Domina Penkun habet VIII mansum et Salvi [?] V, et solvent nobis de manso XII modios siliginis et XII modios avenae et II solidos, et quaevis curia dat 22 pullos et 1 solidum. Willeke Scapow dat XXX modios humuli de uno horto, Iohannes Tabernator[5]) dictus de Boldin habet curiam et hortum humuli, de quibus tenetur dare II chorum humuli. Curia nostra habet 18 mansos.

Bredow adiacent duodecim mansi. De manso dant duo coros[6]) siliginis et avenae et duos solidos, de area dant 1 solidum et 1 pullum et, qui habet sex iugera, dat quinque nummos, et sic de caeteris. Item sunt duae areae, quaevis dat 35 pullos. Taberna solvit unum thalentum cerae et tres pullos.

In anno domini 1311. Exposuimus III mansum cum curia pro 5 coris[6]) siliginis et avenae singulis annis a festo Martini usque ad sex annos Iohanni dicto de Ecke.

Zabelesdorp adiacent novem mansi. De iugeribus cotzatorum tollimus decimam[7]) in campo et de areis in villa, quaevis dat 22 pullos. Item de una curia recipiemus 30 pullos et de una curia I corum humuli et 2 modios, item de una curia humuli 7 modios humuli, item de una curia humuli 6 modios humuli et 24 pullos, item de una curia humuli 10 pullos et sex modios humuli.

Villa Dobere habemus octo mansos. Mansus solvit 12 modios siliginis et 12 avenae et 12 solidos ad censum annuatim, quem pactum in censum tollunt domicellae ad[8]) tempora vitae suae et, quicquid de illis mansis derivare[9]) potest, habemus cum omni iure.

Boldin consules de Stettin dabunt singulis annis III talentum de horreo et de uno iugere terrae item de horto humuli, item thalentum et 6 pullos. Item fratres minores de orreo laterum dant 2 marcas[10]) et 6 solidos et 13 modios humuli. Iohannes Tabernator dat de orreo laterum et de taberna 10 solidos et decem milia laterum. Item relicta Dithmari et Willeke

de Scapow dant de uno horto humuli XVIIƗ solidos, curia ab ista parte tabernae dat octo pullos et quatuor solidos. Item domus ab ista parte dat quatuor pullos et sex solidos. Item quaevis domus dat sex solidos annuatim. Item molendinum solvit IIƗ chorum, quem habent plebanus de Fruendorpe, et filii Iohannis Albi. Item curia ante molendinum solvit nobis octo pullos. Item de uno iugere terrae apud molendinum recipiemus XVII pullos, pro qua respondet filia Rodolphi de Penkun.

De villa Stoltenhagen de duobus mansis habemus XVIII modios siliginis et XVIII modios avenae et 4 solidos de censu[11]).

Villa Pinnow octo mansi. Quatuor habent filii Arnoldi Albi et duos habet Hermannus Repsleger et uxor sua tantummodo ad tempora vitae eorum. Item duo solvunt nobis, mansus dat Ɨ chorum siliginis et VI modios avenae et VI modios hordei et unum quartale pisae et 2 solidos.

Reinekendorpe habemus quatuor mansos. Mansus dat dimidium chorum siliginis et dimidium chorum avenae et 2 solidos.

Tantow habemus duos mansos. Mansus dat dimidium chorum siliginis et dimidium chorum avenae et 2 solidos.

Prislav adiacent XXX mansi. Plebanus habet 2, Iohannes Luscus 15, puellae Iohannis Gropeken habent XIII ad tempora vitae earum, postea cedent nobis post obitum earum.

Warlancke adiacent XVI mansi. Ad curiam nostram quatuor, praefectus duo. Mansus dat unam marcam. Cotzatus[12]) quivis dat sex solidos. Taberna dat 3 marcas.

Crakow.

Molendinum Iazenitz solvit quatuor choros siliginis.

Tantow molendinum solvit sex choros siliginis.

Molendinum super Salveam iacens in medio solvit septem choros siliginis.

Molendinum ibidem infra super mollem solvit IIƗ chorum siliginis.

Molendinum in Rosow est nostrum.

Item consules civitatis Stettin tenentur nobis singulis annis sexaginta marcas denariorum, dimidiam partem dabunt in festo Martini, alteram partem in festo purificationis beatae Mariae a canonicis pro restauratione ecclesie sancti Petri et Nicolai.

Curia circa curiam nostram, ubi aquantur equi, solvit nobis 1 talentum, pro qua respondet Weteko et dat de agro Grabow 30 modios siliginis et 30 modios avenae.

Gertrudt de Grimmet habet unum chorum humuli super Krunenebeke ad tempora vitae et sex pullos de horto, ubi aquantur equi, ad tempora vitae. Dum ambo moriuntur Hinricus Westphal et Gertrudt, tunc hortus, ubi aquantur equi, cedet dominabus.

Item curia ab illa parte sive domus solvit 2 thalenta, pro qua respondet Arnoldus Borgere. Item solvit unum solidum et 6 pullos annuatim.

Item curia trans plateam apud molendinum solvit octo solidos et IIII pullos, pro qua respondet Ludolfus Carnifex.

Item curia ab ista parte, pro qua respondet Io(hannes) de Brakele, solvit decem solidos et 5 pullos.

Item domus et curia ab ista parte Gerhardus Claviger et uxor eius dant 1 marcam, quam dominus Iohannes tollet temporibus suis.

Item parva domus ab ista parte dat 10 solidos annuatim. Lacus est noster et domus, quando gladiator et uxor eius moriuntur.

Item curia, quae est nostra[13]), solvit IIII talenta, ad quartale XVIII solidos[14]) et, quicquid in horto evenerit, nos recipiemus dimidietatem, scilicet poma, nuces, cerasa[15]), pira et huiusmodi preter olera, et habebit per quatuor annos a festo paschae.

Anno domini 1312.

Item has[16]) domos, quas dominus Iohannes possidet, cum omni iurisdictione post obitum eius ad custodiam Christi sanctimonialium condonavit ad comparationem vini, olei et oblatorum.

In Grabow prima curia solvit 5 solidos, pro qua respondet Hillae.

Item secunda curia solvit 25 solidos et 5 pullos, pro qua respondet Luge, filius Iohannis Assatoris.

Item tertia curia solvit III talenta, et illa curia est nostra, in ea possumus ponere, quem volumus.

Item quarta curia solvit II talenta piperis, pro qua respondet Luge, filius Io(hannis) Assatoris.

Item Quiliz, Henrich Penkun, fartor, dat de horto humuli XVIII modios humuli et IV solidos.

Item Petrus Kedig dat dimidium talentum piperis et III modios humuli. Item dat I talentum piperis de III quartalibus[17]) agri. Illum agrum possumus recipere, quando volumus.

Item Iohannes et Hinricus Barvot solvunt III choros[18]) humuli 6 modios minus et 1 talentum piperis in die Martini de duobus hortis.

Iohannes Vorneholte[19]) habet duos hortos, de uno dat 12 modios humuli, de alio dat XI solidos IIII denarios minus.

Item Lobeke solvit VI modios humuli et preposito Dominico 1 chorum humuli ad tempora vitae suę, postea cedet nobis, pro qua respondet Willeke Scapov.

Item Otterbeke solvit 2 choros[18]) humuli de horto.

Item Hermannus de Albia[20]) solvit 8 solidos de horto.

Item Iohannes de Polsene[21]), suus filius Michael et haeredes solvunt III choros humuli et tria quartalia avenae et tria quartalia siliginis de horto.

Item Petrus et frater suus Paulus dant quatuor choros[18]) humuli de horto.

Item pueri dicti de Brandenborch, scilicet Willeke, dat II choros[18]) humuli et VII pullos de horto.

Item Gise[22]) de Koningsberch dat 1 chorum humuli et duo talenta piperis de horto, quem habuit Arnoldus de Rene.

Item Henricus Stalknecht de curia apud Bredow dat XIIII solidos et VI modios humuli et de area apud Boldin.

Item recipiemus XI solidos IIII nummi minus de horto, ubi fuit molendinum in via Zabelesdorpe, et alteram partem recipient praefecti.

Item Io(hannes) servus, qui habet nobiscum neptem, habet curiam humuli ad tempora vitae suae.

Item Revele, commorans in Fruendorpe, dat VIII modios humuli. Item dat IIII modios siliginis de quodam monte.

Item in civitate Stettin una domus in platea molendini, angularis domus versus ad summum, solvit nobis 1 thalentum annuatim, pro qua respondet Conradus dictus de Zabelesdorp.

Item nova quaedam area deserta prope et ultra dotem situata dat IIII solidos pro censu omni quartali anni, quam quaedam vidua nomine Viltfangesche cum filia sua ad vitam

earum possidebunt, et defunctis[23]) ad memoriam sine qualibet contradictione, per testamentum domini Thomae.

Olim praedicatorum . , . .

1) Repscheger. A. 2) diruatur. A. 3) Pomelle adiacent 54 mansi, de quibus habet dos 4, prefectus 4, vidua duos ad tempora vitae, Iohan(nes) de Brakel 3, Hermannus Albus 4 ad tempora vitae, Wossowe XVII. Petrus de Brakel habet in taberna II talenta. Conventus habet XX. Mansus omnis solvit usw. B. 4) quencumque. A. 5) Tabernatus. A. 6) corum. A. 7) decimum. A. 8) ad fehlt. A. 9) divinare. A. 10) marci. A. 11) scensu. A. 12) cotzati. A. 13) noster. A. 14) solidi. A. 15) cerhusa. A. 16) hos. A. 17) quartalia. A. 18) chorum. A. 19) Worneholte. A. 20) Alvea. A. 21) Polsenel. A. 22) Ense. A. 23) defunctus. A.

Nach der Matrikel des Stettiner Nonnenklosters im Staatsarchive zu Stettin (Mscr. I 38) Nr. 93 (A). Auszüge ebendaselbst: Stettiner Archiv P. I Tit. 57 Nr. 1 Vol. I Bl. 307 v; Vol. III (Nr. 3) Bl. 2 v (B); Tit. 58 Nr. 4 Bl. 4.

2765.

1312.

Herzog Wartislaw IV. schenkt dem Kloster Eldena das Dorf Vierow.

Hertoch Wartislafs bref aver Virow anno MCCCXII.

Klempzens Extrakt rc. Bl. 87.

Gedruckt Pyl, Geschichte des Klosters Eldena S. 633.

2766.

1312.

Herzog Otto I. befiehlt dem Heinrich von Schwerin, von dem dem Kloster Stolp gehörigen Dorfe Wegezin keine Bede einzufordern.

Hertzog Otten brief ahn Heinrich von Swerin, collectorem praecariae, vom dorf Wegusin, das dem closter Stolp geben, nit zu furdern. 1312.

Nach Joachim Berckhans Inventarium im Staatsarchive zu Stettin (Mscr. V 6) Bl. 107.

2767.

1313 Januar 3 Werbellin.

Markgraf Waldemar von Brandenburg schenkt der Stadt Woldenberg seine dortige Mühle.

— — — — — — — — — — — — — — — — — — —

Testes ad hoc vocati sunt nobiles viri domini Ulricus de Lyndowe et Guntherus de Keverenberg, comites, Henningus de Stegheliz et Henningus de Blankenborch, milites, necnon Hinricus, decanus in Stendal, ac Sloteko, prepositus Demynensis, nostre curie prothonotarius, et alii quam plures fide digni. Datum Werbelyn anno domini millesi[mo] trecentesimo tredecimo, feria quarta ante Epiphaniam domini nostri.

Nach dem Originale im Deutschordens-Centralarchive zu Wien s. Nr. 906 (a 792) mit dem stark beschädigten Siegel an weißen Hanffäden. Abschrift in den „Privilegia des Colmischen Landes" Bl. CXIX im Staatsarchive zu Königsberg: Ordensfoliant Nr. 67, früher A 18. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1228.

Gedruckt Riedel, Cod. dipl. Brand. I 18 S. 10 Nr. 10.

Der Propst Sloteko von Demmin kommt außer in den Urkunden von 1313 September 29 und 1314 Juni 15 noch in den Urkunden von 1313 August 26 (Riedel I 13 S. 178 Nr. 1), 1314 August 27 (Riedel I 15 S. 63 Nr. 81), 1314 September 18 (Riedel I 18 S. 10 Nr. 11), 1314 September 22 (Riedel I 19 S. 453 Nr. 13), 1315 März 1 (Riedel I 5 S. 64 Nr. 85; I 6 S. 172 Nr. 246; I 15 S. 64 Nr. 83), 1315 März 20 (Riedel I 6 S. 93 Nr. 124) und 1317 April 1 (Riedel I 12 S. 69 Nr. 5) vor.

2768.

1313 Januar 4 Werbellin.

Markgraf Waldemar von Brandenburg überträgt dem Bischofe Heinrich von Camin die Stadt Camin mit allem Zubehör als Eigentum.

In nomine domini amen. Woldemarus dei gracia Brandeburgensis, Lusacie et Landesbergensis marchio tutorque incliti Iohannis, marchionis Brandenburgensis, universis Christi fidelibus vite presentis et future salutem et de bono in melius proficisci. Legis auctoritate testante, in principe nichil clarius elucescit quam vere religionis professio, que auri et topasion estimacionem non recipit, que possessorem suum supernarum virtutum meritis[1]) associat, que amatorem suum sub tutela spei provehit in sublime, cuius licet omnis sancte orthodoxeque ecclesie proles expers esse non debeat, tanto tamen eminencius principibus ipsa solet attribui, quanto excellencius alios noscuntur precellere potestate, potencia et virtute, quorum eciam exemplo mentes humilium crebrius, ut in fide permaneant, solidantur. Hanc siquidem fidem, quam lingua[2]) loquitur, nisi quisque bonorum operum studio, moribus ac vita fateatur et doceat, mortuam conspicimus sine dubio et inanem, quorum execucio maxime circa has personas, que cultui divino se perpetuo dedicarunt, solitum est comprobari. Premissa igitur inspecta auctoritate aut zelo tam affectus quam execucionis obsequiorum nobis a reverendo in Christo patre ac domino Hinrico, ecclesie Caminensis episcopo, pluries impensorum damus et donamus donacione libera sibi et successoribus suis necnon ipsi ecclesie Caminensi proprietatem civitatis Camin, agrorum cultorum et forsitan colendorum, aquarum, nemorum, stagnorum, pascuorum, pratorum, molendinorum constructorum et forsan construendorum, proventuum, obvencionum, iurium ac omnium pertinenciarum suarum intra terminos et metas civitatis predicte inclusorum, renunciantes omnibus premissis generaliter et eorum cuilibet specialiter ac omnium dictorum proprietatis iuri canonico et civili, quod ad nos et heredes nostros quoscunque posset devenire, nichil nobis in premissorum proprietate penitus reservantes et cum omni contribucione, precaria et onere quocunque in ecclesiam ipsam simpliciter transferentes. Mittimus quoque episcopum ipsum suo et ecclesie sue nomine in possessionem proprietatis prefate missione debita, qua convenit, et solempnitate consueta, qua decuit, corporalem. Ne autem huiusmodi factum tam salubriter instauratum, utpote coram omnipotentis oculis acceptum ac in anime nostre progenitorumque nostrorum et successorum salutem et remedium salutare, alicuius valeat calumpnia et tergiversacio quomodolibet impugnare, presentem paginam inde conscribi et dari iussimus sigilli nostri impressione de nostro speciali iussu signatam imperhenni seculorum tempore valituram. Testes ad hoc vocati specialiter et rogati sunt nobiles viri Ulricus de Lindow, Gunterus de Keverenberg, comites, Henningus, Hinricus et Hinricus de Stegelitz, Henningus de Blanckenborch, Nicolaus de Buck, Droyseko, Ludolfus, Hasso et Wedego de Wedel, milites nostri fideles, Hinricus et Sloteko, predicte ecclesie Caminensis canonici, cum aliis pluribus fidedignis. Actum et datum Werbelin in nostra presencia per manum Hermanni de Luchowe clerici anno domini millesimo tricentesimo decimo tercio, secundo Nonas Ianuarii.

[1]) meitis. Matrikel. [2]) ligua. Matrikel.

Nach der Caminer Originalmatrikel im Staatsarchive zu Stettin (Mscr. I 8) P. I Bl. 41; Caminer Matrikel (Mscr. I 8 a) P. I S. 51; Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1229.

Gedruckt Wedel, Urkundenbuch zur Geschichte des Geschlechts von Wedel II 1 S. 63 Nr. 109 (Reg.).

2769.

1313 Januar 8 Stettin.

Gottfried von Nusse überläßt dem Johann Schele sen. 1½ Wispel Getreide in Scheune.

Actum IIa feria post Epiphaniam domini anno domini M° CCC° XIII° — — — Item Godike de Nusse resignavit seniori Iohanni Lusco I½ chorum annone in villa Schune, ut ipse habuit.

Nach dem ältesten Stettiner Stadtbuche Bl. 14.

2770.

1313 Januar 22 Stettin.

Johann Schele sen. überläßt dem Bertold Boblin einen Zins von 1½ Wispel Getreide nebst 8 Hühnern im Dorfe Scheune aus den Hufen des Reinhard.

Actum IIa feria post Agnetis. — — — Item senior Iohannes Luscus resignavit Bertoldo Bobelin censum I½ chori annone siliginis et avene in villa Schune super mansos Regenhardi cum octo pullis.

Nach dem ältesten Stettiner Stadtbuche Bl. 14.

2771.

1313 Januar 25.

Die Stadt Greifswald verspricht dem Könige Erich von Dänemark, 3000 Mark Brandenburgisch zu zahlen und den gelobten Frieden zu halten.

Anno 1313, die conversionis Pauli, forskreff de til Gripsvold dennem, at giffve kong Erich 3000 marck i Brandeborger mynt, der med hafver hand loffvet, at tage dennem igien i venskab, hvilcke de gjerne vilde udgiffve oc vilde aldrig tenck der paa.

Nach Hvitfeldt, Danmarckis rigis krønicke S. 364; erwähnt bei Fabricius IV 2 S. 7 Nr. 635.

2772.

1313 Januar 26 Belbuck.

Herzog Wartislaw IV. transsumiert die Urkunde Herzog Wartislaws III. von 1254 September 1 für das Kloster Belbuck.

In nomine domini amen. Nos Wartislaus dei gratia dux Slavorum et Cassubie presentibus recognoscimus evidenter, quod privilegia non abolita, non cancellata nec in sui parte aliqua viciata dilectis nobis in Christo domino abbati castri sancti Petri in Belboch suoque conventui ab inclito progenitore nostro Wartislao, duce Dyminensi, indulta, tradita et collata, accedente discretorum nostrorum consilio, audivimus, vidimus ac coram nobis in publico legi fecimus

resonantia in hunc modum — — — (Folgt Urkunde von 1254 September 1, Pomm. Urkundenbuch II S. 8 Nr. 592.) — — — Prefatorum itaque predecessorum nostrorum pia facta observari, quantum possumus, cupientes contractus prenotati confirmationem ratam et gratam habentes secundum formulam suprascriptam presentibus cum appensione nostri sigilli in evidens signum perpetue firmitudinis renovamus et in ipsius nomine, qui regit omnia, confirmamus. Cuius confirmationis testes sunt venerabilis dominus Henricus, episcopus Caminensis, dominus Hildebrandus, prepositus Caminensis, Iohannes Ursus, noster marschalcus, Iohannes de Heydebrake, Iohannes Troyge, Otto de Boene, milites, dominus Conradus de Trebetow, noster capellanus, cum multis aliis fide dignis. Actum et datum per manum domini Nicolai de Swanenbeke, nostri notarii, anno domini M° CCC° XIII° Belboch, feria sexta infra octavas beate virginis Agnetis et martiris benedicte.

Nach dem Diplomatarium civitatis Treptow im Staatsarchive zu Stettin (Mscr. I 42) Nr. 5.

2773.

1313 Februar 2 Camin.

Bischof Heinrich von Camin vergleicht den Grafen Otto von Eberstein und die Stadt Cöslin dahin, daß letztere 270 Mark für Abtretung des sog. Überschlags zahlt, bestätigt den Kauf des Dorfes Gohrband durch die Stadt, schenkt der Stadt noch 8 Hufen Burgland, behält aber sich das Jagdrecht vor.

In nomine domini amen. Heynricus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus universis presencia visuris salutem in omnium salvatore. Ne ea, que geruntur in tempore, simul cum lapsu temporis evanescant, necesse est ea scriptis autenticis perhennari. Noscat igitur nacio tam presentis temporis quam futuri, quod nos ad amputandam dissencionis materiam, que iam dudum versa est inter nobilem virum dominum Ottonem comitem de Eversten et suos heredes, ex una, et inter consulum ac civium universitatem nostre civitatis Cusselin, parte ex altera, pro quibusdam terminis sive methis, qui oversclach dicuntur in vulgari, empcionem quandam constituimus et ordinavimus inter ipsos de consilio discretorum ita videlicet, quod predicti consules et dicte civitatis nostre cives dabunt predicto domino Ottoni comiti de Eversten suisque heredibus ducentas et septuaginta marcas denariorum slavicalium et cives antedicte civitatis nostre terminos, qui oversclach dicuntur, sicut sepedictus Otto comes cum suis heredibus hactenus habuit, cum omnibus fructibus, quos ab eisdem terminis habere potuit, obtinebunt. Methe autem horum terminorum circa partes Borchlant, Chorbant, Iamele, Puddemersdorp et Stresenisse terminantur. Preterea tenore presencium publice profitemur, quod prefate civitatis nostre Cusselin consules partem seu villam dictam Chorbant cum omnibus suis pertinenciis, utilitatibus seu distinctionibus, prout Reymarus Schalipe dictus quondam miles eandem partem Chorbant ab ecclesia nostra Caminensi iure pacifice possederat feodali, a nobili viro domino dicto Swensen de nostro consilio iuste empcionis tytulo emerunt, de qua nichilominus empcione ecclesie nostre Caminensi et toti terre nostre generabatur utilitas et profectus. Huius autem Chorbant distinctiones taliter sunt distincte: a palude, que Kicker dicitur, usque in Chorbant, de palude Chorbant usque ad rivulum Nest ascendendo usque ad distinctiones ville Wissebur, de distinctionibus ville Wissebur usque ad distinctiones ville Lubbetowe, de Lubbetow usque ad distinctiones ville Dersetin sunt distincte. Quidquid autem in hiis distinctionibus, videlicet

montibus, collibus, pascuis, lignis, paludibus cum omnibus utilitatibus intra iacentibus conprehensum exstiterit, dicte civitati[1]) nostre Cusselin cum unanimi consensu nostre ecclesie Caminensis capituli appropriavimus et presentibus appropriamus ipsorumque empcionem predictam nichilominus stabilimus, venacionem quoque ferarum omnium videlicet cervorum, capreolorum, leporum aliarumque ferarum omnium nobis et nostris successoribus reservamus, inhybentes, ne quispiam in distinctionibus memoratis venacionem aliquam vel alicuius generis venacionis formam audeat excercere. Nos vero considerantes diversa beneficia nostris predecessoribus[2]) nobis a predictis nostre civitatis civibus in Cusselin exhibita, cum eciam pre ceteris diversas passi sunt tribulaciones, nam quasi in fine terre nostre sunt positi, proprietatem dictorum terminorum omnium simul et proprietatem octo mansorum, qui borchlant dicuntur, cum consensu dicti capituli nostri memoratis civibus in Cosselin donavimus et presentibus duximus condonandum. Huius rei testes sunt honorabiles viri dominus Hildebrandus, prepositus, dominus Fredericus, thesaurarius[3]), dominus Hermannus de Allenkerken, cantor, dominus Fredericus de Egstede, dominus Iohannes de Starse, dominus Nicolaus comes de Gutzecowe, dominus Iohannes de Wacholt, dominus Reymarus de Wacholt, dominus Wizlaus, canonici nostre ecclesie Caminensis, necnon nobilis vir dominus Hermannus comes de Everstein, Tessemarus de Bonin, Tezen de Strachemyn, Lubbe Glasenap, Andreas, Paulus et Matheus, milites, Fredericus de Rarvin, Stephanus de Karkowe, Swantus de Bonyn et Vicko de Bevenhusen, armigeri, ac universitas consulum in Cusselin et quam alii fide digni. In horum evidenciam singulorum presentem litteram exinde confectam nostro et ecclesie nostre Caminensis sigillis fecimus communiri. Datum Camyn anno domini M° C° C° C° XIII°, in die purificacionis beate Marie virginis gloriose.

1) civitatis. Orig. 2) predissoribus. Orig. 3) thesaurisarius. Orig.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Stettin s. r. Dep. Stadt Cöslin Nr. 12, mit den Siegeln des Bischofs und des Domkapitels an roten Seidenfäden. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1238.

Gedruckt Haken, Geschichte der Stadt Cöslin S. 37; Benno, Geschichte der Stadt Cöslin S. 271 Nr. X; Glasenapp, Geschichte des Geschlechts von Glasenapp I S. 295; Zeitschrift des Harzvereins XXIX S. 197 Nr. 6 (Reg.).

2774.

1313 Februar 2 Spandau.

Die Markgrafen Waldemar und Johann V. von Brandenburg bestätigen der Stadt Stolp ihren Besitzstand, verleihen ihr das Lübische Recht und schenken ihr den Fluß Stolpe.

In nomine domini amen. Ne actus humani plerumque cum fluxu temporis evanescant, consuevit hos naturalis industria sagaci provisione videlicet proborum virorum testimonio et scripturarum auctentico posterorum memorie commendari. Eapropter nos Woldemarus et Iohannes dei gracia de Brandenborch et Lusacia marchiones omnibus Christi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris volumus esse notum, quod, cum primum nos nostrique progenitores civitatem Stolpp honestis viris Dethberno de Zurekowe et Iohanni, eius filio, necnon Iohanni

Darsowe dictis commisimus gubernandam, tunc eidem civitati et burgensibus sive civibus inibi residentibus universis tam presentibus quam futuris subscriptas dedimus donaciones omnes et singulas specialibus nominatas nominibus cum omni iudicio, iurisdictione, usufructu, plena et integra proprietate nichilominus et libertate perpetuis temporibus pacifice possidendas, quas quidem presentis scripti pagina nunc prout tunc ratificando duximus innovandas. Primo quidem ducentos mansos, de quibus centum pertinere debebunt ad agriculturam et quinquaginta ad areales agros wordelant vulgariter dictus et quinquaginta ad ligna et pascua ipsi civitati duximus apponendos. Item dedimus civibus eiusdem sexaginta mansos prope longum aque Stolpp sitos in silva Lysmizse ad concutoria ligna heynholt vulgariter dicta et cum hoc quadraginta mansos specialiter ad ligna et pascua, ubicunque ipsi cives eos emendo poterunt comparare. Hos siquidem mansos, in numero trecentos predicte civitati ac civibus ipsius cum omni iudicio, iurisdictione, usufructu, plena et integra libertate ac proprietate dedimus habendos perpetuo, ut superius est expressum. Indulsimus eciam insuper prefatis civibus, ut in prenarrata civitate et intra singula propria eiusdem civitatis ius habeant Lubicense, quo quidem iure iidem cives una cum advocato universos et quoslibet excessus et causas quascunque debebunt integraliter iudicare. Preterea dedimus eidem civitati et civibus ipsius aquam Stolpp dicte civitati equivocam utraque parte superius et inferius totaliter a nullo unquam tempore, homine, molendinis vel pasceptaculis vulgariter were dictis aut alio quocumque obstaculo, quod dicte civitati nocivum esse poterit, impediendam seu aliqualiter obstruendam. Similiter et ab utroque quolibet latere dicte aque Stolpp super terram de ipsa civitate Stolpp usque in salsum stagnum liberum meatum tractualem, quod in vulgo dicitur een treyleganc, latum scilicet de quinque perticis seu virgis geometralibus dedimus atque damus, condicione huiusmodi nichilominus adhibita, videlicet quod, si aliqua dissensio aut rixa contingat, ita quod forte predicti cives vel eorum servi litigent super dictum meatum, hanc dissensionem advocatus et burgenses sepedicte civitatis utique iudicabunt. Ceterum dimisimus et dimittimus predictis civibus sex naves in vulgo berdige dictas in prenarrato salso stagno ad piscaturam et ad quoslibet alios usus omnino libere possidendos. Ne autem super huiusmodi nostra donacione per nos rite facta cuiquam dubium valeat in posterum suboriri, presentes litteras super eo confectas dedimus nostri sigilli munimine roboratas, quibus eciam nos prescriptus marchio Iohannes nostrum apponere non differemus sigillum, cum ad annos pervenerimus etati legitime deputatos. Huius quoque facti testes sunt nostri fideles Droyseko, Ludolfus de Wedele, Egbertus Romele, Petrus de Nuwenborch, milites, Slotheko, nostre curie prothonotarius, cum aliis pluribus fide dignis. Actum et datum Spandowe anno domini M° CCC° XIII°, in die purificacionis beate Marie.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Stettin s. r. Dep. Stadt Stolp Nr. 2. Das an grünen Seidenschnüren hängende Siegel fehlt. Originaltransſumte von 1317 Dezember 18 ebendaselbst s. eod. r. Nr. 3 und 1374 Juni 23 s. eod. r. Nr. 10. Abschriften: Diplomatarium Stolpense (Mſcr. I 39) Nr. 3; Haken, Diplomatarium Cussalinense (Kgl. Bibliothek zu Berlin Mscr. boruss. Quart. 4) S. 41 Nr. 17; Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1231.

Gedruckt Schöttgen und Kreyſig, Diplomataria hist. Germ. III S. 23 Nr. 37; Riedel, Cod. dipl. Brand. II 1 S. 339 Nr. 426; Haken, Erster Beitrag zur Geschichte von Stolp S. 33 (in niederdeutscher Übersetzung); von Wedel, Urkundenbuch zur Geschichte des Geschlechts von Wedel II 1 S. 65 Nr. 112 (Reg.).

2775.

1313 Februar 3 Camin.

Bischof Heinrich von Camin und das Domkapitel verkaufen die große Mühle an der Persante in der Stadt und die kleine vor dem Salztore mit den Mühlen an der Masnitz und zu Bogenthin für 1800 Mark an die Stadt Colberg.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Heinricus dei gracia episcopus ecclesie Caminensis, Hildebrandus, prepositus, . . decanus totumque eiusdem ecclesie capitulum universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in domino sempiternam. Universa hominum negocia data in litteris et voce testium ex eorum trahunt memoria firmitatem. Eapropter noscant presentes et futuri, quod nos de unanimi capituli nostri consilio, consensu pariter et assensu dilectis nobis in Christo fidelibusque nostris consulibus ac universitati burgensium civitatis nostre Colberg magnum molendinum situm in fluvio Persanta intra civitatem ipsam et parvum molendinum ante valvam salis situm cum aliis molendinis sibi annexis, Masniz videlicet et Bugghentyn, que omnia nos a Petro molendinario emeramus, iuste et racionabiliter vendidimus pro mille et octingentis denariorum usualium marcis in usus ecclesie nostre conversis, que molendina ipsi aut cui vendiderint iure hereditario perpetuo possidebunt. Et hec molendina, sicut alie hereditates intra civitatem Colberg site, excluso molendino in Bugghentyn, subiacebunt iuri Lubicensi. In quo iure, quantum ad prenarrata, neque per nos neque per successores nostros neque per capitulum ecclesie Caminensis iam dicta civitas et eiusdem incole detrimentum aliquod vel inpugnacionis cuiuslibet materiam pacientur. Ad evitandam autem controversiam, iram et indignacionem, que de dictis molendinis inter nos, successores nostros et capitulum Caminense, parte ex una, et inter nostram civitatem Colberg, parte ex altera, posset in posterum suboriri, quod absit, est hinc et hinc taliter conplanatum, quod neque nos neque successores nostri neque ipsum capitulum Caminense unquam ammodo emere debeamus aliquod predictorum molendinorum nec aliquis alius eadem molendina emet, nisi talis empcio de consulum et universitatis voluntate processerit et consensu. Mensure in vulgo dicte stricmatte, quarum viginti quatuor facient unum modium duri frumenti, in dictis molendinis, excepto molendino in Bugghentyn, in perpetuum permanebunt. Currus molendinarii ad usum conmunitatis civium ad apportandum et deducendum frumentum ibunt cottidie sueto more. De censu magni molendini siti in Persanta sic statuimus, quod pater familias seu domesticus, qui pro tempore molendino prefuerit, de qualibet rota, quotquot constructe fuerint vel urgente necessitate in posterum construentur, duodecim tremodios frumenti, cuius media pars erit siligo et media pars ordeaceum brasium annis singulis nobis solvet, et iste census a nobis et a nostris successoribus non debet minui nec augeri. De molendino parvo ante valvam salis sito dimidia lasta triplicis frumenti siliginis, ordeacei et avenatici brasii nobis secundum antiquam consuetudinem exsolvetur. Tocius census predicti medietas in festo sancti Iohannis baptiste et medietas in festo sancti Martini nobis et nostris successoribus aut cui vendere nos contigerit, prefatus pater familias erogabit. Nullus in predictorum molendinorum detrimentum aliud molendinum construet nec cursum ipsius aque per aliquem aggerem refrenabit. Habito itaque tractatu diligenti servataque in premissis omnibus et in quolibet premissorum debita sollempnitate, quam in contractibus, concessionibus perpetuis et alienacionibus ecclesiasticarum rerum exigunt ius canonicum et civile, de communi consensu capituli nostri Caminensis omnibus

et singulis premissis inponimus robur perpetue firmitatis, omnem cuiuslibet inpugnacionis materiam, si quam contigerit fieri a quoquam in futuro, per quam posset omnium prenarratorum nullitas detegi, penitus amputantes. Testes sunt honorabiles viri domini Hildebrandus, prepositus, Fredericus de Stalberg, thesaurarius, Iohannes de Starce, Fredericus de Ecstede, Iohannes, scolasticus, Nicolaus comes de Gutcecowe, magister Conradus, Wizlaus, Reymarus de Wachold, Hermannus de Allenkerken, magister Iohannes, Iohannes de Wachold, nostre ecclesie canonici, Henningus Ursus, miles, et quam plures alii fide digni. In premissorum validum testimonium nostrum et capituli Caminensis sigilla presentibus sunt appensa. Datum Camyn anno domini M° CCC° tercio decimo, in die sancti Blasii martyris.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Stettin s. r. Dep. Stadt Colberg Nr. 23 A. Von einem Siegel sind noch die grünen Seidenfäden vorhanden. Originaltranssumte von 1322 November 2, 1344 August 16, 1370 September 14, 1394 Dezember 20, 1398 Oktober 12, 1410 Oktober 22, 1424 November 30, 1498 Dezember 13 und 1522 Juli 28 ebendaselbst s. eod. r. Nr. 30, 41, 54, 80, 82, 93, 103, 197 und 266. Abschrift ebendaselbst s. eod. r. Nr. 23 B.

Gedruckt Schöttgen und Kreysig, Dipl. Germ. hist. III S. 24 Nr. 38; Riemann, Geschichte der Stadt Colberg S. 14. Nr. XII.

2776.

1313 Februar 14 Stralsund.

Fürst Wizlaw III. von Rügen verkauft dem Stralsunder Bürger Hermann Dalschen 20 Mark Rente aus 2½ Hufen in Schlavitz unter Vorbehalt des Wiederkaufs.

Noverint universi, quod nos Wizlavus dei gracia princeps Ruyanorum honesto viro Hermanno dicto Dalschen, civi in Sundis, suisque heredibus veris rite vendidimus et contulimus viginti marcarum redditus in tercio dimidio manso sitos in villa, que dicitur Slawecitz, sub vero feodo iure hereditario possidendos ita, quod omni servicio pertinente ad homagium, quod vulgariter dicitur mandenest, reddimus ipsum Hermannum et suos heredes liberos et solutos. In posterum vero, cum nobis placuerit, habebimus facultatem reemendi eosdem redditus pro tot denariis, scilicet ducentis marcis, quas sustulimus pro eisdem. Si autem tempore succedente prefato Hermanno suisve heredibus placuerit vendere vel exponere dictos redditus, habebunt a nobis licenciam hoc libere faciendi. Si vero predictos redditus expondituri rebelles fuerint in exponendo, eidem Hermanno cum suis heredibus illos inpignorandi dedimus potestatem. Nos eciam emptori sub eodem iure, quo ipsi possederant, conferemus. Item si contingeret, quod absit, nos cum nostra civitate Sundis discordare, sepedicti tamen redditus quolibet festo beati Michaelis pacifice dari debent. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes sunt Iohannes de Gristowe, Ni(colaus) de Pudbuske, Sifridus de Plone, Ernestus Budde, advocatus, Iohannes Dotenberg, Hinricus cum Plathe, milites. Datum Sundis anno domini M° CCC° tercio decimo, in die Valentini martiris.

Nach dem Originale im Ratsarchive zu Stralsund (Schr. VII Schiebl. 2) mit dem Siegel am Pergamentstreifen.

Gedruckt Fabricius IV 2 S. 23 Nr. CCCCXXII (636).

2777.

1313 Februar 18 Stralsund.

Fürst Wizlaw III. von Rügen verkauft dem Krüger Johann zu Kubitz den dortigen Krug nebst 6 Morgen und der Fähre gegen eine jährliche Zahlung von 12 Mark Wendisch.

Nos Wizlavus dei gracia princeps Ruyanorum recognoscimus presentibus protestantes, quod Iohanni tabernatori Cubitz et suis heredibus veris vendidimus rite et racionabiliter hereditatem taberne Cubitz cum sex iugeribus adiacentibus dicte taberne et passagio ibidem iure hereditario perpetuo possidendam, ita tamen quod nobis et nostris heredibus ipse Iohannes vel sui heredes in festo beati Martini de predicta taberna et passagio debeant duodecim marcas denariorum slavicalium annis singulis erogare, volentes, ne aliquis in parochia Ginst sub optentu nostre gracie passagium exerceat seu habeat absque dicti Iohannis et suorum heredum voluntate pariter et consensu. Insuper dictus Iohannes et sui heredes sespitibus et pascuis cum aliis hominibus eis cohabitantibus equaliter frui debent. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes sunt Nicholaus de Pudbuske, Hinricus cum Plathe, Bruneswich, advocatus, et Ralokovicz, milites nostri fideles, aliique quam plures fide digni. Datum Sundis anno domini M° CCC° tercio decimo, dominica ante cathedram beati Petri.

Nach dem Originale im Ratsarchive zu Stralsund (Schr. VII Schiebl. 2), mit dem Siegel am Pergamentstreifen. Transsumt von 1405 März 12 in der Hiddenseer Originalmatrikel ebendaselbst (Mscr. I 25) S. 46 Nr. 40. Originaltranssumt von 1450 Januar 2 im Staatsarchive zu Stettin s. r. Rügen Nr. 3.

Gedruckt Fabricius IV 2 S. 23 Nr. CCCCXXIII (637).

2778.

1313 Februar 20 Schönebeck.

Markgraf Waldemar von Brandenburg verkauft an den König Erich von Dänemark die Hälfte des Turmes zu Warnemünde.

— — — Cuius summe solucio debet fieri isto modo: quingentas marcas argenti et ponderis predicti dictus rex nobis persolvet de pecunia, quam cives de Sundis in festo beati Iohannis baptiste proximo sibi dare tenentur, — — — Si vero predicte pecunie ex parte civium civitatum Rozstok et Sundis solucio facienda dictis terminis non fuerit adimpleta, extunc nobilis vir dominus Heinricus de Mekelburch, — — — predicte turris medietatem et possessionem nobis promisit et tenebitur reddere, — — — Datum Schonebek anno domini millesimo trecentesimo XIII°, feria tercia ante kathedram beati Petri.

Nach dem Originale im Reichsarchive zu Kopenhagen s. r. Brandenborg A. Das am Pergamentstreifen hängende Siegel fehlt.

Gedruckt Suhm, Hist. af Danmark XI S. 915; Riedel, Cod. dipl. Brand. II 1 S. 340 Nr. 427; Fabricius IV 2 S. 7 Reg. Nr. 638 (Ausz.); Meklenb. Urkundenbuch VI S. 5 Nr. 3589. Vergl. auch Hvitfeldt, Danmarckis rigis krønicke S. 378 (zum Jahre 1315).

2779.

1313 Februar 25.

Herzog Wartislaw IV. bezeugt die Schenkung von 12 Drömt Korn und 12 Drömt Malz aus der Mühle vor Demmin durch den Knappen Arnold Buggenhagen an das Kloster Eldena.

Wartizlaus dei gratia dux Slavorum et Cassubie universis Cristi fidelibus, ad quos presencia pervenerint, in perpetuum. Recongnoscimus et constare tenore presencium volumus universis, quod Arnoldus dictus de Buchenhaghen, armiger noster utique fidelis, amore divino et ad nostras preces humiles redditus duodecim tremodiorum siliginis et duodecim tremodiorum triplicis brasei comparatos per honestos viros, videlicet Hinricum, plebanum in Cyten, Iohannem, plebanum in Lassan, Theodericum, vicarium ibidem, et Gerardum, plebanum in Demyn, nomine tamen ipsius Arnoldi memorati in molendino, quod est situm ante civitatem Demyn, voluntarie et liberaliter ecclesie Hildensi et conventui ibidem contulit et donavit ad quoddam altare in eadem ecclesia iam constructum in sui ac suorum progenitorum memoriam sempiternam. Hec donacio facta est coram nobis, quod per appensionem nostri sigilli presentibus protestamur. Nos vero Conradus, decanus ecclesie Caminensis, Theodericus dictus Bere, prenominati ducis advocatus, huic donacioni interfuimus simul cum predicto domino duce[1]) et eam factam seu fieri audivimus, quod per appensionem sigillorum nostrorum eciam publice protestamur. Actum et datum anno domini M° CCC° tercio decimo, in dominica qua cantatur Estomichi.

[1]) duci. Matr.

Nach der Colbatzer Originalmatrikel Bl. 44 v Nr. 173; Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1221.

Gedruckt Lisch, Urkunden zur Geschichte des Geschlechts von Behr II B S. 40 Nr. 155; Pyl, Geschichte des Klosters Eldena S. 633 (Reg.).

2780.

1313 März 12 Söborg.

König Erich von Dänemark bekundet, daß er mit der Stadt Stralsund Frieden geschlossen habe, und daß diese ihre verbrieften Rechte und Freiheiten wieder genießen solle.

Omnibus presens scriptum cernentibus Ericus dei gracia Danorum Sclavorumque rex salutem in domino sempiternam. Noverint universi, quod omnes dissensiones et guerre inter nos fauctoresque nostros, ex parte una, ac consules, cives de Stralesund eorumque fauctores, ex altera, habite hactenus atque mote omnimode sunt sedate, integra pacis securitate inter nos, regnum nostrum fauctoresque nostros ac predictos consules, cives ipsorumque fauctores ammodo firmiter duratura, ita quod prefati consules et cives in regno nostro uti debeant libere et gaudere libertatibus et iuribus omnibus eis concessis per progenitorum nostrorum regum Dacie ac nostras litteras et indultis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Syoburgh anno domini millesimo C° C° C° tercio decimo, die beati Gregorii pape, in presencia nostra.

Nach dem Originale im Ratsarchive zu Stralsund (Schr. VII Schiebl. 13), mit einem Siegelbruchstück am Pergamentstreifen. Originaltransſumt von 1318 Mai 7 ebendaselbst (Schr. VII Schiebl. 2).

Gedruckt Sartorius, Urkundliche Geschichte der deutschen Hanse II S. 263 Nr. 124 c; Fabricius IV 2 S. 23 Nr. CCCCXXIV (639 a); Reg. Danica I S. 214 Nr. 1773 (Reg.); Hans. Urkundenbuch II S. 91 Nr. 226 (Reg.).

2781.

1313 März 19 Stettin.

Heyno von Köln überträgt dem Heinrich Stangevol die Einkünfte von 1 Wispel Roggen und Hafer aus dem Dorfe Wussow.

Konrad Münzer überläßt dem Heinrich Stangevol die Pacht von 32 Scheffeln Korn und Hafer im Dorfe Wussow.

Johann von Brakel überläßt dem Pfarrer Johann zu Retzin einen Zins von vier Mark aus dem Hause des Wolter Klein.

Actum feria II^a^ post Oculi. — — — Item Heyno de Colonia resignavit Hinrico Stangevole redditus I chori siliginis et avene in villa Wossow, ut ipse habuit. — — — Item Conradus Monetarius resignavit Hinrico Stangevol pactum XXXII modiorum siliginis et avene[1]) in villa Wossow. — — — Item Iohannes de Brakel resignavit domino Iohanni, plebano in Retsin, censum IIII marcarum super hereditatem parvi Wolteri. Eo defuncto, iste census super pueros parvi Wolteri devolvetur.

[1]) aveni. Stadtbuch.

Nach dem ältesten Stettiner Stadtbuche Bl. 14 v.

2782.

1313 März 25 Gristow.

Ritter Johann von Schlagsdorf und sein Neffe Bolto, Knappe, schenken dem Heinrich Röver und seinem Schwager Eberhard Geld- und Kornrenten nebst dem Schmalzehnten aus Karrendorf.

Omnibus Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, Iohannes miles dictus de Slawesdorp necnon Bolto armiger, filius sui fratris, dictus de [Slawes]dorp salutem in domino. Ad hoc scripture fieri consueverunt, ut, quod actum est, possit facilius comprobari. Hinc est quod ad [notic]iam singulorum tam presencium quam futurorum volumus pervenire, quod nos cum bona nostra voluntate et cum deliberacione por[reximus] Hinrico Rovere et Everardo, suo svagero, quatuor marcarum reditus in Kernedorp sitos et octo modiorum siliginis reditus et minutam decimam, ita quod ipsi nobis nichil inde facient, sed pro servicio quatuor solidos denariorum slavicalium annuatim in vigilia sancti Martini persolvant. Quos quidem reditus tollent de curia Hinrici Rovere duas marcas denariorum et minutam decimam, de curia Elberti duas marcas et minutam decimam et octo modios siliginis de curia Io[rda]ni[1]) tollant et minutam decimam annuatim. Quos quidem reditus predictus Hinricus Rovere et Everardus, suus svagerus, et sui heredes iure hereditario perpetue possidebunt feliciter et quiete. Adicimus eciam, quod, si predictos viros, videlicet Hinricum Rovere et suum svagerum Everardum, vel ipsorum heredes dictos reditus propter urgentem necessitatem vel alio quocunque modo et minutam decimam vendere contingat, emptori sine aliqua spe donacionis sepedictos reditus cum minuta decima possidendos iure hereditario porrigemus. Testes huius sunt dominus Nicolaus Kabold et tres sui filii, dominus Iohannes Kabold, Petrus de Keredorp et Iohannes apud Stagnum, Ludolphus,

filius domini Ludolphi de Slawesdorp, et Hasse aliique quam plures fide digni. Ut autem in posterum contra predicta omnis cavillandi causa occasio precludatur, sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum in Gristowe anno domini M° CCC° XIII°, dominica qua cantatur Letare.

[1]) Deutlich erkennbar ist nur Io . . . ni.

Nach dem Originale im Stadtarchive zu Greifswald (Nr. 65). Die beiden an rosaseidenen Fäden angehängten Siegel fehlen.

Gedruckt Fabricius IV 2 S. 23 Nr. 425.

2783.

1313 März 25 Buckow.

Peter, Graf von Neuenburg, und seine Brüder Johann und Lorenz verkaufen ihren Vasallen Gottfried von Bülow und Gerhard Ketelhodt die Dörfer Crampe und Labbuhn.

In nomine domini amen. Petrus dei gracia comes de Nuwenburg, Iohannes et Laurencius, fratres simul et filii honesti militis felicis memorie domini Szwensonis, tocius terre Pomeranie palatini, universis Christi fidelibus presens scriptum visuris seu audituris salutem in filio virginis gloriose. Quoniam humane vite inbecillitas nequaquam in eodem statu subsistere diu valet, sed mutabilitati subiacent universa, statuit consulta discrecio ea, que geruntur, ne memoriam effugiant hominum, sigillatis appicibus aut viva voce testium perhennari. Hinc est quod cum manifesta recongnicione presencium ad noticiam pervenire cupimus Christi fidelium universorum, quod nos fidelibus nostris vasallis videlicet domino Godefrido de Bulowe et Gerardo Ketelhode ac eorum amicis duas villas, villam videlicet Crampen[1]) et villam Lebun, rite et racionabiliter, quemlibet mansum infra distinctiones ipsarum villarum mensuratum pro quinque marcis monete slavice taxando, unanimi utique consensu adhibito vendidimus cum subnotatis libertatibus iure hereditario libere et quiete perpetue possidendas. Predicti itaque nostri vasalli prenominatas villas absque omni servicio et ab omni decima liberas cum mero iudicio advocacie, videlicet cum sentencia manuali sive capitali, et cum omnibus attinenciis ipsarum villarum, videlicet cum silvis, nemoribus, paludibus, pascuis, pratis, agris cultis pariter et incultis, aquis, rivis, molendinis et cum universis utilitatibus, que nunc ibidem sunt vel que futuris temporibus ipsi et eorum homines adipisci poterunt, irrefragabiliter optinebunt. Insuper patronatum ecclesiarum in terminis earundem villarum pro voluntate ipsorum nostrorum vasallorum construendarum ipsos sine obstaculo habere protestamur. Preterea, si pro necessitate nostra in nostro dominio pro aliqua exactione danda vasallos nostros, qui dare tenentur, rogare vellemus, communiter omnes tam dominum Godefridum et Gerardum cum omnibus amicis ipsorum, quam eciam alios nostros vasallos convocabimus, quod si exauditi fuerimus, omnibus graciarum actiones referemus[2]), sed si propter aliquem defectum suorum subditorum rationabiliter simul omnes negarent nobis, domino Godefrido et sociis suis seu ipsorum subditis nullam omnino violenciam specialiter faciemus. Prefati nichillominus nostri vasalli futuris temporibus si alicui vendere vellent villas pretaxatas, illi utique, qui emerit, semota omni contradictione et cum premissa libertate porrigemus. Ceterum si sepenominatos nostros vasallos seu ipsorum villas modo supranotato a nobis emptas a racione alicuius decime sive distinccionum aliquis molestando impetere vellet, quod absit, ipsos ab omni impeticione seu gravamine quitos et solutos obligatorie faciemus.

Huius nostre actionis et vendicionis testes sunt dominus Bertramus[3]), abbas in Buchovia, frater Hermannus, prior, frater Heinricus, cellerarius, dominus Paulus Buzcevis, dominus Wlvoldus de Belove, dominus Conradus de Versen, dominus Conradus de Polnowe, dominus Matheus, Iohannes de Rystowe, Smile, Woyslaus, Gressemarus, Conradus de Versen, Hinceke[4]) Weyten et alii quam plurimi fide digni. Ut autem hec nostra vendicio simul et actio rata et inpermutabilis perpetuis temporibus perseveret, presens scriptum ipsis porrigimus sigillorum nostrorum firmiter munimine roboratum. Datum Bukove anno domini MCCCXIII, in die annunctiacionis beate Marie virginis.

1) Trampen. Abschrift. 2) referrimus. Abschr. 3) Biramus. Abschr. 4) Hincelze. Abschr.

Nach einer gleichzeitigen Abschrift eines Transsumts von 1451 September 5 im Staatsarchive zu Königsberg i. Pr. s. r. Ordensbriefarchiv.

Gedruckt Cramer, Geschichte der Lande Lauenburg und Bütow II S. 16 Nr. 23a; Meklenb. Jahrbücher XXVI S. 103 Nr. VII.

2784.

1313 März 27 Tribsees.

Fürst Wizlaw III. von Rügen bestätigt der Stadt Stralsund ihre Rechte und Freiheiten.

Noverint universi, quorum audiencie exhibebitur presens scriptum, quod nos Wizlavus dei gracia princeps Ruyanorum reformati sumus ac concordavimus cum prudentibus viris civibus de Sundis universis et cum civitate ipsa ac eorum adiutoribus super omnis cause et rancoris articulis hinc et inde quomodocunque et quandocunque suscitatis inter nos, volentes eiusmodi reformacionis concordanciam sinceritate alterna vallatam [op]tinere robur perpetue firmitatis ac omnia dicte civitatis iura ac civium pristinis affici favoribus eademque t[a]libus subsistere per omnes nostri districtus fines libertatibus, quales se habuisse ante sedate[1]) dissencionis originem documento legitimo poterint edocere. Et ut omnis predicte dissencionis scrupulus de medio nostrum prorsus et sincere sub[l]atus prohibeatur processu temporis revivisci, presens scriptum dedimus nostro sigillo ex certa sciencia communitum. Datum Tribuses anno domini M° CCC° tercio decimo, feria tercia post dominicam, qua cantatur Letare.

1) cedate. Orig.

Nach dem beschädigten Originale im Ratsarchive zu Stralsund (Schr. VII Schiebl. 2), mit dem beschädigten Siegel am Pergamentstreifen.

Gedruckt Fabricius IV 2 S. 24 Nr. 427.

2785.

1313 März 27 Tribsees.

Markgraf Waldemar von Brandenburg bestätigt dem Fürsten Wizlaw III. von Rügen den Empfang von 2000 Mark Brandenburgisch.

Nos Woldemarus dei gracia Brandenburgie, Lusitz et de Landebergh marchyo recognoscimus presentibus protestantes, quod dilectus noster avunculus dominus Wizlaus, princeps Ruyanorum,

nobis ex parte civium suorum duo milia marcarum argenti Brandenburgensis persolvit finaliter et pagavit, de quo predicto argento nostrum avunculum dimittimus liberum una cum suis conpromissoribus et solutum. In cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum Tribuses anno domini M° CCC° tercio decimo, feria tercia post Letare.

Nach dem Codex Rugianus Bl. 50 v Nr. 142; Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1230.

Gedruckt Riedel, Cod. dipl. Brand. II 1 S. 493 Nr. 589; Fabricius IV 2 S. 24 Nr. CCCCXXVI (640).

2786.

1313 April 1 Stolp.

Nikolaus und Johann von Luscow und Werner der Ältere und der Jüngere von Schwerin vergleichen sich mit dem Kloster Stolp über die halben Zehnten in den Dörfern Groß- und Wendisch-Boldekow, Strippow und Altwigshagen.

. . . . en, zo bekenne wy her Nycolaus [unde Jan]eke[1]) [gheheiten van Luscow unde unse rechten erven, dat de abbet] unde dat convent thu deme Stolpe scholen hebben den halven tegheden [an unseme ghude thu Groten] Boldekow unde thu Wendeschen Boldekow unde den halven tegheden myd ener halven [la]s[t ro]gghen van alle den hůwen thu Stroppow zunder jengherhande hyndernysse. Vortmer bekenne wi zunderghen olde her Werner unde junghe her Werner unde unse rechten erven, dat de abbet unde dat convent des vorbenomeden closters thu Stolpe scholen hebben den halven tegheden an unseme ghude thu Groten Boldekow unde tu Wendeschen Boldekow unde ower dat dorp thu dem Oldigeshaghen alzodane wys: thu Groten Boldekow over twe unde vyrtich huven unde thu Wendeschen Boldekow over verteyn huven; de anderen huven, de dar denne over blyven, dar horen vere af thu der kerke thu Wůsseken. Unde eyn jevelik schůlte thu Groten Boldekow de schal hebben dre huven unde eyn verdendeil, dar scholen ze nenen tegheden af gheven, mer ze scholen ze hebben vry, unde vor dat vrye dar scholen ze den vorbenomeden heren van deme Stolpe alle jar vore berichten, wen ze dar komen umme eren tegheden, wen ze dar komen thu halende, wo de lude heyten, unde wo vele huven dat malck heft, dar ze den tegheden af hebben scholen. Unde weret, dat de vorbenomeden schulten yn unsen dorpe tu Boldekow den vorbenomeden heren van deme Stolpe nicht berichten wolden edder huven underteen wolden, zo scholen de vorbenomeden schulten ere vri hebben vorbraken, alzo dar noch ze noch ere nakomelinghe up dat vri nicht mer zaken scholen, men ze scholen den tegheden gheven van eren huven alzo eyn ander bůr. Vortmer weret dat ůnzer bůr jenich invůrde edder undertoghe edder vorstele den vorbenomeden heren van deme Stolpe eren tegheden, zo schal de bůr, de dat deyt zunder ere witscop, dat korn hebben vorbraken, dar he den tegheden af vorvůret edder stolen heft. Vortmer scolen de vorbenomeden heren van deme Stolpe hebben den halven småltegheden yn unzen beyden dorpen thu Boldekow. Unde weret dat des vorbenomeden abbates knechte edder zyner heren zyk sloghen edder wunden edder dôt sloghen edder ander lude wundeden edder geslaghen wůrden yn ereme hove, den ze van uns koft hebben myt nůghaftegen pennynghen, wo id yn ereme hove sche, dar schole wi edder unze schulten nenerleie broke ane hebben, men ze scholen zulven richten an hant unde an hals. Vortmer scholen wi vorbenomeden olde her Werner unde junghe her Werner unde unse rechten erven thu eyner eweghen tyd gheven deme abbete

unde zyme convente alle jar druddehalf dromet rogghen unde druddehalf dromet haveren van unzeme slote vor den halven tegheden tu deme dorpe thu dem Oldigeshaghen unde vor den den anderen halven tegheden thu groten Boldekow unde thu Wendeschen Boldekow, unde thu dem Oldigeshaghen dar schole wi des ghodeshus man vore wezen, alzo dat we dem abbete unde deme convente des vorbenomeden closters tu Stolpe thu dynste scholen ryden, wen ze uns dar thu esschen. Vortmer were det wi her Nicolaus unde Janeke gheheiten van Luscow unde wi olde her Werner unde junghe her Werner unde unse rechten erven jeneghe rechtecheit hebben edder hebben ghehad up dessen vorscrevenen tegheden unde korne, de vorlate wy ghentzliken dem vorbenomeden abbete unde zyme convente tu Stolp, alzo dat wi unde unze rechten erven dar nicht mer up saken scolen. Hir hebben over ghewezen her Detlef van der Ekhorst, her Hermen Nyenkerken, her Hynrik van Zwerin, riddere, unde her Arnt Bresen unde vele ander ghuder lude. Unde tu ener eweghen dachtnisse desser dingh stede unde vaste tu blyvende, alzo hir vore screven steit, zo hebbe wi her Nycolaus unde Janeke gheheiten van Luscow unde olde her Werner unde junghe her Werner unse ynghezeghele an dessen breff ghehenghet, de gheven unde schreven is tu Stolpe in deme dusensten drehundersten yn deme drutteynsten jare unse heren godis bort, in deme sondaghe vor palmen.

[1]) Die in [—] gesetzten Worte sind aus der Urkunde dem Sinne nach ergänzt.

Nach dem Originale, von dem zu Anfang der Urkunde ein Stück schräg abgerissen ist, im Staatsarchive zu Stettin s. r. Kl. Stolp Nr. 39 a. Die vier Siegel an grün- (1 und 2) und grün-rosaseidenen (3 und 4) Fäden fehlen.

Gedruckt Gollmert, Geschichte des Geschlechts von Schwerin III S. 91 Nr. 61. Die Zugehörigkeit der beiden in der Urkunde genannten Herren Werner zur Familie Schwerin ergibt sich aus der auf der Rückseite der Urkunde befindlichen alten Registratur: Nicolaus et Ianeke de Luscow et senior et iunior Werneri de Swerin super annonam in Boldekow et Oldewigeshagen.

2787.

1313 April 4 Stralsund.

Johann, Bertram, Ritter, Johann und Werner, Knappen, von Gristow verkaufen dem Stralsunder Bürger Gerwin Becker die Einkünfte von 11 Mark aus zwei Hufen zu Segebadenhau und von 8 Schillingen aus dem Kruge zu Reinkenhagen für 100 Mark Wendisch unter Vorbehalt des Wiederkaufs nach zwei Jahren.

Nos Iohannes et Bertramus milites de Gristowe, Henneke, filius domini Bartholomei, et Wernerus, filius domini Iohannis, armigeri, tenore presencium constare cupimus Christi fidelibus universis, quod nos unanimi consensu exposuimus honesto viro Gerwino Pistori, burgensi in Stralessundis, suisque heredibus redditus undecim marcarum in villa nostra Zeghebodenhov in duobus mansis, quos colit Hennekinus Quetzin morans ibidem, cum redditibus octo solidorum in villa nostra Reynekenhaghen in taberna, quam inhabitat quidam nomine Westvalus. Hos quidem[1]) redditus sibi exposuimus pro centum marcis slavicalibus ad duos annos quiete et pacifice possidendos, ita quod omne servicium supplere seu facere teneamur, quod infra hos duos annos de hiis mansis seu redditibus fuerit requirendum. Primus terminus tollendi dictos redditus erit festo Martini proxime affuturo, secundus autem sive ultimus terminus erit eiusdem sancti Martini festo anni subsequentis. Si vero, byennio decurso et completo ultimisque redditibus

susceptis, non redimerimus predictos redditus pro centum marcis superius prenotatis, tunc huiusmodi exposicionis contractus deinceps empcio legitima permanebit, ita quod dictus Gerwinus hos redditus poterit suis proximis hereditare, qui et ipsos de generacione in generacionem iure hereditario possidebunt, nosque tenebimur eidem Gerwino et suis heredibus memoratos redditus coram principe terre sine dubio resignare, nosterque advocatus seu famulus sepedicto Gerwino et suis heredibus, si ipsis necesse fuerit, ex prefatis bonis pro suis redditibus sufficiencia pignora presentabit. Testes huius rei sunt dominus Nycolaus de Putbuske, dominus Iohannes Cabolt et Bolte de Slawekesdorpe aliique quam plures[1]) homines fide digni. In cuius rei testimonium et certitudinem nostra sigilla presentibus sunt appensa. Actum et datum in Stralessundis anno domini M° CCC° XIII°, in die sancti Ambrosii.

[1]) quidam. Orig. [2]) plure. Orig.

Nach dem Originale im Archive des Heil. Geisthauses zu Stralsund im dortigen Ratsarchive (Schr. V Schiebl. 15), mit vier Siegeln an Pergamentstreifen.

Gedruckt Fabricius IV 2 S. 24 Nr. CCCCXXVIII (642).

2788.

1313 April 8 Stralsund.

Fürst Wizlaw III. von Rügen bekundet, daß er von der Stadt Stralsund von den dem Könige Erich von Dänemark noch zu zahlenden 1000 Mark Brandenburgisch für dessen Bevollmächtigten, Fürsten Heinrich von Meklenburg, 2000 Mark Wendisch empfangen habe.

Nos Wizlavus dei gracia princeps Ruyanorum recognoscimus presentibus protestantes, quod de mille marcis argenti Brandenburgensis adhuc dandis genero nostro karissimo domino Hinrico Magnopolensi nomine incliti domini nostri Erici, Danorum Slavorumque regis, ex parte civium nostrorum Sundensium in crastino beati Iohannis nunc venturo finaliter et promissis sustulimus ac concessimus duo milia marcarum denariorum slavicalium a nostris civibus antedictis, a qua quidem percepta summa in crastino Iohannis prescripto dictos nostros cives quitos faciemus erga generum nostrum dominum Hinricum Magnopolensem penitus et solutos. Insuper si, quod absit, ante tempus pretactum persolucionis huius summe placitata inter dominum nostrum Ericum, regem Danorum, et suos fautores, parte ex[1]) una, et inter dictos nostros cives, parte ex altera, per dictum dominum Ericum et suos non observarentur, vel suboriretur dissencio inter eos aliquis sive rancor, quibus de causis huiusmodi pretacte persolucioni possemus, mediante nostrorum fidelium consilio, legitime et racionabiliter superesse, extunc debemus et tenemur nostris civibus memoratam perceptam summam in dicto crastino beati Iohannis restituere finaliter et pagare. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum Sundis anno domini M° CCC° tercio decimo, in die palmarum.

[1]) ex fehlt. Orig.

Nach dem Originale im Ratsarchive zu Stralsund (Schr. VII Schiebl. 2), mit dem Siegel am Pergamentstreifen.

Gedruckt Sartorius, Urkundliche Geschichte der deutschen Hanse II S. 264 Nr. 124 d; Fabricius IV 2 S. 25 Nr. CCCCXXIX (643); Meklenb. Urkundenbuch VI S. 17 Nr. 3602.

2789.

1313 April 9.

Fürst Wizlaw III. von Rügen transsumiert die Urkunde des Königs Erich von Dänemark von 1277 März 20 für Stralsund.

— — — (Voransteht die Urkunde von 1277 März 20, Pomm. Urkundenbuch II S. 340 Nr. 1053.) — — — Nos Wizslavus dei gracia princeps Ruyanorum recongnoscimus et testamur presentibus, nos vidisse de verbo ad verbum suprascriptum privilegium non scrupulatum, non abolitum, non permutatum nec in aliqua sui parte viciatum. In cuius rei confidenciam nostrum sigillum presentibus est appensum. Quod factum et visum est anno domini M° CCC° XIII°, secunda feria post festum palmarum.

Nach dem Originale im Ratsarchive zu Stralsund (Schr. VII Schiebl. 2), mit dem Siegel am Pergamentstreifen.

Gedruckt Fabricius IV 2 S. 25 Nr. CCCCXXX (644); Hans. Urkundenbuch II S. 91 Nr. 227 (Reg.).

2790.

1313 April 10.

Fürst Wizlaw III. von Rügen transsumiert die Urkunde des Königs Erich von Dänemark von 1305 Mai 18 für die Seestädte.

— — — (Voransteht die Urkunde von 1305 Mai 18, Pomm. Urkundenbuch IV S. 183 Nr. 2221.) — — — Nos Wizslavus dei gracia princeps Ruyanorum recongnoscimus et testamur presentibus vidisse de verbo ad verbum suprascriptum privilegium non scrupulatum, non abolitum aut permutatum nec in aliqua sui parte viciatum. In cuius rei confidenciam nostrum sigillum presentibus est appensum. Quod factum est anno domini M° CCC° XIII°, feria tercia post festum palmarum.

Nach dem Originale im Ratsarchive zu Stralsund (Schr. VII Schiebl. 2), mit dem Siegel am Pergamentstreifen.

Gedruckt Fabricius IV 2 S. 25 Nr. CCCCXXXI (645); Hans. Urkundenbuch II S. 91 Nr. 228 (Reg.).

2791.

1313 nach April 15.

Johann Hilgemann schuldet dem Heil. Geist-Hospitale zu Greifswald jährlich 1 Mark Rente für 14 Mark von der Hausstelle, die Heilwig, Witwe des Ulrich Greifenberg, dem Hospitale geschenkt hat.

Notandum, quod Iohannes Hilgheman tenetur domui sancti Spiritus nostre civitatis annis singulis in pascha unius marce redditus ad censum dictum wortins, quousque redimere voluerit pro XIIII marcis denariorum, sicut iuris est, de area, quam honesta matrona domina Heylewigis, relicta Ulrici de Griphenberch, pauperibus dicte domus dedit legitime propter

deum, per[1]) quam videlicet aream tota aqua, que fluit de curia predicte domine, et drupval de stabulo debet perpetue pertransire. Actum anno predicto post pascha.[1])

[1]) Von per quam bis zum Schlusse von anderer Hand und mit anderer Tinte.

Nach dem ältesten Greifswalder Stadtbuche (Liber memorabil. XIV) Bl. 40.

Die Eintragung gehört ins Jahr 1313, da in der Überschrift auf Bl. 39 v: Anno XII inceptum est hoc folium die Jahreszahl zweifellos nur für XIII verschrieben ist.

2792.

1313 April 16 Falkenburg.

Ludolf sen. von Wedel verkauft den Brüdern Dietrich und Otto von Elbe das Dorf Venzlaffshagen und stellt ihnen eine Zuwendung von 64 Hufen in Aussicht.

Universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in domino. Recognoscimus tenore presencium publice profitendo, quod nos Ludolphus senior de Wedele vendidimus Theoderico dicto de Albea et Ottoni, fratri eius, villam dictam Venzlaweshagen cum omni iure et beneficii collacione, cum pascuis et lignis, cum pratis et aquis, cum stagno infra metam sito, cum molendino in eadem villa posito et cum ceteris ad usum huius ville pertinentibus, eisdem iam dictis fratribus eorumque heredibus manu compari absque aliquo servicio conferenda. Insuper si desertum merice inhabitare, colere et operari decreverint, ipsis porrigemus LXIIII mansos cum omni iure, tali condicione interposita, ut, cum a iam dictis mansis plenum proventum reddituum perceperint, nobis a iam sepedictis mansis servient cum dextrario fallerato. Preterea si bona, que ipsis vendidimus, vendere decreverint, nobis pro tanta et tali pecunia dimittent, sicut ipsis vendidimus, et si iam dicta bona ipsis vendita melioraverint, ipsis addere proponimus secundum estimacionem competentem. Super eundem terminum, quo nobis persolvant, nos persolvamus.[1]) Superfuerunt enim dominus Godescalcus, residens in Selchaw, et dominus Theodericus, capellanus et notarius domini Ludolfi de Wedele, et alii quam plures fide digni. Datum Valkenborch anno domini M° CCC° XIII°, secunda die pasce, scriptum per manus domini Iacobi, nostri capellani et notarii.

[1]) Die Konstruktion scheint fehlerhaft zu sein.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Königsberg i. Pr. (Schiebl. XLVI Nr. 44). Das Siegel am Pergamentstreifen ist abgefallen.

Gedruckt von Wedel, Urkundenbuch zur Geschichte des Geschlechts von Wedel II 1 S. 65 Nr. 113.

2793.

1313 April 16/21 Stettin.

Herzog Otto I. verleiht dem Paul von Belitz das Dorf Albrechtsdorf.

Otto, dux Slavorum, heft Paulo dicto de Belitz uth frien willen gegeven dat dorp Vagetalbrechttorp mit den malen unnd grentzen, die ehm eigentlick gewiset synt worden, uthgenamen de hoffstede etc. Datum Stettin anno 1313, XIIII. [!] feria infra octavam pasce. Testes: et Johannes dictus Grosekinus, noster coquus. C. R.

Nach Klempzens Extrakt ꝛc. Bl. 191 v.

2794.

1313 April 20.

Ritter Wulving Schade gründet mit Genehmigung des Bischofs Heinrich von Camin eine Vikarie in der Kirche zu Gevezin und dotiert sie mit vier Hufen daselbst.

— — — habita nichilominus licentia venerabilis in Christo patris et domini Hinrici, Caminensis ecclesie episcopi, — — — Actum anno gracie M° CCC° XIII°[1]), XII° Kalendas Maii.

1) Vor III° ist ein Strich ausradiert.

Nach dem Originale im Hauptarchive zu Schwerin s. r. Kl. Dargun. Die beiden Siegel fehlen.

Gedruckt Meklenb. Urkundenbuch VI S. 24 Nr. 3609.

2795.

1313 April 29 Pritter (auf Wollin).

Bischof Heinrich von Camin schlichtet die Streitigkeiten zwischen dem Dompropst von Camin und dem Kloster Dargun über einige Inseln und Fischereien.

[In nomine domini amen. Hinricus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus presencia visuris salutem in perpetuum. Ut gesta solempnia perpetuis memorie cellulis conmendentur, decrevit ea sapientum auctoritas voce testium et scriptis autenticis perhennari. Eapropter recognoscimus presentibus publice profitentes et ad noticiam omnium Christi fidelium presentis nacionis et postere volumus pervenire, quod omnis dissensio seu discordia orta inter ecclesiam Dargunensem, ex una, et prepossituram maioris ecclesie nostre Caminensis, parte ex altera, super quibusdam insulis seu mediamnibus ac piscaturis et metis per nos tamquam mediatorem utriusque partis et religiosos viros ac dominos Iacobum dictum Stumpel, quondam abbatem in] Hylda, [et Iohannem, cellerarium Dargunensem, ex parte religi[osi domini] Iohannis, abbatis prefati monasterii Dargunensis, Cisterciensis[1]) [ordinis, et sui conventus ad] hoc electos necnon honorabilem virum] dominum Fredericum de Ekstede, [prepositum Colbergensem[2])], et strennuum militem Luchtonem seniorem dictum de Massow ex parte honorabilis domini Hildebrandi, prepositi prepositure nostre ecclesie prenotate, ad hoc deputatos, in quos utraque pars tamquam in arbitros compromisit, iuxta formam subscriptam finaliter et amicabiliter est sopita, videlicet quod dominus Iohannes, abbas Dargunensis prenominatus, nomine sue [ecclesie de] maturo consilio et consensu sui conventus plane renunciavit insu[le seu mediamni, que ab antiquo] Damma, nunc autem Stormeswer[der nuncupatur, cum suis terminis et metis ipsam] dimittens preposi[ture nostre ecclesie sepedicte virtute privilegii ipsius perpetuo quiete et pacifice possidendam. Piscatura vero, que Bredevard dicitur, secundum sui extensionem piscatores ecclesie Dargunensis et ipsius prepositi prepositure memorate, qui pro tempore fuerit, equo piscacionis usu perpetuis temporum processibus frui debent insuper graminibus, feno et omni usufructu mediamnis seu insule, quam vulgus Loz appellat, cum suis terminis et metis, qui nunc est et in futurum poterit provenire, imperpetum tam ecclesia Dargunensis quam prepositura supradicta annis singulis iuste divisionis gaudeant equa sorte. Ne igitur de huiusmodi ordinacione et concordia in posterum dubium aliquod oriatur aut aliqualis calumpnia super hiis valeat a posteris attemptari,

in evidens testimonium presencium et robur perpetue firmitatis presentem paginam ipsi preposito prepositure sepetacte, qui pro tempore fuit, pro perpetuo privilegio et autentico instrumento sigillo nostro ac ipsius domini abbatis Dargunensis sepius nominati sigillo fecimus communiri. Testes huius sunt honorabiles viri dominus Conradus, decanus, et Iohannes de Wachholt, canonicus Camynensis, dominus Iohannes, noster capellanus, et Borchardus, nostre curie notarius, dominus Henninghus, marscalcus illustris ducis Wartizslai, et ordinatores predictorum memorati cum pluribus aliis fide dignis. Actum et datum Prittůr anno domini M° CCC° XIII°, dominica qua cantatur Misericordia domini.]

[1]) Cysterciensis. B. [2]) Colburgensem. B.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Stettin (nur sechs Zeilen vollständig, fünf teilweise erhalten, Anfang und Schluß durch Moder zerstört) s. r. Bistum Camin Nr. 23 a (A). Die Siegel sind abgefallen. Zweite Ausfertigung im Hauptarchive zu Schwerin s. r. Kl. Dargun (B). Von den beiden Siegeln an Pergamentstreifen ist nur das bischöfliche beschädigt erhalten. Wenig spätere Abschrift ebendaselbst s. r. Bistum Camin Nr. 3 b. Weitere Abschriften: Caminer Originalmatrikel (Mscr. I 8) P. II Bl. 4; Caminer Matrikel (Mscr. I 8 a) Bl. 205; Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1239.

Gedruckt Meklenb. Urkundenbuch VI S. 25 Nr. 3611.

2796.

Verdächtig.

1313 April 29 Camin.

Bischof Heinrich von Camin bestätigt dem Kloster Dargun den Besitz der Dörfer Bast, Zolkenhaghen, Alt-Banzin, Sorenbohm, Klein-Streitz, Wolfshagen, Schreitstaken und Neu-Banzin.

In nomine domini amen. Hinricus dei gracia Camynensis ecclesie episcopus universis sancte matris ecclesie filiis presentibus et futuris has nostras presentes litteras intuentibus in perpetuum utriusque hominis successus prosperos ac certam rei geste veritatem cognoscere in subscriptis. Cum expediat facta quevis laudabilia scripture testimonio perhennari, ne noverca iusticie, scilicet edax oblivio, labente tempore secum absorbeat ea, que ad servandum fuerint provide ordinata, ad noticiam igitur presencium et memoriam futurorum deducimus per presentes, quod, cum periclitantis mundi status recidivus ad peiora cottidie heu divertat[1]), filiique huius seculi estimacione propria sapientes simplicitatem quiete vivencium exquisita quavis occasione turbare eo callidius moliantur[2]), quo filios hereditatis eterne tantum in altissimi protectionem sperantes contra eorum versucias prospexerint inermiores[3]), pontificalem ergo decet vigilanciam atque sollicitudinem taliter commisso sibi gregi contra futuras calumpnias et pressuras precavere, ut monasticis edificiis, atriis celestibus, a forti armato potenter munitis catuli leonum rugientes, ut rapiant, prorsus non inveniant, qua parte suffodiant, quo aditu invadant, qua captata maliciave insurgant. Sane intra internum nostre recogitacionis armarium sedula revolucione recensentes ac litterarum et privilegiorum perlectione super hiis plenius informati, quantis graciarum et defensionum presidiis predecessores nostri monasterio Dargunensi, ordinis Cisterciensis, nostre dyocesis, quod circumquaque in medio nacionis prave et perverse dinoscitur fore constitutam, astiterunt, illud, quod contra malignancium insultus viis, modis et cautelis debitis magnifice munierunt, nos quoque predecessorum nostrorum pia vestigia imitari, in quantum nobis ab alto conceditur, cupientes deliberati super hoc mature cum prelatis ac personis capitularibus tocius

ecclesie nostre antedicte, omnes gracias, indulgencias, exempciones, proprietates, libertates, litteras, privilegia atque sub quacunque verborum forma dicti monasterii Dargun, domino abbati, conventui, presbiteris ac fratribus inibi sub monastico habitu altissimo militantibus super quibusdam prediis, grangiis, villis, molendinis, agris, aquis, aquarum decursibus, stangnis, piscacionibus, nemoribus, silvis, rubetis, solitudinibus et possessionibus atque bonis aliis intra nostre dyocesis terminos situatis necnon super decimis, censibus, redditibus, oblacionibus, fructibus, precariis, emolimentis atque iuribus aliis, quibuscunque vocabulis appellantur, ab eisdem nostris predecessoribus graciose concessas et concessa, de predicti nostri capituli plenario consensu expressa ratihabicione ac beneplacito unanimi ratificamus, approbamus easque seu ea pontificali nostra auctoritate corroboramus et confirmamus, volumusque et discrevimus ipsas seu ipsa debere merito per nos et omnes successores nostros iugibus[4]) temporibus inconcusse teneri. Preterea, ne eisdem religiosis quidquam dispendii seu incommoditatis super infrascriptis bonis emergat, in presentibus nostre confirmacionis litteris duximus specialiter exprimendum, quod, cum retroactis temporibus venerabilis predecessor noster dominus Hermannus, pie recordacionis ecclesie Camynensis episcopus, ad consensum sui capituli, recepto prius ab eisdem religiosis equivalenti restauro et in aliam proprietatem ecclesie Camynensis converso et permutato, nonnullas villas, videlicet Bast, Zolkenhaghen, Oldenbantzyn, Zorenbom, minorem[5]) Streznisse, cum omnibus suis metis, terminis et molendinis reddidit et pro aliis nonnullis bonis[6]) reassignavit, quandam insuper solitudinem eisque villis adiacentem protunc quidem desertam et inviam, nunc autem aliqua parte[7]) in uberem coloniam, videlicet Wulveshaghen, Strestake, Nygenbanzyn, redactam et conversam addidit et adiecit hominesque ac cultores novalium villarum seu possessionum earundem plenario iuri, iurisdictioni, iudicio et disposicioni predictorum religiosorum integraliter subdidit et subiecit, nichil penitus sibi aut successoribus suis in eisdem aliquid reservando, sed ita liberrime religiosi predicti predicta omnia bona, videlicet Bast, Zolkenhaghen, Oldenbantzyn, Zorenbom, minorem[5]) Strezenisse, Wulveshaghen, Strestake, Nygenbanzin, cum omnibus suis terminis et molendinis pacifice et iusto titulo possident, quod homines in predictis bonis et bona nulli hominum nec ecclesie nostre aliquid, quod nominari potest, tenentur, nisi soli deo et religiosis viris in[8]) monasterio Dargun existentibus. Verum licet in huiusmodi litteris nostri predecessoris patenter indulgeatur, quod ipsa bona predicta, villas seu possessiones possint[9]) aliis hominibus mediocris potencie seu status in pheodum conferre, vendere, obligare seu pro aliis bonis ulterius commutare, caveri tamen in ipsis litteris legitur, ne predicti religiosi huiusmodi villas, possessiones seu bona aliquibus potentibus seu nobilibus obligent, vendant pro aliis bonisve commutent, quas litteras, quamvis iuxta omnem ipsarum seriem et tenorem in pristino earum vigore ac omnimoda sui roboris firmitate iugiter permanere velimus, tamen, si qui seu quis de nostris successoribus aut eorum officialibus secularibus vel spiritualibus seu potentibus quibuscunque temporalibus ac ecclesiasticis suasu dyabolico ipsorum temeritate natureque malignancia[10]), quod deus omnipotens tamen abiciat, sepedictis bonis, villis, prediis ceterisque possessionibus, ut prefertur, seu quibuslibet personis dictis bonis nomine monasterii prefectis et preessentibus [!] verbo vel facto iniuriarentur seu iniuriaretur, ea vel eas quomodolibet serviciis, precariis seu quovismodo aliis angariis molestando ab eisque petendo seu exigendo, quo facto tunc predictum articulum de medio tollentes ac viribus penitus vacuantes eisque religiosis de predicte ecclesie nostre tocius capituli consensu indulgemus ac presentibus efficacem eis concedimus potestatem, quod, premissis non obstantibus, huiusmodi bona predicta, villas ac possessiones predictas in toto vel in parte, prout eorum profectui, commodo seu utilitati magis visum fuerit expedire,

ac quociens et quando eis placuerit, libere possint ac valeant quibuscunque dominis temporalibus seu spiritualibus ac omnibus ordinibus et monasteriis, magistris, commendatoribus, abbatibus, prepositis, ducibus, principibus[11]), magnatibus, civitatibus seu aliis quibuslibet potentibus in nostra dyocesi vel extra nostram dyocesim constitutis impheodare, obligare, vendere, in alios transferre seu pro aliis bonis commutare, nostro seu successorum nostrorum ad hoc beneplacito ulteriori seu consensu nullatenus requisito nec optento, quodque eciam ille vel illi, ad quem vel ad quos huiusmodi predictorum bonorum, villarum seu possessionum proprietas transierit ac venerit, omnibus iuribus, emunitatibus, litteris, munimentis ac privilegiis[12]) dictis religiosis a nobis et ab antecessoribus nostris seu successoribus super eisdem bonis datis et dandis et concessis libere fruentur et gaudebunt, ac si ipsorum nomina et cognomina in ipsis concessis litteris inserta et expressa continerentur ipseque littere seu privilegia a primo mox date tempore ipsis data et concessa exstitissent, obligantes nichilominus ipsis nos et nostram ecclesiam in Camyn perpetuis temporibus pro warangia, sicud et fratribus religiosis in Dargun noster predecessor eandem ecclesiam obligavit. Quam warangiam firmam ac perpetuam omni tempore et loco, quandocumque seu quocienscunque predicti super predictis bonis, villis, possessionibus seu libertatibus fuerint impetiti et nos fuerimus requisiti, promittimus prestare[13]), nichilominus supplentes et replentes eadem auctoritate nostra ordinaria omnes defectus, si qui in ipsorum litteris seu privilegiis possent per quoscunque verborum aucupes qualitercunque reperiri. Insuper iniungimus quoque sub divine interminacione ulcionis omnibus et singulis successoribus nostris, dicte ecclesie Camynensis episcopis, prepositis, decanis, canonicis, capitulo, aliis prelatis et clero tocius nostre dyocesis necnon quibuslibet nobilibus, potentibus, advocatis, militibus, vasallis, iusticiariis[14]), scabinis necnon universitatum, civitatum, castrorum, oppidorum, villarum et aliorum locorum rectoribus atque aliis, cuiuscunque status, gradus, ordinis, dignitatis vel condicionis existant, quatenus dictos religiosos eorumque iura, iurisdictiones, proprietates et libertates repropiciacionis intuitu, in quantum in eis fuerit, viriliter condefendant, inconvulsa conservent ac faciant ab aliis inviolabiliter observari, non sinentes eosdem in personis eorum aut rebus et bonis ad ipsos spectantibus indebite molestari, concuti seu a quoquam quavis auctoritate perturbari. Propugnantibus enim et decertentibus ipsos fideliter multiplicentur[15]) anni vite eorum, accrescat[16]) eis habundanter tocius felicitatis plenitudo eisque corona iusticie de reliquo reponatur. Molestantes autem ipsos indebite eorumve iura, iurisdictiones, proprietates, libertates ac privilegia infringentes easque seu ea illicite subnervantes, veluti viri sangwinum et dolosi, dies suos non dimidient, veniat illis laqueus, quem ignorant, fiantque, tamquam vas perditum in terra oblivionis. Nulli ergo omnino umquam hominum licet huic littere contraire vel contradicere, presertim cum a nobis matura deliberacione et studiosa examinacione privilegiorum fratrum prefati monasterii et pro certo magna diligencia sit confecta. Ut igitur hec nostra littera a cuiuslibet astucia vel iniqua doli machinacione iugiter illibata permaneat et intacta, presentem litteram damus ipsis fratribus in Dargun sigillis nostro videlicet et ecclesie nostre communitam. Testes horum sunt Iohannes, prepositus, Cunradus, decanus, Gherardus, scolasticus, Iohannes, canonicus, Borghardus, nostre curie notarius, Hennynghus, marschalcus illustris ducis Wartizslai, cum pluribus aliis fide dignis nostro de capitulo. Datum Camyn anno domini M° CCC° XIII°, dominica qua cantatur Misericordia domini.

1) divertit. Transsumt. 2) moliuntur. Transsumt. 3) inenermiores. Transsumt. 4) iugis. Transsumt. 5) minor. Transsumt. 6) Hinter bonis noch aliis. Transsumt. 7) pars. Transsumt. 8) Fehlt. Transsumt. 9) Vor aliis noch cum. Transsumt. 10) malignanciam. Transsumt. 11) princibibus. Transsumt. 12) privilegia. Transsumt. 13) prestatur. Transsumt. 14) iustiariis. Transsumt. 15) multipliciter. Transsumt. 16) accrescant. Transsumt.

Nach dem Originaltranssumte von 1399 September 29 mit Siegelbeschreibung im Staatsarchive zu Stettin s. r. Kl. Dargun Nr. 24. Abschriften: Baster Matrikel (Loeper Mscr. 75) Nr. 3; Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1237.

Gedruckt Meklenb. Urkundenbuch VI S. 26 Nr. 3612.

Verdächtig ist, daß unter den Zeugen als Dompropst Johann und als Scholaster Gerhard genannt werden, während 1313 Hildebrand als Dompropst und Johann Prutze als Scholaster urkundlich belegt sind. Ein Scholaster Gerhard kommt in der Urkunde von 1288 August 22 (Pomm. Urkundenbuch III S. 43 Nr. 1468) neben dem Dekan Johann vor. Ein Dompropst Johann erscheint urkundlich in den Jahren 1297—99. Die zu 1313 stimmenden Zeugen sind aus Nr. 2795 entnommen.

2797.

1313 [April/Mai] Helsingör.

Fürst Heinrich von Mecklenburg vermittelt den Ehevertrag zwischen Euphemia, Tochter des Fürsten Wizlaw III. von Rügen, und Magnus, dem Sohne des Königs Birger von Schweden.

Aar 1313 til Helsingør vaar her Henrich aff Mekelnborg tilstede, der tilsagde hand hertug Witzlaffs daatter aff Ryen, Eufemiam, Magno, kong Byrgis søn. Witzlaus skal giffve hende it aar effter brylluppet 3000 marck sølff, eller Witzlaus oc 30 hans riddere skulle indlegge til Tribezes. Her Magnus skal forskriffve hende igien til liffgeding 600 marcks rente. Døer de uden arffvinge, oc de ville hafve godset igien, skal hende giffvis 6000 marck sølff. Dispensatz skal de selff fly dennem. Kongen aff Sverige oc førsten aff Ryen skulle møde kong Erich oc hertug Christoffer til Stege, Vordingborg eller Nykiøbing i Falster, hellig trefoldigheds søndag. Dette breff hafve beseglet her Henrich af Mekelnborrig, Claus Podebusk, Sigefrid oc Wicke Molticke, Reinfrid aff Pænitz.

Nach Hvitfeldt, Danmarckis rigis krønicke (1652) S. 370.

Gedruckt Suhm, Hist. af Danmark. XI S. 696; Meklenb. Urkundenbuch VI S. 22 Nr. 3607.

2798.

1313 Mai 1 Stettin.

Herzog Otto I. bestätigt die Verleihung von acht Mark Wendisch durch die Ritter Henning und Degenhard von Stolzenhagen, welche diese aus Münze, Zoll und Ungeld in Stettin von ihm zu Lehn getragen hatten, an den Altar des Heil. Bartholomäus in der St. Marienkirche zu Stettin.

In nomine domini amen. Otto dei gracia dux Slavorum et Cassubie omnibus Christi fidelibus presens scriptum visuris noticiam subscriptorum. Ecclesiam, in qua Barnym, pater noster karissimus, fratresque nostri Bugzlaus et Barnym felicis memorie requiescunt, nos condecet pre ceteris ecclesiis et locis relligiosis tytulo donacionis et proprietatis de nostre liberalitatis munificencia presignire. Hinc est quod ad noticiam singulorum cupimus pervenire, quod Henningus et Degenardus fratres, milites quidem nostri, VIII marcas usualium denariorum slavicalis monete, quas in nostra moneta, theloneo seu ungeldo Stetyn a nobis iure feodali annis singulis perceperunt in emendacionem reddituum altaris sancti Bartholomei ecclesie sancte Marie Stetyn, quod pater predictorum fratrum construxit et IIII^or^ mansis ville Stoltenhagen dotavit, ad manus nostras, Henningus pro se octo solidos, Degenardus VII marcas cum dimidia

resignarunt, una cum matre nostra inclita ducissa Stetynensi supplicantes, ut dictas marcas predicto altari appropriare dignaremur. Nos vero precibus nostre matris et eorum inclinati, redditus seu octo marcas prenotatas cum omni libertate appropriavimus dicto altari in sustentacionem sacerdotis ipsum altare officiantis, ut pro tam pio facto nobis ac animabus nostrorum progenitorum propicietur misericordia altissimi salvatoris. Ut autem hec donacio sive appropriacio inconvulsa permaneat et robur obtineat perpetue firmitatis, presens scriptum sigilli nostri munimine iussimus roborari. Testes huius rei sunt Conradus de Elsholt, pincerna curie nostre matris, Henricus Pokelent, Henningus Steynbeke, milites, et quam plures alii fide digni. Actum et datum Stetyn anno domini M° C° C° C° tredecimo, in die Philippi et Iacobi apostolorum.

Nach dem Fragmente eines Marienstiftskopiars im Staatsarchive zu Stettin (Mscr. I 51) Nr. 31.

2799.

1313 Mai 7 Dünamünde.

Abt Alexander von Oliva verbürgt sich für die Richtigkeit des zwischen dem Abte Rudolf von Stolp und Gerhard von York, Landmeister des Deutschordens in Livland, erfolgten Rechnungsabschlusses über den Verkauf des Klosters Dünamünde.

Nos frater Alexander dictus, abbas de Oliva, ordinis Cisterciensis, Wladizlaviensis dyocesis, presentibus protestamur, quod nos rogati per venerabiles viros ac religiosos, videlicet dominum Rodolfum, abbatem de S[tol]p, et dominum Gerhardum dictum de Iork, magistrum domus Teuthonice per Livoniam, conputacioni pecuniarum diversis temporibus receptarum vendicionis quondam monasterii Důnmundensis interfuimus, vidimus et audivimus lucide ac calculatorie cum ingeminacione quoque dictam conputacionem factam et ideo morosius et iterando, ut prorsus error, qui plerumque in numeris celerioribus conswevit con[t]ingere, tolleretur. Facta est autem predicta conputacio presentibus pluribus fidedignis, scilicet dicto domino Ro(dolfo), a[bba]te de Stolp, magistroque dicte terre Livonie, fratre Ottone de Zedlize, visitacionis officium ex commissione domini [gener]alis prefati ordinis tunc per Livoniam exercente, ac socio suo, domino Hinrico de Linburch, canonico I[nsu]le sancte Marie, necnon et ex parte nostri ordinis fratre Hinrico Wegesind, priore fratrum Dunmundensis dicti monasterii, fratre Iordano, quondam priore in Polplin, ac aliis pluribus fidedignis. In cuius memoriam et evidenciam presentes digessimus sigillum nostrum pro munimine apendentes. Summa vero dicte pecunie conputate est duo milia marcarum septinginte triginta tres; quingente quoque marce defalcantur pro quinquaginta uncis emtis ita plane, si negocium placiti, quod in actis super hoc confectis exprimitur, effectui fuerit mancipatum. Tota dicta summa R[i]gensis est argenti. Actum et datum in dicta domo Dunmund anno domini M° CCCXIII°, in crastino Iohannis apostoli ante portam latinam.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Stettin s. r. Kl. Stolp Nr. 36. Das abhangende Siegel fehlt. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1242.

Regesten bei Oelrichs, Verzeichniß der v. Dregerschen Sammlung S. 48; Liv-, Esth- und Curländisches Urkundenbuch VI Nachträge S. 34 Nr. 741 a.

2800.

1313 Mai 26 Altdamm.

Herzog Otto I. bestätigt die Schenkung der Einkünfte von sechs Hufen in Barnimskunow, welche der Priester Dietrich und sein Bruder Johann, Söhne des verstorbenen Stettiner Bürgers Dietrich Münzer namens der Christine vom Markt von Eghard Dunker gekauft haben, an den Altar des Heil. Andreas in der St. Marienkirche zu Stettin.

In nomine domini amen. Otto dei gracia dux Slavorum et Cassubie dominusque Stetynensis omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Actiones, quas mundus ordinat, sepe delet successio temporum, nisi firmentur karactere litterarum. Noverit igitur nacio presens et adiscat hoc scripto felix successio futurorum, quod dominus Thydericus presbiter et Iohannes, suus frater, filii quondam Thyderici Monetharii, civis Stetynensis, nomine honeste et discrete femine Cristine dicte de Foro emerunt sex mansorum redditus sitorum in villa Konowe ab honesto famulo Eghardo dicto Dunker, nostro vasallo, cum iudicio superiori et omnibus aliis iuribus, cum quibus dictus famulus predictos mansos a nobis in vero feudo habuit, deputando ipsorum redditus et assignando usui altaris cuiusdam, quod fundavit Symon de Foro dictus pie memorie, quondam Gherardi dicti de Foro, cuius anima in pace requiescat, filius et Cristine honeste femine iam predicte, ad laudem dei omnipotentis et honorem sancti Andree apostoli in ecclesia sancte Marie in Stetyn in ipsius et suorum progenitorum remedium peccatorum. Nos igitur dictorum domini Thyoderici presbiteri et sui fratris Iohannis et ipsorum precibus annuentes amicorum, et vendicionem dictorum mansorum et resignacionem ipsorum a dicto Eghardo et adsignationem ad usus dicti altaris a predictis domino Thederico et suo fratre Iohanne coram nobis factas ratas habentes, predictorum mansorum ac eorum reddituum proprietatem ad predicti altaris dotacionem donamus et tytulo donacionis appropriamus ad laudem dei omnipotentis et eius matris Marie virginis gloriose, in cuius ecclesia divini cultus aucmentum favore prosequimur speciali, ob remissionem omnium peccatorum dilecti patris nostri, quondam Barnym, ducis Stetynensis pie ac felicis memorie, et nostrorum amicorum predecessorum et in remedium nostre salutis atque peccatorum. Ut autem hec nostra donacio immutabilis perseveret, hanc litteram inde confectam dicte ecclesie canonicis dari fecimus nostri sigilli robore communitam. Testes huius rei sunt Iohannes Polonus, noster capellanus, et Ulricus, nostre curie notarius, et Iohannes Albus, clerici, Conradus Wlemingus, magister nostre coquine, miles, Thesseco et Hermannus dictus Sillebur, magister camerariorum, et alii quam plures clerici et layci fide digni. Actum et datum Damp anno domini M° C° C° C° XIII°, sabbato proximo post ascencionem domini.

Nach dem Fragmente eines Marienstiftskopiars im Staatsarchive zu Stettin (Mscr. I 51) Nr. 36.

2801.

1313 Mai 30 Stralsund.

Johann, Bertram, Ritter, und Johann von Gristow verkaufen dem Stralsunder Bürger Johann Ossemann eine Rente von sieben Mark Wendisch aus dem Dorfe Reinkenhagen für 70 Mark Wendisch unter Vorbehalt des Wiederkaufs nach drei Jahren.

Universis Christi fidelibus, ad quorum presenciam pervenerit presens scriptum, Iohannes et Bertramus de Gristowe, milites, necnon Hennekinus de Gristowe, filius domini Bartholomei

felicis memorie, tocius felicitatis continuum incrementum. Noverint universi presencia visuri, quod nos, prehabita deliberacione matura, rite et racionabiliter pro septuaginta marcis slavicalibus vendidimus honesto viro Iohanni Ossemanno, burgensi in Sundis, suisque heredibus septem marcarum slavicalium redditus in nostra villa Reynekenhaghen in bonis et curia, quam colit noster subditus dictus Nacke, per triennium percipiendos, contradictione aliqua amputata. Si vero predictus Nacke aut aliquis successorum suorum non dederit prememorato Iohanni Ossemanno suisve heredibus supradictos redditus tempore debito, quo tenetur, videlicet in festo sancti Martini cuiuslibet anni, extunc noster advocatus de ipsis bonis sibi pro suis redditibus sufficiencia pignora presentabit. Si autem sepedictos redditus, evolutis prefatis tribus annis, non reemerimus pro septuaginta marcis supradictis, extunc idem Io(hannes) Osseman et sui heredes hos redditus proprie et perpetue possidebunt. Ut autem hec nostra vendicio rata maneat atque firma, fecimus hanc literam nostris sigillis ac sigillo domini Iohannis Cabolt firmiter communiri. Datum Sundis anno domini M° CCC° XIII°, feria quarta post asscencionem domini.

Nach dem Originale im Archive des Heil. Geisthauses zu Stralsund im dortigen Ratsarchive (Schr. V Schiebl. 15) mit vier an Pergamentstreifen hängenden Siegeln.

Gedruckt Fabricius IV 2 S. 26 Nr. CCCCXXXII (646).

2802.

1313 Mai 30 Stralsund.

Johann, Bertram, Ritter, Johann und Gerhard von Gristow verkaufen dem Heil. Geist-Hospitale zu Stralsund eine Rente von sieben Mark Wendisch aus dem Dorfe Reinkenhagen für 70 Mark Wendisch unter Vorbehalt des Wiederkaufs nach drei Jahren.

Universis Christi fidelibus, ad quorum presenciam pervenerit presens scriptum, Iohannes et Bertramus, milites, de Gristowe, necnon Hennekinus et Gherardus de Gristowe, filii domini Bartholomei felicis memorie, tocius felicitatis incrementum. Noverint universi, quod nos, prehabita deliberacione matura, rite et racionabiliter pro septuaginta marcis slavicalibus vendidimus conventui sancti Spiritus in Sundis necnon provisoribus eiusdem domus septem marcarum slavicalium redditus in nostra villa Reynekenhaghen in curia et bonis, que colit noster subditus Nacke dictus, per triennium percipiendos, contradictione aliqua amputata. Si vero predictus Nacke aut aliquis successorum suorum non dederit predicto conventui domus sancti Spiritus aut eius provisoribus supradictos redditus tempore debito, quo tenetur, videlicet in festo beati Martini cuiuslibet anni, extunc noster advocatus de ipsis bonis predictis provisoribus domus sancti Spiritus in Sundis pro eorum redditibus sufficiencia pignora presentabit. Si autem sepedictos redditus, evolutis tribus annis prefatis, non reemerimus pro septuaginta marcis supradictis, extunc predicti provisores domus sancti Spiritus in Sundis et totus conventus domus eiusdem hos redditus proprie et perpetue possidebunt. Ut autem hec nostra vendicio rata maneat atque firma, fecimus hanc litteram nostris sigillis cum sigillo domini Iohannis Kabolt firmiter communiri. Datum Sundis anno domini M° CCC° XIII, feria quarta post ascensionem domini.

Nach dem Originale im Archive des Heil. Geisthauses zu Stralsund im dortigen Ratsarchive (Schr. V Schiebl. 15). Von den fünf Siegeln an Pergamentstreifen sind nur Bruchstücke des ersten vorhanden.

Gedruckt Fabricius IV 2 S. 26 Nr. CCCCXXXIII (647).

2803.

1313 Juni 7 Marienburg.

Der Hochmeister des Deutschordens, Karl von Trier, kauft und tauscht von Peter (von Neuenburg), Jasko (von Schlawe) und Lorenz (von Rügenwalde), den Söhnen Swenzos, das Land Neuenburg ein.

A. Ausfertigung des Hochmeisters.

Nos frater Karolus de Treveris, hospitalis sancte Marie domus Theutonice Ierosolymitani generalis magister, notum facimus universis presentibus et futuris, quod nos, nostri capituli ac aliorum nostrorum fratrum deliberacione sana prehabita consensuque eorundem accedente, cum nobilibus viris, dominis videlicet Petro, Iescone et Laurencio, filiis domini Swence, quondam palatini Pomoranie, super dominio Nuenburgensi — — — — — legittimum empcionis et cuiusdam permutacionis contractum fecimus in h[unc modum] — — — — — — Actum et datum in Castro sancte Marie, domo nostra principali, anno domini millesimo trecentesimo tercio decimo, feria V[ta] infra octavas penthecostes.

Nach dem durch Mäusefraß beschädigten Originale im Staatsarchive zu Königsberg i. Pr. (Schiebl. 50 Nr. 71) mit dem Siegel an schwarz-gelben Seidenfäden. Abschrift im großen Privilegienbuche ebendaselbst (Ordensfoliant Nr. 67, früher A 18) Bl XL.

Gedruckt Voigt, Cod. dipl. Pruss. II S. 84 Nr. 70; Riedel, Cod. dipl. Brand. II 1 S. 342 Nr. 429.

B. Ausfertigung der Swenzonen.

Nos Petrus, Iesco et Laurencius, filii domini Swence felicis recordacionis, quondam palatini Pomeranie, notum facimus universis presentem litteram inspecturis, quod sufficienti deliberacione prehabita de sano quoque nostrorum amicorum consilio super Nuenburgensi dominio — — — — — — racionabilem emp[cionem et] quandam permutacionem fecimus in hunc modum, — — — — — — Actum et datum in Castro sancte Marie anno domini millesimo trecentesimo tercio decimo, feria quinta infra octavas penthecostes.

Nach dem durch Mäusefraß beschädigten Originale im Staatsarchive zu Königsberg i. Pr. (Schiebl. 50 Nr. 71) mit den an grün-roten Seidenfäden angehängten Siegeln der Aussteller. Abschriften: Großes Privilegienbuch des Deutschordens im Staatsarchive zu Königsberg i. Pr. (Ordensfoliant Nr. 67, früher A 18) Bl. XXXIX v; Ordensfoliant Nr. 71 (früher A 99) ebendaselbst Bl. 45; Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1244.

2804.

1313 Juni 8 Marienburg.

Peter, Jasko und Lorenz von Neuenburg verpfänden dem Deutschorden für die gegen den Bischof Gerward von Wloclawek übernommene Bürgschaft für 600 Mark ihre sämtlichen Lehngüter.

Universis presentes inspecturis nos Petrus, Yesko, Laurencius, comites de Newenburch, manifestum esse cupimus, quod pro caucione, quam dominus noster reverendus frater Karolus

de Treveris, magister generalis hospitalis sancte Marie domus Theuthonice Ierosolimitani, fecit pro nobis venerabili domino Gerwer, dei gracia ecclesie Waldensis episcopo, pro sexingentis marcis, — eidem domino nostro magistro generali et toti ordini et fratribus omnia bona nostra, que ab ipsis dominis nostris iure feodali tenemus, tytulo iusti pignoris obligamus. — — — — — — — — Datum in Marienburch anno domini M° C° C° C° XIII°, VI° Idus Iunii.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Königsberg i. Pr. (Schiebl. 50 Nr. 4) mit den Siegeln der Aussteller an Pergamentstreifen. Abschriften: Großes Privilegienbuch des Deutschordens ebendaselbst (Ordensfoliant Nr. 67, früher A 18) Bl. XL v; Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1243.

Gedruckt Voigt, Cod. dipl. Pruss. II S. 86 Nr. 71; Cramer, Geschichte der Lande Lauenburg und Bütow II S. 8 Nr. 11 (Regest).

2805.

1313 Juni 14 Werben.

Bischof Heinrich von Camin verhängt über die Stadt Güstrow wegen Gewalttätigkeiten gegen den dortigen Propst das Interdikt und exkommuniziert die Übeltäter.

Hinrici, bischoffs zu Cammin, brieff an die vicarien und pfarhern der pfarkirchen zu Gustrow, das, nachdem Hinricus und Hermannus gebruder die Deken, Johannes Pape, Heinrich von der Newenstadt, Johannes Haselow und Willekinus an dem probste zu Gustrow gewalt geubet, alß sollen sie doselbst die kirchendienste zu vorrichten biß auff fernern bescheidt einhalten, die erwenten gewaltthetiger auch in den ban erkleren. Datum Werben 1313, feria 5. ante Viti et Modesti.

Nach Clandrians Registratur der Güstrowschen Stiftsbriefe S. 332 im Hauptarchive zu Schwerin s. r. Domstift Güstrow.

Gedruckt Meklenb. Urkundenbuch VI S. 33 Nr. 3622.

2806.

1313 Juni 15 Greifenhagen.

Herzog Otto I. erlaubt der Stadt Greifenhagen, eine Oderbrücke sowie ein Bollwerk auf der Oderinsel zu bauen, und bestätigt ihr den Zoll.

In nomine domini amen[1]). Omnibus presens scriptum cernentibus Otto dei gracia dux Sclavorum et Cassubie salutem in domino sempiternam. Noverint universi et ad noticiam tam presencium quam futurorum[2]) cupimus firmiter devenire, quod nos bona voluntate et maturo

consilio nostrorum fidelium vasallorum dedimus nostris consulibus et universis civibus nostre civitatis Griphenhagen construere et facere pontem trans Oderam licenciam et liberam facultatem, ut per hec nostra dicta civitas emendetur. Ceterum dedimus et licenciavimus iam dictis consulibus et civibus edificandi et construendi propugnaculum in insula, quam circumfluit Odera, et ibidem communis transitus navium, lignorum et aliorum omnium perpetuo permanebit. Thelonium quoque, quidquid in nostra alia littera monstrare poterint, ipsis perpetuo tempore permanebit. Volumus igitur, quod nostre hee donationes proprietatis titulo perpetuis temporibus perseverent. Ut autem dicta firma et inconvulsa[3]) permaneant, presens scriptum nostri sigilli munimine iussimus communiri. Testes huius sunt rei Lanbertus dictus de Wedele, Ger(ardus) de Bertecowe, Hen(ricus) de Pokelente, Hen(ricus) de Heydebreke, Gerebertus dictus Balke, Con(radus) dictus Ubesseco, milites, et alii quam plures tam clerici quam laici[4]) fide digni. Datum Griphenhagen anno domini M° CCC° tredecimo, dicti Viti martyris gloriosi.

[1]) amem. Orig. [2]) Hinter futurorum folgt noch nociam. [3]) Ut — inconvulsa auf Rasur. [4]) laici fehlt. Orig.

Nach dem Originale im Stadtarchive zu Greifenhagen (Nr. 14/15) mit Siegelbruchstücken an rot-grünen Seidenfäden.

Vergl. Baltische Studien VIII 2 S. 176.

2807.

1313 Juni 18 Anklam.

Herzog Wartislaw IV. transsumiert die undatierte Urkunde Herzog Bogislaws IV. von ca. 1290 für die Stadt Demmin.

Wartizlaus dei gracia Stetynensis, Slavorum, Pomeranie et Cassubie dux universis presencia visuris vel audituris notum fieri volumus manifeste nos preamantissimi patris nostri ac domini domini Bugzslai litteras veras et integras proprio suo sigillo sigillatas vidisse in hec verba — — — (Folgt undatierte Urkunde von ca. 1290, Dähnert, Pomm. Bibliothek V S. 90 Nr. 4.) — — — Predictis itaque litteris visis et auditis, volumus ipsos consules et communitatem in omnibus suis iuribus et libertatibus antiquitus habitis et concessis penitus defensare, preamantissimi patris nostri factum summo desiderio diligentes ipsum ratificamus in nomini domini per presentes. Ne autem alicui dubium oriatur de premissis, presens scriptum dedimus sigilli nostri robore communitum. Testes eciam facti huius sunt Henninghus Bere, Wernerus et Sabellus dicti Lepel, Iohannes Schollentin, milites, et alii plures fide digni. Datum Tanglym anno domini M° C° C° C° XIII°, feria secunda infra octavas corporis Christi.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Stettin s. r. Dep. Stadt Demmin Nr. 18. Das Siegel am Pergamentstreifen fehlt. Matricula privilegiorum civitatis Demynn ebenda Nr. 18 und 52. Abschrift im Staatsarchive: Bohlen Mscr. 2 Nr. 57; Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1222.

Gedruckt Dähnert, Pommersche Bibliothek V S. 90 Nr. 4; Stolle, Beschreibung von Demmin S. 146 (teilweise).

2808.

1313 Juni 21 Barth.

Fürst Wizlaw III. von Rügen schenkt dem Stralsunder Bürger Nikolaus von Greifswald zur Dotierung eines Altars vier Hegerhufen in Willerswalde und das Patronat des Altars.

In nomine domini amen. Wysslavus dei gracia princeps Ruyanorum omnibus Christi fidelibus presencia visuris salutem in omnium salvatore. Inter omnes humane condicionis defectus humana memoria adeo est labilis et infirma, ut cito in oblivionem cadant, que in tempore ordinantur, si non firmentur instrumentis publicis litterarum. Notum igitur facimus presentibus et futuris, quod, prehabito consilio diligenti nostrorum fidelium vasallorum, ad instanciam et peticionem nostri militis Iohannis de Grystow donavimus et relinquimus propter deum honesto Nicolao de Grypeswaldis, burgensi in Sundis, suisque veris heredibus et legitimis ad perpetuam dotacionem unius altaris proprietatem quatuor mansorum heghers adiacencium ville Willerswolde cum omnibus fructibus, qui nunc sunt in dictis mansis et in perpetuum poterunt subacquiriri, temporibus perpetuis absque ulla servitutis specie libere possidendam. Insuper concedimus eidem Nicolao suisque heredibus legitimis de generacione in generacionem usque in infinitum ius patronatus eiusdem altaris temporibus perpetuis possidendam. Ut igitur predicta perpetuam firmitatem optineant, presens scriptum inde confectum sigilli nostri munimine iussimus roborari. Testes sunt Iohannes de Gristow, Nicolaus de Pudbuske, Tzyfridus de Plone, Ernestus Budde, advocatus, Refridus [!] de Pentze, Tidericus Sukow, nostri milites et consiliarii fideles, aliique quam plures nihilominus fide digni. Actum et datum Bard anno domini millesimo CCCXIII°, in octava corporis Christi.

Nach dem Originaltranssumte von 1413 Dezember 13 im Ratsarchive zu Stralsund (Schr. II Schiebl. 13).

Gedruckt Fabricius IV 2 S. 26 Nr. CCCCXXXIV (648).

2809.

1313 Juni 23 Altdamm.

Herzog Otto I. überweist dem Kloster Gobelenhagen (Jasenitz) Bede und Wagendienst aus den Dörfern Hagen, Trestin, Falkenwalde, Zedlitzfelde und Alt-Leese zum Kirchenbau.

In nomine domini amen. Otto dei gracia dux Slavorum et Cassubie dominusque terre Stetinensis omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in perpetuum. Quoniam omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi, prout in corpore gessimus, sive bonum fuerit sive malum, oportet nos diem messionis extreme misericordie operibus prevenire, quatenus seminemus in terris, quod annuente domino cum multiplicato fructu recolligere valeamus in celis. Hinc est quod notum esse cupimus tam presentibus quam futuris, quod pio dei metu[1]) eterni cupientes providere[2]) semini messionis, quia, qui defecerit in semine, in messe aliquatenus non gaudebit, preposito, priori totique conventui in Gobelenhaghen, ordinis et[3]) regule beati Augustini, post decessum matris nostre dilecte Mechtildis, ducisse Stetinensis, ob reverenciam omnipotentis dei et intemerate virginis Marie gloriose necnon et in remedium nostrorum progenitorum, videlicet domini Barnym, patris nostri dilecti, necnon et in subsidium animarum

fratrum nostrorum domini Buguzslai[4]) et Barnym contulimus, donavimus et per presentes donamus precariam villarum videlicet memorate ville Gobelenhaghen[5]), ville Tristinen, ville Valkenwolde, ville Hakelwerk[6]), et ville Lesen et servicium curruum villarum earundem iusto proprietatis tytulo perpetue possidendam, nichil nobis prorsus iuris vel proprietatis aut nostris heredibus in eandem precariam reservantes, tali vero annexa condicione, quod ipsa precaria sive pia nostra donacio non ad aliquos alios usus ecclesie proveniret, sed specialiter spectabit ad structuram ecclesie memorate. Hoc autem fecimus sperantes seminando et plantando taliter fructum boni operis ut exinde valeamus consequi mercedem sempiternam. Huius rei testes sunt dominus Nycolaus, comes de Guszecowe[7]), noster cognatus dilectus, necnon Conradus dictus Vlemingh[8]), nostre coquine[9]) magister, et Conradus Ubesco[10]) et Wilhelmus de Budessowe, milites, et quam plures alii fide digni. Ne vero tam pia ac racionabilis nostra donacio seu elemosinarum largicio a nobis vel a nostris aliquando irritetur successionibus aut in contemptum omnipotentis dei et gloriose virginis Marie et in detrimentum prefate structure, presentem iussimus conscribi paginam, quam ad maioris evidencie cautelam dedimus prefato conventui sigilli nostri munimine roboratam. Datum Dammis anno domini M° CCC° XIII°[11]), nono Kalendas Iulii, indictione decima octava [!], in vigilia beati Iohannis baptiste et precursoris domini.

1) motu. A. moto. B. 2) providere cupimus. A. 3) ac. B. 4) Buguzlai. B. 5) Gobelenhagen. B. 6) Hakelwerch. B. 7) Guszecow. B. 8) Vlemigh. A. Vlemig. B. 9) curie. A. 10) Ubescow. B. 11) M° C° C° C° XIII°. B.

Nach der Jasenitzer Matrikel im Staatsarchive zu Stettin (Mscr. I 26) I Nr. 21 (A); II Nr. 15 (B). Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1224.

2810.

1313 Juni 23 Stralsund.

Die Stadt Stralsund bekennt, daß sie den Stettiner Bürgern Hermann und Gerhard von Angermünde und deren Söhnen Hermann, Dietrich, Richard und Nikolaus 1000 Mark Brandenburgisch schuldig ist.

In nomine domini amen. Universis presencia audituris vel visuris consules et oldermanni cum tota communitate civitatis Stralessunt in domino salutem sempiternam. Tenore presencium pupplice recongnoscimus, nos iusto tytulo debitorum esse obligatos honestis viris Hermanno et Gerhardo fratribus dictis de Angermunde, burgensibus in Stetin, et ipsorum filiis, videlicet Hermanno, Teoderico, Richardo, Nicolao, necnon suis veris et legittimis heredibus mille marcas Brandeburgensis argenti a festo beati Io(hannis) baptiste sub anno domini M° CCC° XIII° ad triennium exsolvendas, quas sub condicionibus dicendis per dictum triennium in nostra reservabimus potestate, ita videlicet quod in quolibet festo nativitatis domini dictorum trium annorum supradictis viris Hermanno et Ger(hardo) et eorum legittimis heredibus C marcarum redditus argenti Brandeburgensis in civitate Stetin tenebimur erogare. Sed in ultimo termino beati Iohannis baptiste dictorum trium annorum obligamus[1]) nos presentibus ad exsolucionem tocius summe mille marcarum argenti Brandeburgensis, postposito quolibet inpedimento, in civitate Stetin aut Stralessunt sive Lubec, ubicunque de iam dictis tribus civitatibus expedire videbitur Hermanno et Ger(hardo) ac eorum heredibus memoratis, dummodo ante ultimum festum beati

Io(hannis) baptiste, in qua de dictis tribus civitatibus idem argentum exsolvi voluerint, nobis sex aut quatuor septimanis predicetur. Admittimus eciam, quod de tota summa dicti argenti cum redditibus earumdem, quamdiu nos possedimus, non faciat collectam, thelonium aut exactionem civitatencium aliqualem. Si eciam gwerrarum scrupuli orirentur inter dominos et civitates, quos deus avertat, hiis non obstantibus et nos non excusantibus indubitanter obligati sumus ad exsolucionem dicti argenti ac reddituum, prout superius est conscriptum. Sed hiis persolutis presens privilegium super hoc datum nobis remittatur. Hii autem sunt consules tunc temporis consilio residentes Con(radus) Rederi, Io(hannes) Crans, Detmarus Sculov, T(idericus) Stenhus, Io(hannes) de Ghnoyen, Hin(ricus) Bruchusen, Io(hannes) Wenth(usen), Bertoldus Albus, T(idericus) Gerhardi, Con(radus) Godebus, Borchardus Zomer, T(idericus) Kulpen, Io(hannes) Gustrov, Hinricus Cippeken, Albertus Rochut, Godeko Lensan, Con(radus) Voge, Hin(ricus) de Loten necnon antiqui nostri consules, videlicet Ger(winus) de Zemelov, Nico(laus) Griphes(wold), Io(hannes) de Meppen, Her(mannus) Albus, T(idericus) Wicberni, Ber(trammus) Travenemunde, Slaweko, Hin(ricus) de Rodhe, Lu(dolfus) Gysonis, Ger(hardus) Leo, Ber(nardus) Goswini. Hii sunt oldermanni Nico(laus) Velin, Alf Leo, Go(deko) Gustrov, Reyneke Thevin, Cristianus Voge, Hin(ricus) Dalevis, Con(radus) Trave(nemunde), T(idericus) Rekeligh(usen), T(idericus) Rochut, Martinus Kalsov, Petrus Rustov, Io(hannes) Bacwerc, Io(hannes) Albus, Her(mannus) Meppen, Hin(ricus) Brantesh(agen), Io(hannes) Weghener cum ceteris nostris burgensibus honestis, videlicet Martino Wokenstede, Bernardo Weling, Frederico Helsigeburg, Bertoldo Nigro, Her(manno) Stenhaghen, Ger(hardo) Langendorp, qui omnes manu coniuncta cum ceteris nostris burgensibus universis non nominatis solvere tenemur, ut supradictum est, argentum memoratum. In cuius confidenciam sigillum nostre civitatis presentibus est appensum. Datum et actum Stralessunt anno domini M° CCCXIII°, in vigilia beati Io(hannis) baptiste.

1) obligagimus. Stadtbuch.

Nach dem zweiten Stralsunder Stadtbuche (1310 ff.) Bl. 113 v.

Gedruckt Fabricius IV 2 S. 27 Nr. CCCCXXXV (649); Ebeling, Das zweite Stralsundische Stadtbuch S. 283 Nr. 3628.

2811.

1313 Juni 25 Altdamm.

Herzog Otto I. setzt die Grenzen der dem Kloster Gobelenhagen (Jasenitz) gehörenden Heide fest.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Otto dei gracia dux Slavorum et Cassubie ac dominus in Stetyn omnibus presencia visuris seu audituris in perpetuum. Quoniam omnipotentis dei larga benignitas nos constituit in partem sollicitudinis monarchie, ut ecclesias construeremus et plantaremus et plantatas[1]) in remedium nostrorum progenitorum donacionibus prediorum amplificaremus et dotaremus et specialiter illam, quam pater noster karissimus[2]) dominus Barnym, dux Slavorum pie recordacionis, ob spem remuneracionis eterne suorumque predecessorum similiter et heredum legitimorum salutem perpetuam ecclesiam, videlicet sancte

Marie virginis in Gobelenhaghen, construxit et fundavit, cuius vestigiis humiliter inherentes ecclesie iam dicte personisque ibidem deo famulantibus sub ordine et regula beati Augustini continuis suffragiis et tuicionibus misericorditer duximus inhiandum. Quam ob rem reverende nacioni presencium et felici successioni futurorum presentibus duximus arcius imprimendum[3]), quod ad emendacionem prefate ecclesie, quam deo teste speciali amplectimur gracia et favore, metas merice ultra fluentum Iazeniz[4]) versus Ukermunde, prout instructi et informati sumus privilegio patris nostri domini Barnym sepedicti et adhuc evidencius possunt[5]) edocere — metas vero prefate ecclesie distinximus propria in persona, videlicet a via, que ducit inter Gobelenhaghen et Warpiam directo tramite, sicut signari fecimus, usque in viam regiam, que ducit inter Stetyn et Ukermunde —, inviolabiliter a nobis et a nostris veris heredibus seu nostris officialibus vel advocatis absque omni impedimento volumus observari. Testes vero huius facti sunt dominus Nycolaus comes de Gussecowe, noster cognatus, Conradus Ubesco, Wilhelmus de Budessow, milites, et quam plures alii fide digni. In cuius rei evidenciam presentem paginam conscribi fecimus ac sigilli nostri munimine firmius roborari. Datum Dammis anno domini M° CCC° XIII°[6]), undecimo kalendas Iulii, in crastino beati Iohannis baptiste et precursoris domini amen.

1) Für et plantatas hat B plantatas autem. 2) carissimus. B. 3) inprimendum. B. 4) Iaznis. B. 5) possunt evidencius. B. 6) M° C° C° C° XIII°. B.

Nach der Jaseniter Matrikel im Staatsarchive zu Stettin (Mscr. I 26) I Nr. 20 (A); II Nr. 13 (B). Abschrift: Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1223.

In dem Datum steckt ein Widerspruch, da die Datierung nach dem römischen Kalender auf Juni 21, die nach dem Heiligentage auf Juni 25 führt. Doch ist eher anzunehmen, daß der Fehler in jener zu suchen ist, und deshalb habe ich mich für Juni 25 entschieden.

2812.

1313 Juni 29 Mewe.

Der Hochmeister des Deutschordens, Karl von Trier, gestattet den Söhnen Swenzos, Peter, Jasko (von Schlawe) und Lorenz (von Rügenwalde), die gegen das Land Neuenburg eingetauschten fünf Dörfer zu befestigen, dort eine Burg oder eine Stadt zu erbauen und sie nach Belieben zu verbessern.

Nos frater Karolus de Treveris, hospitalis sancte Marie domus Theuthonice Ierosolimitani generalis magister, notum facimus universis presentem litteram visuris, quod nobiles viri, videlicet domini Petrus, Iesco et Laurencius, filii domini Swence, quondam palatini Pomoranie, ac eorum legittimi heredes debent illas quinque villas — — — — — —, quas sibi partim in concambio pro dominio Nuenburgensi, sicut in instrumentis super hoc confectis patet, donavimus, possidere eodem iure, quo dominium Tucholense eisdem contulimus, videlicet quod ibidem possunt municionem, castrum vel civitatem construere illamque meliorare ad sue libitum voluntatis. — — — — — — Actum et datum in Mewa anno domini M° CCC° XIII°, in die apostolorum Petri et Pauli.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Danzig (Abt. 1). Das an braun-gelben Seidenfäden anhängende Siegel fehlt.

2813.

1313 Juni 30.

Herzog Otto I. vergleicht sich mit der Stadt Stettin dahin, daß alle Vasallen und Städte die durch Privilegien nachgewiesenen Freiheiten und Gerechtsame behalten, die beiderseitigen Parteigänger straffrei sein, die ungerechten Zölle in der Swine und Peene aufgehoben und alle die Berg- und Talfahrt hindernden Bäume in der Oder und Reglitz entfernt werden, hinsichtlich der Getreideausfuhr die alten Bestimmungen bestehen bleiben sollen.

Otto dei gracia dux Slavorum et Cassubie universis, quibus exibitum fuerit presens scriptum, salutem in domino sempiternam. Notum fore volumus presentibus publice profitendo, quod omnis dissencio, que inter nos, ex una, et civitatem nostram Stetin, parte ex[1]) altera, verti videbatur, per conposicionem amicabilem est sopita hoc modo, quod universi nostri vasalli, civitas Stetin cetereque nostre civitates debent apud omnes ipsorum iusticias perpetuo permanere, quas nostris privilegiis aut confirmacionibus ac illustrium principum felicis memorie domini Barnim, patris nostri, domini Buguzlai et domicelli Barnim, fratrum nostrorum, possunt racionabiliter demonstrare. Item omnes, qui nobis ex parte dicte civitatis suspecti fuerunt, et qui eidem civitati ex parte nostra suspectui habebantur, dimittendi sunt ab huiusmodi suspicione omnino quiti pariter et soluti. Insuper ad hoc intendere et iuvare debemus fideliter toto posse, ut iniusta thelonea super Zwinam et Penam omnimode deponantur. Amplius omnes arbores in aquis Odera et Regeliz, quibus naves ascendentes et descendentes possent detineri, debent amoveri penitus et deponi, ut navibus ascensus et descensus pateat sine impedimento secundum nostre beneplacitum voluntatis. De evectura vero annone sic servabitur, sicut in privilegiis prefatorum principum et nostris privilegiis seu confirmacionibus invenitur evidencius contineri. Testes[2]) huius placitacionis et composicionis sunt vir reverendus dominus Hinricus, abbas in Colbaz, dominus Ulricus ac dominus Iohannes dictus Polene, capellani nostri, Lambertus et Wedege dicti de Wedele, Hinricus de Heydebrake, Willikinus de Budzow, milites, cum pluribus aliis fide dignis. Datum anno domini M° CCC° terciodecimo, in commemoracione sancti Pauli apostoli.

[1]) ex fehlt. Orig. [2]) Testis. Orig.

Nach dem Originale im Stadtarchive zu Stettin (Nr. 73) mit dem Siegel des Ausstellers an grünen Seidenfäden. Abschriften: Rotes Buch S. 29; im Staatsarchive deponierte Akten des Stadtarchivs Tit. I Sekt. I Nr. 2 Bl. 24 v; Diplomatarium civit. Stettin im Staatsarchive (Mscr. I 37) P. I Nr. 56.

Regesten im Hans. Urkundenbuch II S. 93 Nr. 235 und bei v. Wedel, Urkundenbuch zur Geschichte des Geschlechts von Wedel II 1 S. 67 Nr. 115.

2814.

1313 Juni 30 Dargun.

Abt Arnold von Altenkamp und Abt Reiner von Hardehausen, schlichten in Gemeinschaft mit den Äbten Bertold von Doberan und Theoderich von Neuenkamp einen Streit zwischen den Klöstern Stolp und Dargun über den See Zernin.

Nos fratres Arnoldus dictus, abbas de Campo, et Reynerus dictus, abbas in Hersdehusen, tenore presencium publice recognoscimus, quod ex precepto nobis a generali capitulo iniuncto

super causa et controversia, que vertebatur inter dominum abbatem Stolpensem, parte ex una, et inter dominum Dargunensem, parte ex altera, de quodam stagno et piscatione eiusdem, quod dicitur Zenyn, venimus anno domini M° CCC° XIII°, in die commemoracionis beati Pauli apostoli, una cum venerabilibus patribus, domino videlicet Bertoldo, abbate in Doberan, et domino Th(eoderico), abbate in Novo Campo, ad domum Dargunensem, quibus eciam[1]) predicta causa ab eodem capitulo prius commissa fuerat, partibus utrisque convocatis in hunc modum amicabiliter concordarunt, ita quod omnis fructus et utilitas, que de stagno prelibato provenire poterit in piscatura, in anguillarum captura et ceteris proventibus dimidia pars cedere debet domui Stolpensi et dimidia pars ecclesie Dargunensi in perpetuum pacifice et quiete. Ad quorum omnium evidenciam ampliorem et manifestam protestationem sigilla nostra cum sigillis patrum abbatum predictorum presentibus duximus apponenda. Datum Dargun anno et die prenotatis.

[1]) In A ist hier ein Loch.

Nach dem Originale (A) im Staatsarchive zu Stettin s. r. Kl. Stolp Nr. 37. Die vier Siegel am Pergamentstreifen fehlen. Zweite Ausfertigung (B) im Hauptarchive zu Schwerin mit den Siegeln der Äbte von Altenkamp, Hardehausen und Neuenkamp an Pergamentstreifen, das des Abts von Doberan fehlt.

Gedruckt Meklenb. Urkundenbuch VI S. 39 Nr. 3629.

2815.

1313 Juli 9 Stettin.

Hermann Seiler überläßt dem Heinrich Perleberg fünf Mark Zins aus der neben der des Mund Koch gelegenen Bude auf fünf Jahre zum Besten des Franziskanerklosters zu Stettin.

Actum II^a^ feria post Kyliani. — — — Item Hermannus Funifex resignavit Hinrico de Perlebergh censum V marcarum super unam bodam apud illam bodam, in qua Mund Assator moratur, tollendum per quinquennium ad usus fratrum minorum.

Nach dem ältesten Stettiner Stadtbuche Bl. 15.

2816.

1313 Juli 13.

Herzog Wartislaw IV. nimmt das Kloster Colbatz in Schutz und bestätigt alle Besitzungen und Rechte desselben.

1. Ausfertigung.

In nomine domini amen. Nos Wartizlaus dei gracia dux Slavorum et Cassubie et de Stetin omnibus inperpetuum. Quia sedentis in solio maiestatis in excelsis sunt delicie, in hac valle miserie eciam cum filiis hominum habitare, ut sedulis secretoriorum precibus exoratus misericordiam querentibus de pietatis sue habundancia copiosius largiatur. Eapropter notum esse volumus universis, quod ad instar felicis recordacionis patris nostri domini Buguzlai, dilectos in Christo fratres in Colbas, ordinis Cisterciensis, Caminensis dyocesis, in nostram protectionem suscepimus et presentis scripti[1]) privilegio communimus, inprimis siquidem grati-

ficamus et ratificamus et approbamus donaciones et confirmacionis eidem monasterio Colbas fratribusque inibi deo famulantibus a nostris progenitoribus sub diversis temporibus factas, ut quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presenciarum possidet largicione et donacione principum, oblacione fidelium seu empcione, ut firma eis eorumque successoribus et illibata perpetuo permaneant, in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: ipsum locum Colbas, Ladebo, Recow, Reptow, Cyrnowe, quod nunc Nienmarkt dicitur, cum foro libero, Damme, Doberpul, Belitz, Zibberose, quod nunc Woltersdorp dicitur, Boryn, Schonevelt, Melne, Berticow, Woltin, Wirow, Gardina, Sillizlow, Brusenhaghen, Brunneke, Clebow, Witstok, Bynow, Glina, Culow, Hoykendorp, Dambe cum foro libero, Buchholt, Smirdenitz, quod nunc Molenbeke dicitur, Iezeritz. Termini vero predictarum villarum et possessionum ita distinguntur: a Lankena in Iaznizna et Wostrowiz[2]), inde in Bandegast et Crekena usque ad fossatum consitum lapidibus, quod dividit terminos inter Woltin et Babin, inde recurrunt in silvam Drenin et Drenozniza ac Dalgobroth, inde in stagnum Zadeclina et silvam Borem usque ad fluvium Tywan et sic usque in stagnum Stekelin, deinde in rivulum Zyremke et sic per descensum usque in Regetam, dehinc in Tywam fluvium, quem liberum in utroque litore predicti fratres possident, usque ubi Melna influit fluvium iam dictum. Inde revertuntur ad tumulos paganorum in monte sitos, deinde per medias paludes et stagnum ad tres tumulos paganorum. Inde recurrunt ad tres rivulos, qui in prato conveniunt et in Regetam derivantur et sic per ipsum fluvium, quem liberum dicti fratres cum utroque litore cum piscacionibus suis et pratis et silvis possident, usque ad terminos Ywargie, ubi influit in Regetam, inde per mediam solitudinem inter Clebow et Clutz usque ad montem nomine Wos, dehinc per signa et monticulos et arbores signatas usque ad semitam, que ducit versus Cedelin, et sic per descensum semite usque ad arborem, que distinguit terminos inter Cedelin et Podegug, deinde ad stagnum, quod dicitur Szdonowelaz, deinde in stagnum Dambe usque in silvam Tribus, que est ad orientem prati eiusdem ville cum solitudine, que terminatur in Golnow. Inde recurrunt ad monticulos, qui distingunt[3]) terminos Recow et Niznaw, que nunc Belcow dicitur, et sic ad tumulum gigantis et sic ad fontem, qui dividit terminos Recow et Selowe. Inde recurrunt in Lankenam. Item villam Selow cum terminis et piscacionibus suis, Cabow, que nunc Valkenberch dicitur, Babin et Wardenberch cum terminis ipsarum, item Brode, Prilop, Schonevelde, Carak, Sabas, quarum termini sunt isti: inter Grindiz et Brode a tribus lapidibus, qui versus Plonam respiciunt, super tres quercus in campo Riscow et prato ex altera parte adiacente Plone, rursumque ab eisdem lapidibus per transmontem ad tumulos paganorum et sic per viam, que ducit versus Stargard, ad montem Woltogur, qui est iuxta Goviznam. Inde recurrunt termini per eundem rivulum usque in alteram partem Clemme super monticulum iuxta paludem Goviznam, sicque recurrunt inter terminos Zabarzk et Lubtow iterum in Plonam. Item Trebene cum foro libero et grangiam Trebene, Dolitz, Doberpul, mediam villam Valkenberg, Sandow, Schonenwerder, Hoghenwolde, Samentin cum stagno Sovin, quarum termini sunt: a Trebene versus Repelin in stagnum, quod dicitur Stuk. Inde recurrunt per directum ad montem longum, qui adiacet Nirebe, abhinc super stagnum Carcek et sic per mediam paludem usque ad fossatum, quod est inter Cluken et Sovin, de fossato per solitudinem super rivulum Zloniza, qui fluit in Ynam, et sic per descensum Yne ex altera parte ad arbores pomiferas. Inde recurrunt in stagnum Bricena et sic ad rubum Diadunker, de rubo autem super paludem Smardowi et sic per mediam paludem usque in stagnum Clambuk. Inde recurrunt per directum super monticulos Smineromogola, abhinc usque ad rivulum Butniza, qui fluit in Ynam, et de Yna usque in dictum stagnum Stuk. Item Warsin et Lasscow cum

terminis suis, Gogolow cum terminis suis, in terra Colbergensi Cutsenow cum tugurio salis, insuper quinque marcas denariorum annuatim in moneta Stetin. Item vendiciones et donaciones proprietatum villarum, videlicet Clutz, Belcow, Cubelank cum terminis ipsarum et paludis sive silve Strazne cum suis terminis et distinccionis solitudinis sive merice inter Golnow et Colbas, sicud patruus noster dominus Otto, dux Stetinensis, distinxit, et sicud in privilegiis ipsius super hoc datis plenius continetur, gratificamus, ratificamus, approbamus et confirmamus. Item ratificamus, gratificamus et approbamus has subscriptas immunitates et libertates videlicet, ut Plonam habeant liberam ab ortu suo usque in stagnum Dambe, ita quod nullus in meatu ipsius aque molendina seu alia edificia edificare presumat nec in rivulo, qui fluit de stagno Colpin, que vergi possunt in ipsorum preiudicium et gravamen, item piscacionem in stagno Meduve et in stagno Dambe et in locis ad dominium nostrum pertinentibus, ubicunque cum maiori vel minori sagena ad proprios usus, sicud in privilegiis avi nostri domini Barnim plenius continetur, item duas capturas inter Cedelin et Dambe; item, si dicti monasterii possessiones villas quandoque in futurum aliis nominibus appellari contigerit, ex hoc dicti monasterii fratribus nolumus preiudicium generari; item ut prefati monasterii fratres et res et naves annonam deducentes[4]) et, quicquid ad victum vel vestitum ipsorum per eos[5]) aut per interpositam personam emptum fuerit, et famuli eorundem in omni dominio nostro a solucione thelonei liberi sint et exempti; item ut nullus advocatorum, iudicum aut officialium secularium rusticos et villanos ipsorum ad urbes edificandas seu ad aliquas alias seculares exacciones compellere presumat, sed sint ab omni onere servitutis exempti tam publico quam privato; item ut in bonis ipsorum advocaciam habeant liberam et iudicia maiora et minora per suos yconomos vel advocatos exerceant et ut scabinos, qui vulgariter lantschepen dicuntur, pro ipsius ecclesie iuribus defendendis in ipsa abbacia vicissim vel simul pro sua utilitate instituant seu eciam dictante racione destituant et alios substituant et institutos perpetualiter habeant et conservent; sclavi[6]) vero, si qui sub ecclesiam predictam se transferre voluerint, dummodo ipsis, a quibus recesserint, certitudinem fecerint, a qualibet vexacione indebita liberi sint et exempti; renuncciantes eciam pro nobis et nostris futuris heredibus omni excepcioni, que contra concessionem, ratificacionem, approbacionem et oblacionem a nobis et nostris progenitoribus sive antecessoribus factam vel eciam empcionem posset fieri et omnibus excepcionibus realibus et personalibus loci, temporis, facti, iuris canonici et civilis et omnibus aliis excepcionibus, que nobis nostrisque futuris heredibus prodesse possent et obici contra memoratos de Colbas fratres sive contra nostra nostrorumque progenitorum privilegia vel instrumenta. Preterea ob salutem anime nostre nostrorumque progenitorum has immunitates et libertates et predictas possessiones et si quas alias habent iam dicti monasterii de Colbas fratres in privilegiis vel instrumentis patris nostri domini Buguzlai seu avi nostri domini Barnym vel proavi nostri domini Buguzlai iunioris sive attavi nostri domini Buguzlai senioris vel eciam consangwineorum, cognatorum vel affinium nostrorum, videlicet Wartizlai, Kazemari, Swantobori, Bartholomei et aliorum, expressas, gratificatas, donatas vel confirmatas cum omnibus suis et eis, que infra eos continentur, scilicet in opidis et foris eorum, villis, agris, terris, nemoribus, silvis cultis et incultis, usuagiis, pratis et pascuis, in busco et plano, in fluminibus, rivulis et stagnis, aquis, piscacionibus, molendinis, ferrifodinis et cuiuslibet generis metalli vel minere, in viis et semitis, cum omni iure et utilitate, que nunc est et in futurum haberi poterit, dicti monasterii fratribus de Colbas iuste proprietatis titulo benigne ratificamus, approbamus et confirmamus. Ut autem premissa omnia et eorum quodlibet robur sorciatur perpetue firmitatis presentes litteras cum nostro pendenti sigillo auctoritate nostra

dedimus sigillatas de certa nostra sciencia atque iussu. Testes vero predictorum sunt dominus Conradus, decanus ecclesie Caminensis, dominus Nicolaus de Swanebeke, canonicus eiusdem ecclesie, Iohannes Bere, noster marscalcus, Theodericus Luchto senior, Iohannes Bere iunior, Ludolfus de Massowe, Hinricus Bruzeken, Hinricus Mossin, milites, et alii quam plures fide digni. Datum anno domini M° CCC° XIII°, in die beate Margharete virginis.

1) scripti fehlt. Matr. 2) Woltrowiz. Matr. 3) distinguit. Matr. 4) duducentes. Matr. 5) per eos fehlt. Matr. 6) Slavi. Matr.

Nach der Colbatzer Originalmatrikel Bl. 73 Nr. 223. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1225.

2. Ausfertigung.

In nomine domini amen. Nos Wartizlaus dei gracia[1]) dux Slavorum et Cassubie omnibus in perpetuum. Cum omnem potestatem ad sublevacionem bonorum depressionemque malorum a deo constitutam esse constet, omnibus divinis beneficiis dignis respondere cupientes operibus pacis, equitatis iura cunctis animo libenti servare decrevimus et hiis maxime, qui deposita seculari conversacione semetipsos nequaquam tueri sufficientes in solius dei nostraque defensione confidunt. Eapropter notum esse volumus universis quod ad instar felicis recordacionis patris nostri domini Buguzlai dilectos in Christo fratres in Colbas, ordinis Cisterciensis, Caminensis diocesis, in nostram proteccionem suscepimus et presentis privilegii[2]) testimonio communimus. Inprimis siquidem confirmamus eidem monasterio Colbas fratribusque inibi deo famulantibus, quascunque possessiones, quecunque bona idem monasterium in presenciarum possidet largicione et donacione principum, oblacione fidelium seu empcione, ut firma eis eorumque successoribus et illibata perpetuo permaneant, in quibus hec ex certa industria propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum Colbas, Ladebo, Recow, Reptow, Cirnowe, que nunc Nienmarkt dicitur, cum foro libero, Damme, Doberpul, Belitz, Zibberose, que nunc Woltersdorp dicitur, Borin, Schonvelt, Melne, Berticow, Woltin, Wirow, Gardena, Sillizlowe, Brusenhaghen, Brunneke, Clebow, Witstok. Bynow, Glyna, Culow, Hoykendorp, Dambe cum foro libero, Bůcholt, Smirdeniz, que nunc Molenbeke dicitur, Iezeritz. Termini vero predictarum possessionum ita distinguntur: a Lanckena in Iasnizna et Wostrowiz, inde in Bandegast et Crekena usque ad fossatum consitum lapidibus, quod dividit terminos inter Woltin et Babin, inde recurrunt in silvam Drenin et Drenozniza ac Dalgobroth, inde in stagnum Zadeclina et silvam Borem usque ad fluvium Tywam et sic directum usque in stagnum Stikelin, deinde in rivulum Ziremzke et sic per descensum usque in Regetam, deinde in Tywam fluvium, quem liberum in utroque litore predicti fratres possident, usque ubi Melna influit fluvium iam dictum. Inde revertuntur ad tumulos paganorum in monte sitos, deinde per medias paludes et stagnum ad tres tumulos paganorum. Inde recurrunt ad tres rivulos, qui in prato conveniunt et in Regetam derivantur, et sic per ipsum fluvium, quem liberum dicti fratres cum utroque litore cum piscacionibus suis, pratis et silvis[3]) possident usque ad terminos Ywargie, ubi influit in Regetam, inde per mediam solitudinem inter Clebow et Clutz usque ad montem nomine Woz, dehinc per signa et monticulos et arbores signatas usque ad semitam, que ducit versus Cedelin, et sic per descensum semite usque ad arborem, que distinguit terminos inter Cedelin et Pudegug, deinde ad stagnum, quod dicitur Szdonowelaz, deinde in stagnum Dambe usque in silvam Tribus, que est ad orientem prati eiusdem ville, cum solitudine, que terminatur in Golnow. Inde recurrunt ad monticulos, qui distinguunt terminos Recow et Niznaw, que nunc

Belcow dicitur, et sic ad tumulum gigantis, dehinc ad fontem, qui dividit terminos Recow et Selow. Inde recurrunt in Lanckenam. Confirmamus eciam eisdem fratribus villam Selow cum terminis et piscacionibus suis, Cabow, que nunc Valkenberch dicitur, Babin et Wardenberghe cum terminis ipsarum, item Brode, Prilop, Schonevelt, Sabas, quarum termini sunt isti: inter Grindiz et Brode a tribus lapidibus, qui versus Plonam respiciunt, super tres quercus in campo Riscow et prato ex altera parte adiacente Plone rursumque ab eisdem lapidibus per transmontem ad tumulos paganorum et sic per viam, que ducit versus Stargard, ad montem Volcegur, qui est iuxta Goviznam. Inde recurrunt termini per eundem rivulum usque in alteram partem Clemme super monticulum iuxta paludem Goviznam sicque recurrunt inter terminos Zabas et Lubitow iterum in Plonam. Item confirmamus eisdem fratribus Trebene cum foro libero et grangiam Trebene, Dolitz, Doberpul, mediam villam Valkenberg, Sandow, Schonenwerder, Hoghenwolde, Samentin cum stagno Sovin, quarum termini sunt: a Trebene versus Repelin in stagnum, quod dicitur Stuk. Inde recurrunt per directum ad montem longum, qui adiacet Nirebe, abhinc super stagnum Bricena et sic usque ad fossatum, quod est inter Cluken et Sovin, de fossato per solitudinem super rivulum Zloniza, qui fluit in Ynam, et sic per descensum Yne ex altera parte ad arbores pomiferas. Inde recurrunt in stagnum Bricena et sic ad rubum Diadunker, de rubo autem super paludem Smardowi et sic per mediam paludem usque in stagnum Glanbuk. Inde recurrunt per directum super monticulos Smineromogola, abhinc usque ad rivulum Butniza, qui fluit in Ynam, et de Yna usque in dictum stagnum Stuk. Item confirmamus eis Warsin et Lascow cum terminis suis, Lucovcedeliz, que nunc Kercow dicitur, cum sexaginta mansis, Sontocyn et Dolsow cum terminis ipsarum, Gogholow cum terminis suis, in terra Colbergensi villam Cutsenow cum tugurio salis, insuper quinque marcas denariorum annuatim in moneta Stetin. Item confirmamus eisdem fratribus Plonam esse liberam ab ortu suo usque in stagnum Dambe, ita quod nullus in meatu ipsius aque molendina seu alia edificia edificare presumat nec in rivulo, qui fluit de stagno Colpin, que vergi possint in ipsorum preiudicium et gravamen, insuper piscacionem in stagno Medui et in stagno Dambe et in omnibus locis, que ad nos in presenti pertinent, ubicunque cum maiori vel minori sagena ad proprios usus, sicud in privilegiis patris nostri domini Buguzlai seu avi nostri domini Barnym vel aliorum progenitorum nostrorum plenius continetur, confirmamus in perpetuam possidendam et duas capturas angwillarum[4]) inter Cedelin et Dambe. Eciam si in dicta civitate Dambe plures ecclesie edificate fuerint, ipse sicud antiqua iure patronatus ad Colbacense monasterium pertinebunt. Ceterum si dicti monasterii possessiones villas quandoque in futurum aliis nominibus appellari contigerit, ex hoc dicti monasterii fratribus nolumus preiudicium generari. Si eciam in antedictis possessionibus plures ville edificate fuerint, in ipsis, sicud in antiquis, ius proprietatis et plenum dominium obtinebunt. Insuper vendicionem proprietatis villarum Clutz, Belcow, Kubelanke predictis fratribus a dilecto nostro patruo domino Ottone, duce Stetinensi, factam et distinccionem in deserto seu in merica Golnow factam et assignatam, sicud in privilegiis ipsorum continetur, ratificamus et presentibus confirmamus. Preterea ob salutem anime[5]) nostre nostrorumque progenitorum has predictas possessiones et si quas alias habent iam dicti monasterii fratres in privilegiis vel instrumentis patris nostri domini Buguzlai seu avi nostri domini Barnym vel proavi nostri domini Buguzlai iunioris vel attavi nostri domini Buguzlai senioris vel eciam consangwineorum[6]), cognatorum vel affinium nostrorum, videlicet Wartizlai, Kazemari, Swantobori, Bartholomei et aliorum expressas, donatas vel confirmatas cum omnibus terminis suis et eis, que infra ipsos continentur, scilicet in opidis et foris ipsorum villis, agris,

terris, nemoribus, silvis cultis et incultis, usuagiis, pratis et pascuis, in busco et plano, in fluminibus, rivulis, stagnis, aquis, piscacionibus, molendinis, ferrifodinis et cuiuslibet generis metalli vel minere, in viis et semitis, cum omni iure et utilitate, que nunc est et in futurum haberi poterit, dicti monasterii fratribus de Colbas iuste proprietatis titulo perpetuo possidendas benigne confirmamus, renuncciantes pro nobis et nostris futuris heredibus omni excepcioni, que contra donacionem, concessionem, confirmacionem et oblacionem a nobis et nostris progenitoribus sive antecessoribus factam vel eciam empcionem posset fieri, et omnibus excepcionibus realibus et personalibus loci, temporis, facti, iuris canonici et civilis et omnibus aliis excepcionibus, que nobis nostrisque futuris presentibusque heredibus prodesse possent et obici contra memoratos de Colbas fratres sive contra nostra nostrorumque progenitorum privilegia vel instrumenta. Item prefati monasterii fratres et res et naves et annonam deducendam et, quicquid ad victum vel vestitum ipsorum per eos[7]) aut per interpositam personam emptum fuerit, et famulos eorum in omni dominio nostro a solucione thelonei fore perpetuo volumus exemptos et solutos. Item confirmamus eisdem et firmiter observari volumus, ut nullus iudicum aut officialium secularium rusticos et villanos ipsorum ad urbes edificandas seu aliquas alias seculares exacciones compellere presumat, sed sint ab omni onere servitutis exempti tam publico quam privato. Confirmamus eciam eisdem fratribus in bonis ipsorum advocaciam liberam, iudicia maiora et minora per suos yconomos vel advocatos exercenda, et scabinos, qui vulgariter lantschepen dicuntur, pro ipsius ecclesie iuribus defendendis in ipsa abbacia vicissim vel simul pro voluntate sua instituant seu eciam dictante racione destituant et alios substituant et institutos perpetualiter habeant et conservent. Sclavi[8]) vero, si qui sub ecclesiam predictam se transferre voluerint, dummodo ipsis, a quibus recesserint, certitudinem fecerint, a qualibet vexacione indebita liberos permittimus ab omnibus et exemptos. Item omnia molendina, videlicet que nunc est in civitate Dam et que foris sunt et si qua in futurum constructa fuerint, eisdem de Colbas fratribus cum omni iure esse liberam perpetuo confirmamus. Preterea omnes immunitates et libertates, quas iam dicti fratres in Colbas habere dinoscuntur in privilegiis patris nostri dilecti domini Buguzlai seu patrui nostri domini Ottonis, ducis Stetinensis, et aliorum progenitorum nostrorum, ipsis perpetuo confirmamus. Ut autem hec nostra donacio seu confirmacio a nobis et nostris successoribus et heredibus observentur perpetuo presentes litteras inde conscribi iussimus et nostri appensione appensione sigilli fecimus communiri. Testes vero predictorum sunt dominus Conradus, decanus Caminensis, dominus Nicolaus de Swanenbeke, canonicus ecclesie eiusdem, Iohannes Bere, noster marscalcus, Theodericus Luchto senior, Iohannes Bere iunior, Ludulfus de Massow, Hinricus Bruseken, Hinricus Mossin, milites, et alii quam plures fide digni. *Datum caret.*

1) dei gracia fehlt. Matr. 2) privilegio. Matr. 3) suis. Matr. 4) agwillarum. Matr. 5) anime fehlt. Matr. 6) consagwineorum. Matr. 7) pertinet statt per eos. Matr. 8) Slavi. Matr.

Nach der Colbatzer Originalmatrikel Bl. 71 v Nr. 223.

2817.

1313 Juli 13 Camin.

Ritter Heinrich von Wacholtz und seine Frau Elisabeth schenken das Gebäude, das sie im Garten des Dominikanerklosters zu Camin erbaut hatten, dem genannten Kloster nach ihrem Ableben zu Eigentum und erwählen sich ihre Begräbnisstätte in dem Kloster.

Universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, dominus Henricus miles dictus de Wacholt et uxor sua domina Elizabeth salutem in domino salutarem. Cuncta hominum negocia, ne per posteros adnullentur, necessarium est in litteris necnon testibus ydoneis trahere firmitatem. Propter hoc noscant presentes et futuri, quod nos de unanimi omnium nostrorum heredum consilio, consensu pariter et assensu omne edificium, quod in orto et intra septa fratrum predicatorum in Camin speciali eorundem gracia et licencia de nostris sumptibus construximus, iam dictis fratribus post mortem nostram pure propter deum ac elemosinarum racione ac nostrarum animarum parentumque nostrorum salubri remedio erogavimus, ita ut iam dictum edificium ex toto et integro sepedicti fratres nullo[1]) hominum contradicente possint in usus suos et utilitates quascumque convertere libere ac secure. Quem vero ex nobis duobus alteri supervivere domino disponente contigerit, et hic forsan aliquo casu seu eventu alias ad manendum se vellet recipere et a dicto loco se transferret, extunc predictum edificium alicui vendere vel pro aliquo loco conmutare vel aliquibus aliis quibuscunque personis ad inhabitandum concedere seu precio exponere nullam penitus habeat potestatem, sed statim, ut supra positum est, dicti fratres circa hoc habeant posse integrum facere quicquid placet. Insuper cum mors sit generalis omnibus atque certa, hora vero et qualitas specialis et incerta, nos imo tamquam confratres et familiares ad omnia suffragia supradicti ordinis, tuicionem defensionemque secundum privilegia eisdem a sede apostolica indulta misericorditer recepti apud eosdem, ubicunque vel quomodocunque mori contigerit, sepulturam nostram ecclesiasticam sana mente sanoque consilio rite elegimus, hanc ipsam electionem secundum extremam voluntatem nostram declarantes eciam in hiis scriptis. Testes sunt honorabiles viri domini Hildebrandus, ecclesie Caminensis prepositus, Iohannes de Wacholt, filius noster, Reymarus de Wacholt, eiusdem ecclesie canonici, Arnoldus, filius noster, et quam plures alii fidedigni. In premissorum validum testimonium sigilla dominorum Hildebrandi prepositi, Iohannis de Wacholt, filii nostri, et nostrum presentibus sunt appensa. Datum Camin anno domini M° CCC° XIII°, in die beate Margarete virginis.

[1]) nulli. Orig.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Stettin s. r. Stadt Camin. Drei Siegel an Pergamentstreifen fehlen. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1245.

2818.

1313 Juli 19 Gützkow.

Graf Johann II. von Gützkow, genehmigt den Verkauf des Dorfes Pätschow durch den Bischof Burchard von Lübeck an das Kloster Stolp.

Nos Iohannes dei gracia comes in Guzekowe universis presencia visuris notum facimus et tenore presencium publice protestamur, quod nos empcionem racionabiliter factam, nostro mediante consensu, inter venerabilem patrem dominum Borchardum, ecclesie Lubicensis episcopum, suumque capitulum ibidem necnon religiosum virum dominum Rodolfum, abbatem in Stolp, eiusque conventum, ordinis Cysterciensis, Camminensis dyocesis, super villa Pezekowe dicta in nostra territorio sita, tam in proprietate quam in redditibus atque iuribus universis ad dictam villam pertinentibus, sicuti dictus episcopus atque Lubicense capitulum quiete atque pacifice possederunt, ratam et gratam, sicuti in privilegiis dicti episcopi atque capituli Lubicensis ab eisdem monasterio Stolpensi integraliter resignatis, nichil sibi iuris in prefata villa reservando

tam ex parte nostri quam heredum nostrorum presencium atque futurorum, plenius continetur, sumus perpetualiter habituri. Hanc igitur empcionem superius prelibatam ob dei reverenciam et amorem nostrorumque progenitorum pie memorie salutem et ob favorem, quo dictum locum Stolp atque ordinem Cysterciensem gracia amplectimur speciali, per presentes sub appensione atque testimonio nostri sigilli inviolabiliter confirmamus a nemine, quia prefatam ecclesiam Stolp cum hominibus dicte ville Pezekowe in nostram recepimus protectionem specialem, quoquomodo infringendam[1]). Datum anno domini M° CCC° XIII° in Gutzekowe, proxima V^{a} feria ante festum beate Marie Magdalene.

[1]) infringendum. Orig.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Stettin s. r. Kl. Stolp Nr. 39. Das Siegel am Pergamentstreifen fehlt. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1236.

2819.

1313 Juli 22 Stralsund.

Bertold und Heinrich Zitterpenning vergleichen sich mit der Stadt Stralsund wegen der Wasserstauung in Zitterpenningshagen.

Universis audituris presencia vel visuris Bertoldus et filius suus Hinricus dicti Citterpenning cum ceteris suis filiis et heredibus salutem in domino sempiternam. Serie presencium manifeste recongnoscimus et testamur, quod omnia dampna et omnes cause resultate et habite inter consules et totam communitatem civitatis Stralessund, parte ex una, et nos ac nostros universos heredes et successores, parte ex altera, de obstauracione aquarum nostros undique tangente partes et terminos in Citterpenninggeshagen sunt amicabiliter conposite et per nostram ac nostrorum benivolam admissionem finite et perpetualiter in hunc modum terminate, quod dicta civitas in perpetuum possidebit eiusdem aque obstauracionem undique campos nostros et terminos ville Citterpenninggeshagen tangentem secundum altitudinem et mensuram singnorum nunc evidenter in lingnorum phalis ibidem existencium, que inquam singna sive phali, si defecerint, possunt et debent sub eadem altitudine et mensura, quociens et ubi necesse fuerit, licite renovari. Sed, si per nimiam pluvie seu nivis inundacionem efficitur obstauracio ultra singna ibidem posita circa quantitatem unius medii pedis, illa non amplius quam ad cursum quatuordecim noctuum perdurabit. In cuius rei firmitatem perpetuam sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno domini M° CCC° XIII°, in die Marie Magdalene, in Stralessunt civitate.

Nach dem Originale im Ratsarchive zu Stralsund (Schr. III Schiebl. 14). Die Siegel fehlen.

Gedruckt Fabricius IV 2 S. 27 Nr. CCCCXXXVI (650).

2820.

1313 Juli 24 Greifswald.

Herzog Wartislaw IV. transsumiert die Urkunde Herzog Bogislaws IV. von 1301 Juni 15 für Demmin.

In nomine domini amen. Nos Wartizlaus dei gracia Sclavorum, Cassubie et Pomeranie dux universis presencia visuris seu audituris recognicione publica protestamur, nos preamantissimi patris nostri, domini ducis Bugzlai recordacionis beate, litteras vero suo sigillo sigillatas, non

abolitas, non rasas, non suspectas nec in aliqua parte sui viciatas vidisse et audivisse in hec verba — — — (Folgt Urkunde von 1301 Juni 15, Pomm. Urkundenbuch IV S. 16 Nr. 1992.) — — — Nos itaque Wartisclaus prenominatus preamantissimi patris nostri pie memorie prenotati factum gratum et ratum habituri ratificamus in hiis scriptis et in nomine domini pro[1]) nobis et nostris coheredibus confirmamus. Ne autem alicui dubium oriatur de premissis et ne a posteris maliciose infringatur, presens scriptum dedimus sigilli nostri robore conmunitum. Huius autem confirmacionis et facti testes sunt Henninghus Bere, Wernerus et Sabellus Lepel, Io(hannes) Scolentin, milites, et alii plures fide digni. Datum et actum Gripeswolt anno domini M° CCC° XIII, in vigilia beati Iacobi apostoli.

[1]) pre. Orig.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Stettin s. r. Dep. Stadt Demmin Nr. 19, mit dem beschädigten roten Wachssiegel des Ausstellers am Pergamentstreifen. Abschrift in der Matricula privileg. civit. Demynn ebendaselbst Nr. 168.

2821.

1313 Juli 27 Sankow.

Graf Günter von Käfernburg meldet dem Bischofe Andreas von Posen, daß er dem Posener Domherrn Michael einen Termin zu einer Zusammenkunft mit Heinrich von Liebenow zwecks Festsetzung der Grenzen von 200 Hufen im Lande Deutsch-Krone angegeben habe.

Venerabili in Christo patri domino Andree, Poznaniensi episcopo, Guntherus dei gracia comes de Kevernberg ad quevis beneplacita promotionem firmam et servitium semper promptum. Noveritis, quod assignavimus domino Michaeli, vestro nunctio, canonico ecclesie Poznaniensis, terminum et diem, videlicet primam feriam sequentem post nativitatem beate virginis, conveniendi ipse vel alius seu alii nomine vestro cum Heynone de Lyvenow, milite ac nostro vasallo fideli, limites, metas aut distinctiones ducentorum mansorum in terra nostra Arnescrone cum omnibus iuribus suscipiendi, distinctiones videlicet sic nominatas: a via marchionis usque trans flumen Plitenys, ulterius trans flumen Scarnazstroge, eandem viam ulterius super flumen, quod dicitur Chudda, inter ista duo flumina, Plitenys et Chudda, ducentos mansos possidendi in agro, qui dicitur Gelynyek, capiet vel capient nomine vestro. In cuius testimonium presentes vobis mittimus nostro sigillo roboratas. Datum Sankow anno domini MCCCXIII, feria VI. post Iacobi apostoli.

Nach dem Liber privilegiorum B Nr. 42 im Domkapitelarchive zu Posen.

Gedruckt Cod. dipl. maj. Pol. II S. 305 Nr. 960.

2822.

1313 um August 1.

Der jüdische Lederhändler Heseke erneuert die Miete des Hauses des St. Georg-Hospitals zu Greifswald in der Rotgerberstraße für zwei Pfund, bezw. für jährlich fünf Mark.

Heseke Iudeus, setarius, convenit sancti Georrii domum, in qua nunc est, ad tempora sue vite et dabit pro ea II talenta termino paschali et Michahelis. Si vero in dicta domo vel hereditate aliquid edificaverit vel melioraverit, ipso Iudeo mortuo, ad dictam domum beati Georrii cum hereditate predicta sine inpeticione aliqua reverretur.

Heseke Iudeus, setarius, convenit sancti Georrii domum, in qua[1]) nunc est, ad tempora sue vite et dabit pro ea quolibet anno quinque marcarum redditus termino paschali et Michahelis. Si vero medio tempore in dicta hereditate aliquid edificaverit vel melioraverit, ipso Iudeo mortuo, dicta hereditas cum toto edificio ad sepedictam domum beati Georrii sine inpeticione cuiusquam inperplexa reverretur. Actum anno predicto ad vincula beati Petri.

[1]) qua fehlt. Stadtbuch.

Nach dem ältesten Greifswalder Stadtbuche (Liber memorabil. XIV) Bl. 40 v.

Vergl. Bd. IV S. 261 Nr. 2341.

2823.

1313 August 4 Alt-Kalen.

Bischof Heinrich von Camin und Fürst Nikolaus II. von Werle schlichten einen Streit zwischen dem Domkapitel zu Güstrow und der Stadt Güstrow.

In nomine domini amen. Nos Hinricus dei gracia episcopus ecclesie Caminensis et Nycolaus eadem gracia dominus de Werle universis presencia visuris vel audituris cupimus esse notum, quod, cum nuper inter viros honorabiles dominos Hinricum, prepositum, Iohannem, decanum, et capitulum Gustrowensis ecclesie, ex una, et consules ac commune civitatis Gustrowe, parte ex altera, esset super articulis infranotatis suborta materia questionis, huiusmodi controversia de utriusque partis consensu libero nobis mediantibus et auctorizantibus per amicabilem composicionem taliter est finita. Primo dicti consules annonam ecclesiasticam sive mensalem, que vulgariter missekorn dicitur, de agris ville Tebezin, que se extendit ad quinque modios siliginis et sex modios avene, eisdem preposito, decano et capitulo annis singulis in festo beati Michaelis expedite et integraliter erogabunt. Item dicti prepositus, decanus et capitulum porcionem canonicam de emolimento in pecunia seu quibuslibet rebus aliis consistente, quod ad sanctorum ymagines, truncos seu tabulas in parrochia Gustrowensi per Christi fideles, quomodolibet oblatum fuerit, debent quiete percipere secundum modum, quem nos Hinricus predictus, episcopus Caminensis, in litteris nostris patentibus duxerimus exprimendum. Preterea domum, in qua lateres decoqui et fieri consueverunt, quam hactenus eciam habuerunt cum gleba in lateribus coquendis, vendendis, structuris faciendis et in alios usus sue ecclesie Gustrowensis et proprios convertendis, iidem prepositus, decanus et capitulum Gustrowensis ecclesie perpetuo libere possidebunt. Ceterum in curia, in qua nunc Rodolphus miles dictus Barolt suam habitacionem constituit, sita in angulo platearum, quarum una protenditur versus stupam, alia versus plateam, que vocatur domstrate, nichil iuris antedicti consules sibi penitus vendicabunt, cum prefata curia cum suis attinenciis ad ius et proprietatem Gustrowensis ecclesie pleno iure pertineat et ab onere quolibet civili immunis esse debeat. Que quidem immunitas una cum prefata domo laterum a prefatis preposito, decano et capitulo per iurisiurandi prestacionem, dictis consulibus presentibus et consencientibus, racionabiliter est obtenta, hoc tamen adiecto, quod, qui in iam dicta curia pro tempore habitaverit, duas libras cere pro honore omnipotentis dei ad ecclesiam conventualem Gustrowensem annis singulis iugiter ministrabit. Item memorati canonici Gustrowenses privatam piscaturam in stagno Gothowe debent habere, prout in privilegio super hoc confecto plenius continetur. Item statutum per dictos consules editum de numero

feminarum tempore purgacionis mulierum invitandarum publice revocabunt et nullo unquam tempore dicti consules statutum huiusmodi renovabunt nec in posterum[1]) similia edent statuta, que in libertatem ecclesiasticam possunt aliquatenus redundare. Insuper, ut memorata composicio inviolabiliter observetur, eam quadam pene adiectione duximus vallandam, videlicet si aliquis clericus huiusmodi composicionem, quod absit, infregerit vel aliquem civium verbo vel facto offenderit, secundum excessus sui quantitatem per suum iudicem punietur, si vero aliquis civium premissam ordinacionem violaverit aut contra clericum verbo vel facto dereliquerit, consules, postquam eis hoc innotuerit, ipsum acriter punire debebunt in tantum, ut appareat eos de excessu huiusmodi doluisse et quod tali pena dictante ceteri a similibus arceantur. Quod si neglexerint, ipsi consules rei pro reatu excessus huiusmodi habebuntur, delinquens vero in potestate dominorum terre Gustrowensis erit iuxta eorum arbitrium puniendus, salvo tamen iure ecclesiastico clericis eiusdem civitatis Gustrowe, si, quod absit, excessuum merita hec requirant. Huius siquidem ordinacionis seu composicionis testes sunt honorabiles viri Hinricus, prepositus Gripeswaldensis, Thidericus, archidiaconus Soldinensis, Hinricus de Rokeniz et Wizlaus, canonici ecclesie Colbergensis, Nycolaus, plebanus in Swichtenberghe, Everhardus[2]), capellanus nostri Nycolai predicti domini de Werle, Bernardus de Belin senior, Hinricus Vos de Stovenhaghen, Hinricus Vos de Demmin, Iohannes de Havelberghe et Iohannes de Zapekendorpe, milites, et alii quam plures fide digni et ad hec vocati specialiter et rogati. Ut autem omnia et singula premissa rata et inconvulsa in perpetuum permaneant, sigilla nostra una cum Gustrowensis capituli et civitatis Gustrowensis sigillis presentibus litteris sunt appensa. Actum in Olden-Kalant anno nativitatis dominice M° CCC° tercio decimo, in crastino invencionis sancti Stephani prothomartyris.

[1]) postrum. Dipl. [2]) Evehardus. Dipl.

Nach dem Diplomatarium Gustrowense Bl. 38 Nr. XLVIII im Hauptarchive zu Schwerin.

Gedruckt Thiel, Beschreibung der Güstrowschen Domkirche Beil. N; Meklenb. Urkundenbuch VI S. 44 Nr. 3636.

2824.

1313 August 14 Werbellin.

Markgraf Waldemar von Brandenburg gibt dem Kloster Dargun einen Schutzbrief.

Woldemarus dei gracia Brandenburgensis, Lusacie et de Landesbergh marchio tutorque incliti principis Iohannis, marchionis Brandenburgensis, universis Christi fidelibus, ad quorum asspectum pervenerit presens scriptum, salutem et desiderium omnis boni. Omnium interest ea, que ad tranquillitatem spectare noscuntur et pacem, piis prosequi affectibus et pravorum conatibus obviare. Cum non nisi pacis tempore bene coli soleat pacis auctor, et maxime id hii exequi teneantur, quos supernus dispositor aliis preficere dignatus est sua ineffabili providencia, gladium ipsis tradendo, potestatis in signum, ut, quos dei timor a malo non revocat, severitas saltem iudicialis valeat cohercere, inde igitur est, quod nos attendentes, quam sit in omnipotentis oculis laudabile quamque apud homines sit acceptum, predictum opus pacis nunc prece, nunc minis propugnare, ut eo celebrius pacis serviatur auctori, et huiusmodi servitutis studium ipsi pacis auctori exhibendum maxime religiosis insidere consueverit personis, que propria abdicando se et sua domino dedicarunt, ad instanciam devotarum in Christo personarum,

abbatis et conventus in Dargun, ordinis Cisterciensis, ad precesque capituli generalis litteraliter nobis latas dicti ordinis, quem pre ceteris ordinibus sincere prosequcionis officio veneramur, abbatem, ipsum conventum, proprietates, homines et bona monasterii Dargunensis habita et habenda in nostram collegimus et presentibus colligimus litteris protectionem singularem, ipsos et sua alis firme securitatis nostre propter deum sincere ac fideliter supponentes, mandantes vobis, qui nostre estis dicioni dediti, sub virtute nostri favoris et gracie, ut dictum monasterium, personas et bona cum favore, promocione et diligencia pertractetis, de honore et commodo sibi providendo et de perversorum insultibus precavendo; ceteris quoque nostro dominio non subiectis sincera instancia supplicantes, ut predictis monasterio, personis et bonis promocionis et favoris affectum pro nostra reverencia fideliter inperciamini, pro firmo tenentes, quod ipsorum commoda, que ipsis inpensa fuerint, nobis reputabimus fieri, iniurias[1]) vero et incommoditates, si que ipsis, quod absit, inferri contingat, inultas pertransire nullatenus paciemur. In cuius nostre gracie ipsis indulte stabilitatem firmam et evidenciam singularem presentes litteras ipsis dari iussimus, nostri sigilli robore communitas per infinita seculorum tempora valituras. Datum Werbelin anno domini M° CCC° XIII°, in vigilia assumpcionis beate Marie virginis gloriose.

[1]) iniuria. Cod.

Nach dem Codex Rugianus Bl. 49 v Nr. 140; Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1233.

Gedruckt Riedel, Cod. dipl. Brand. II 1 S. 493 Nr. 590; Fabricius IV 2 S. 9 Nr. 651 (Reg.); Meklenb. Urkundenbuch VI S. 49 Nr. 3639.

Die Urkunde ist nur aufgenommen, weil sie im Codex Rugianus überliefert ist.

2825.

1313 August 23 Stettin.

Herzog Otto I. schenkt dem Nonnenkloster vor Stettin Ungeld, Getreide- und Geldbede, Steuern, ethepenninge, Wagendienst und alle anderen bäuerlichen Dienste in den Dörfern Güstow, Bornimslow, Pomellen, Colbitzow, Pritzlow, Warsow, Zabelsdorf, Frauendorf, Züllchow, Bollinken, Bredow, Wahrlang, Rosow, Schönfeld, Roderbeck, Stöwen, Ladenthin, Radekow, Damitzow, von zwei Hufen in Stolzenhagen, acht Hufen in Pinnow, vier Hufen in Reinkendorf, zwei Hufen in Tantow, drei Hufen in Krackow, acht Hufen in Daber, und von allen ihren Mühlen.

In nomine domini amen. Otto dei gratia Slaviae, Cassubiae et Pomeraniae dux omnibus in perpetuum. Expedit re vera et cautum est summopere, ut pii actus principum testibus idoneis et scriptis autenticis roborentur, ne oblivionis scrupulo aliquociens dediti malitiose per posteros impugnentur. Quamobrem scire volumus tam posteros quam praesentes, quod ob reverentiam omnipotentis dei et suae matris Mariae semper virginis et ob animarum parentum et praedecessorum[1]) nostrorum salutem dilectis nobis in Christo abbatissae et conventui sanctimonialium monasterii Stetinensis[2]) dedimus, donavimus, appropriavimus et perpetue confirmantes in praesentibus assignamus omne nostrum ungheldum, praecariam videlicet tam frugum quam denariorum, talleas et exactiones et denarios, qui ethepenninge dicuntur, cum servicio curruum et universis caeteris serviciis rusticalibus, quocunque nomine censeantur, et cum omnibus emolimentis, quae nobis et nostris successoribus derivari possent de villis Gustow, Berenzlaw, Pomelle, Colbatzkowe, Priszlaw, Warsow, Sabelstorp, Frowendorp, Sylichow, Boldyn, Bredow, Warlanke, Rosow, Schonenvelde, Roderbeke, Stobe[3]), Lodentyn, Radekow et Damesow et etiam de duobus mansis, quos habent in Stoltenhagen, et de[4]) octo mansis, quos habent in villa Pinnow, et de quatuor mansis, quos habent in villa Reynekendorp, et de duobus mansis, quos

habent in villa Tantow, et de tribus mansis, quos habent in villa Crakow, et de octo mansis, quos habent in villa Dobere, et de molendinis omnibus dicto conventui adhaerentibus et de cunctis bonis aliis ad dictum conventum iure proprietatis pertinentibus, quae nunc habent et quae a nobis et nostris haeredibus et successoribus perpetue habere poterint in futurum, cum omni iure et libertate quiete, libere ac pacifice sine nostro ac nostrorum officialium qualicumque impedimento perpetuo possidenda, ita quod in villis et molendinis praedictis et suis terminis et cunctis bonis earum habitis et habendis nihil nobis iuris sive nostris successoribus, nisi tantum orationes dicti monasterii, reservamus. Cum autem illustris princeps dominus Barnim, quondam dux Stetinensis, noster genitor praedilectus, praedicti monasterii fundator, piae recordationis, omnia et singula bona, cum quibus praedictas sanctimoniales appropriaverat, tali devota intentione perpetuavit et suis perpetuis literis confirmavit, quod libertatem et tranquillitatem in bonis suis perpetue sibi datam sua posteritas infringere non deberet, sed magis circa ea pia gestans viscera ipsis in suis indigentiis subveniendo larga manu assisteret et suis auxiliis et maturis consiliis ipsis in necessitatibus fideliter adhaereret. Nos igitur hoc animadvertentes, pii patris nostri ex intimo cordis affectu cupientes sequi vestigia et suam[5]) implentes in hoc, in quantum poterimus, voluntatem[5]) omnia et singula bona praedicta, cum quibus praedictae sanctimoniales fundatae seu appropriatae existunt, non ea minuendo, sed semper augmentando, ne libertas, quam nos et noster pater praefatus[6]) ipsis sanctimonialibus in dictis suis bonis dedimus, ab aliquibus imposterum infringatur, perpetue duximus confirmandam, unde haeredes et successores nostros cum instantia petentes, ne moniales saepedictas et simplices Christi ancillas die noctuque deo iugiter famulantes in praedictis bonis, quae deo et gloriosae virgini Mariae matri suae cum magna devotione obtulimus et, cum quibus fundatae et[7]) appropriatae sunt, per se seu per suos officiales et satellites molestare praesumant, sed potius ea semper magis ac magis ampliantes et suis literis autenticis ulterius confirmantes, libertatem praefatam inviolabiliter observare, hoc oculis cordis notabiliter inspicientes, quod semper virgines sunt et virtute perpetuae castitatis praecinctae et soli deo desponsatae, sibimetipsis nullum iuvamen praestare valentes et ab earum bona infestantibus se personaliter nequeunt defensare. Necessarium itaque est, ut speciali defensione respiciantur et a cunctis deum diligentibus et praecipue a terrarum principibus protegantur, quia ita omnium bonorum operum[8]), quae in praedicto monasterio perpetue peragentur[9]), fiant[10]) participes et remuneratione divina aeterna adipiscentes praemia cum sanctis beatitudinem perpetuam perhenniter valeant possidere. Item si de bonis memoratis sanctimonialium per nos et nostros antecessores[11]) deo devote oblatis quibusdam aliis personis quiddam contulimus seu nos et nostri successores per quorundam petitiones excitati, ut de eisdem bonis aliis personis adhuc quiddam forsitan conferemus, hanc quippe collationem revocamus, cassamus, irritamus, inanem et irritam nunciamus et eam nullius omnino existere firmitatis. Caeterum si nos et nostri haeredes et successores per totam terram nostram generalem praecariam de bonis collatis et non collatis universaliter duximus[12]) intimandam, volumus et perpetue confirmando et observando statuimus, ut bona monialium praedictarum ab huiusmodi praecaria et ab omni alia exactione, ut praemissum est, semper libera in perpetuum maneant et exempta, adiicientes etiam, quod, si qui ausu temerario praedicta bona impugnare incaeperint, libertatem, quam nos et nostri praedecessores[13]) praedictis sanctimonialibus dedimus, infringentes, ita quod angariationes vel in praecaria vel in qualicunque alia exactione seu quicquam molestiae ipsarum bonis inferre praesumpserint, hanc inquam exactionem non esse debitam, immo pro opere nefario et pro spolio reputamus. Officiales autem et ministri ipsarum

monialium hoc sentientes, spoliatores huiuscemodi[14]) et nostrae donationis violatores insecuti fuerint in civitates vel in castra vel[15]) in opida vel in villas seu in quemcumque[16]) locorum devenerint[17]), literasque libertatis praedictorum bonorum producentes[18]) et ostendentes autenticas iudicium et iustitiam sibi fieri postulantes, mandamus consulibus, burgensibus, castrensibus, opidanis et villanis[19]), qui ad hoc fuerint requisiti, ut cum summa diligentia sint parati iuris sufficientiam adversus spoliatores praedictos ipsis conquerentibus ordinare sive etiam ipsi actores in iure ecclesiastico sibi hoc fieri petierint vel civili, non excludentes illos, qui de bonis in praedictarum monialium proprietatibus illicite abstractis ratione persolutionis suorum debitorum scienter se intromiserint, ita quod sibi persolvi fecerint cum eisdem; tales enim pari et eadem paena puniendi sunt et audacter contra eos secundum praedictorum iurium exigentiam procedatur et fortiter angarientur[20]), donec praedictis sanctimonialibus pro violentia eis inflicta ac illata fuerit satisfactum, et hoc esse de iussu, consensu et de nostra licentia speciali coram cunctis praesentia intuentibus profitemur, praeterea si qui autem praedictis donationibus et appropriationibus nostris post discessum nostrum iure ecclesiastico vel civili per novas suorum iurium inventiones obstructive forte praesumerent contraire, praefatis haeredibus et successoribus nostris humiliter supplicantes, ut hoc nullatenus admittentes manu valida destruant cum potentia compescendo, ita ut simili modo ipsis forsan in suis actibus non contingat et, ne id idem post eorum discessum videatur suis donationibus perpetuis et appropriationibus obviari, quia huiusmodi rigorem quoad nostrae vitae tempora contra saepedictas donationes nostras et elemosinas adversantes decrevimus et in cordibus nostris statuimus firmiter et inpermutabiliter observandum, et sic actus et donationes principum et nobilium dominorum perpetuam habebunt permanentiam et a progenie in progenies sempiternaliter perseverent. Ad praemissorum evidentiam firmiorem praesens scriptum nostro sigillo[21]) duximus roborandum. Testes huius nostrae donationis sunt Henricus, abbas in Colbatz, Theodericus Luchto, noster marschalcus, Iohannes de Hindenborch, pincerna, Conradus de Elsholte, Wilhelmus Trampe, Gherardus de Bertekow, Iohannes et Wernerus dicti Bukeman, Rodolphus de Moringhe, Iohannes de Steynbeke, milites, Petrus de Brakel et Iohannes de Wossow, consules civitatis Stetin, et quamplures alii fide digni. Actum et datum Stetin anno domini MCCCXIII, in vigilia beati Bartholomaei apostoli.

[1]) progenitoribus. B. [2]) Stetin. B. [3]) Stoben. B. [4]) de fehlt. B. [5]) voluntatem in B hinter suam. [6]) praefatis. B. [7]) seu. B. [8]) operum fehlt. B. [9]) perageretur. B. [10]) fiunt. A. fuerint. B. [11]) progenitores et antecessores. B. [12]) duxerimus. B. [13]) progenitores et praedecessores. B. [14]) huiusmodi. B. [15]) vel fehlt B. [16]) seu quocunque. B. [17]) devenerunt. A. [18]) perducentes. A. [19]) opidanis, villanis et castrensibus. B. [20]) angariantur. B. [21]) nostris sigillis. B.

Nach dem Diplomatarium monasterii sanctimonialium Stetinensium (Adelung. Bibl.) Bl. XXXVI Nr. 23 (A). Abschrift im Staatsarchive zu Stettin: Stettiner Archiv P. I Tit. 63 Nr. 7 a Bl. 48. Bis auf die mit B verzeichneten Varianten, sowie Eingang, Zeugen und Datierung wörtlich gleichlautend ist die Urkunde der Herzoge Otto I. und Barnim III. von 1320 April 30 ebenda Bl. XXXVIII Nr. 24. Transsumt von 1334 April 4 (Zeugen und Datierung fehlen) ebenda Bl. XLVI a Nr. 29.

2826.

1313 August 26 Camin.

Bischof Heinrich von Camin transsumiert und bestätigt die Urkunde Fürst Johanns II. von Werle von 1311 November 28 für den Ritter Wulfing Schade.

Hinricus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus presencia visuris salutem in domino. Noveritis, nos litteras nobilis domini Iohannis de Werle non

abolitas, non cancellatas nec in aliqua sui parte viciatas recepisse in hec verba — — — (Folgt Urkunde von 1311 November 28, Meklenb. Urkundenbuch V S. 604 Nr. 3498.) — — — Nos itaque considerantes omnia et singula predicta racionabiliter ordinata ipsa grata et rata habentes auctoritate ordinaria in nomine domini presentibus confirmamus. In cuius evidenciam pleniorem nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum Camyn anno domini M° CCC° XIII°, dominica proxima post festum beati Bartholomei apostoli.

Nach dem Originale im Hauptarchive zu Schwerin s. r. Kl. Dargun. Abhangendes Siegel fehlt.

Gedruckt Meklenb. Urkundenbuch VI S. 52 Nr. 3643.

2827.

1313 August 26 Camin.

Bischof Heinrich von Camin trifft Bestimmungen über die Verteilung der Opfergaben in den Kirchen der Caminer Diözese.

Hinricus dei gracia Camynensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus salutem in perpetuo salutari. Cum clerus noster et consules seu provisores ecclesiarum tam civitatum quam villarum nostre dyocesis nos dudum angariassent questionibus infinitis de peticionibus, que per tabulas deportatas ab ipsis consulibus seu provisoribus fiunt in ecclesiis, et oblationibus seu elemosinis oblatis ad ymagines et ad truncos, quid et quantum cuiquam deberet et possit secundum iuris exigenciam derivari, habito tandem super eo maturo consilio cum capitulo nostre ecclesie Camynensis nostrisque prelatis universis, ut eorum altercationes seu disscensiones super istis finaliter decideremus, invenimus huiusmodi consuetudinem ab antiquo a venerabilibus in Christo patribus nostris predecessoribus per totam dyocesin Camynensem mandatam inviolabiliter observari: videlicet quod de petitionibus, que[1]) per tabulas fiunt a consulibus seu provisoribus aut ab aliis quibuscunque in civitatibus aut villis, in ecclesiis vel in cimiteriis aut quocunque loco, plebanus seu rector ipsius ecclesie in quinque festis principalibus, scilicet nativitatis Christi, pasche, penthecostes et uno festo beate virginis, quodcunque ipse plebanus seu rector ipsius ecclesie elegerit, et festo dedicationis ecclesie vel patroni secundum arbitrium ipsius plebani vel rectoris tollet medietatem, diebus vero apostolorum et omnibus aliis festis celebribus, diebus dominicis simplicibus tantummodo exceptis, terciam partem tollet, oblaciones autem, que offeruntur super ymagines et ad truncos positos seu positas in ecclesia, porticu vel cimiterio, ipse plebanus seu rector ecclesie equaliter dividet cum ecclesia et percipiet equa sorte, sed de truncis positis extra cimiterium, scilicet in plateis vel in campis, terciam partem habeat, quotiens ipsos contingerit aperiri, quos plebanus sua claudet sera et iurati ecclesie sua, ne suspicio aliqua sit utriusque. Verumptamen, quod in die et nocte parasceue offertur ad crucem vel in nocte et in die pasche, ipse plebanus vel rector ecclesie integraliter tollet, contradictione qualibet postergata; cera tamen et linum ad ymagines oblata vel oblatum pro luminaribus ecclesie reservetur. Consuetudinem itaque supradictam approbantes, singula ac omnia supradicta autoritate ordinaria una cum capitulo nostro ordinamus, instituimus et mandamus sub pena anathematis inviolabiliter observari. In cuius evidenciam pleniorem presens scriptum nostro et capituli nostri

sigillis fecimus communiri. Datum Camyn anno domini millesimo CCC° XIII°, dominica[2]) post Bartholomei apostoli proxima.

[1]) Fehlt. Matr. [2]) domina. Matr.

Nach Dregers Abschrift der Matrikel des Colberger Domkapitels (Loeper Mscr. 221) S. 38 Nr. 33.

Nach Clandrians Registratur der Güstrowschen Stiftsbriefe S. 332 im Hauptarchive zu Schwerin (Domstift Güstrow) gedruckt Meklenb. Urkundenbuch VI S. 52 Nr. 3642 (Reg.).

2828.

1313 August 29 Colberg.

Bischof Heinrich von Camin verleiht dem Colberger Domkapitel als Entschädigung für das ihm entzogene Dorf Dargetitz und den halben Zehnten in Runow den halben Zehnten zu Pustar, sechs Drömt Hafer aus Bizicker und die sechs Hufen der Feldmark Metlow bei Zernin zur Dotierung der beiden vom Domkapitel gestifteten Minorpräbenden, deren eine Busso, Pfarrer in Friedeberg, und die andere der Priester Hermann Plötz erhält.

Henricus dei gracia Camynensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus presencia visuris salutem in eo, qui est omnium vera salus. Ne res geste in oblivionem deveniant, presertim que divini iuris existunt, expedit, ut scripture testimonio roborentur. Hinc est quod presentibus recognoscimus et notum cupimus esse universis, quod nos villam Dargetiz sitam prope castrum nostrum Corlin, que cum fundo suo, proprietate, omni iure et utilitate ad honorabiles viros decanum et capitulum canonicorum ecclesie sancte Marie in Colbergh communiter, et decimam dimidiam in villa Runow, que ad eiusdem Colbergensis ecclesie prepositum spectaverant ab antiquo, abstulimus et castro adiecimus memorato, castellanorum ipsius castri villam et decimam predictas usibus deputantes. In restaurum vero decano, preposito et capitulo predictis dimidiam decimam ville Pustarze et sex tremodios avene in villa Byzicker et proprietatem campi dicti Metlow sex mansorum ville Cernin adiacentis dedimus de pleno consensu nostri capituli Camynensis. Verum prepositus, decanus et capitulum ecclesie Colbergensis sepedicti, nostro affectui contraientes [!], de novo duas pueriles prebendas in ipsorum ecclesia instaurarunt de voluntate nostra, quarum alteram cum dimidia decima sua in Pustarze, reliquam vero cum predictis sex tremodiis avene dotarunt, ad quarum unam dominum Bossonem, rectorem ecclesie in Vredebergh, ad alteram vero Hermannum sacerdotem dictam Plotze ad nostras preces in suos receperunt canonicos et in fratres, ita quod prefatis canonicis tempore suo ascensus sui ordine introitus ad maiores ipsius ecclesie prebendas pateat, sicut in ipsa ecclesia est hactenus observatum, hoc adiecto, quod, cum prefate prebende et ipsarum altera vacare contigerit modo quocunque, redditus prebende vacantis ad communia dicti capituli redeant, cum prefatis duobus canonicis in ipsorum creatione ius non misit creatum, quod et moritur ipsis defunctis. Ut autem huiusmodi nostra et dictorum canonicorum Colberghensium ordinatio, ut premissum est, rata permaneat et stabilis perseveret, presens scriptum dedimus[1]) nostro ac capituli Camynensis ecclesie sigillis communitum. Datum anno domini millesimo CCC° XIII, in die decollacionis Iohannis baptiste in civitate Colbergh.

[1]) dedimus fehlt. Matrikel.

Nach Dregers Abschrift der Matrikel des Colberger Domkapitels (Loeper Mscr. 221) S. 23 Nr. 24; Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1240.

Erwähnt Wachsen, Geschichte der Altstadt Colberg S. 411. Vergl. auch Urkunde von 1308 Januar 2, Pomm. Urkundenbuch IV S. 289 Nr. 2386.

2829.

[Nach 1313 August 29.]

Bischof Heinrich von Camin verleiht dem Colberger Domkapitel als Entschädigung für das ihm durch Bischof Hermann entzogene Dorf Darghetiz und den Zehnten in Runow den Zehnten zu Pustar, sechs Drömt Hafer aus Bizìker und die sechs Hufen der Feldmark Metelow bei Zernin zur Dotierung der beiden Minorpräbenden, deren eine Busso, die andere Hermann Plötz erhält.

Hinricus dei gratia Camynensis ecclesie episcopus universis, ad quorum noticiam presens scriptum pervenerit, salutem in domino. Ordo rationis exigit et consuetudo approbat, ut res geste rationabiliter, ne in oblivionem deveniant, scripturis autenticis roborentur. Hinc est quod universitati vestre notum esse cupimus per presentes, quod relatione fide dignorum informati sumus et instructi, quod bone memorie dominus Hermannus, episcopus Camynensis, predecessor noster, villam Darghetiz cum omni iure et proprietate ac decimam ville Runow, que ad capitulum et ad canonicos ecclesie Colbergensis spectabant ab antiquo, eisdem canonicis et ecclesie Colbergensi abstulit et opido nostro Corlin addidit et adiecit, nulla recompensatione dictis canonicis et ecclesie Colbergensi facta de premissis. Verum prepositus, decanus et capitulum prefate ecclesie Colbergensis nobis frequenter ac intente suis precibus institerunt, quod nostre et predecessoris nostri Hermanni animarum salutis memores essemus, ut eisdem ac ecclesie sue restaurum aliquod competens de villa et decima predictis facere dignaremur. Attendentes itaque, quod is, qui alteri in honore succedit, ab onere non videtur supportari, volentes igitur saluti tam nostre quam dicti Hermanni predecessoris nostri animarum consulere, de consensu et voluntate prepositi, decani ac capituli nostre ecclesie Camynensis preposito, decano et capitulo ecclesie Colbergensis in restaurum ville et decime sepememoratarum[1]) decimam in villa Pustars et sex tremodios avene in villa Byzicker et proprietatem campi sex mansorum dicti Metelow siti inter villam Cernyn et villam Bartin dedimus et assignavimus perpetuis temporibus libere possidendos. Preterea prepositus, decanus et capitulum sepememorate ecclesie Colbergensis ad voluntatem et ad instanciam nostram dominum Bossonem et dominum Hermannum dictum Ploz in suos canonicos ac in fratres receperunt, eisdem duas pueriles prebendas in ipsorum ecclesia faciendo, deputantes domino Bossoni sex tremodios avene in villa Byzicker ac dicto domino Hermanno decimam in Pustars nomine prebendarum suarum annuatim percipiendos. Cum autem prefatus Bosso per adoptionem et consuetudinem ascensus ecclesie Colbergensis maiorem prebendam consecutus fuerit in eadem, vel cum predicta sua minor prebenda per obitum sive per renunctiationem ipsius aut alio modo vacare contigerit, dicte sex tremodii avene ad dictorum canonicorum Colbergensium communia devolventur. Similiter cum prefatus Hermannus maiorem prebendam in dicta ecclesia Colbergensi consecutus fuerit aut alio modo minor sua prebenda vacaverit, premissa decima in Pustars ad prefatos canonicos et ad capitulum modo simili devolvetur, premissas vero minores prebendas aut alterutram earum modo predicto exnunc prout extunc annullamus et prebendas decernimus fore nullas. In cuius rei testimonium sigillum nostrum et capituli nostri presentibus sunt appensa.

[1]) sepememoratis. Matrikel.

Nach Dregers Abschrift der Matrikel des Colberger Domkapitels (Loeper Mscr. 221) S. 88 Nr. 62.

Vergl. Riemann, Geschichte der Stadt Colberg S. 187.

2830.

1313 August 30 Stettin.

Herzog Otto I. verleiht dem Peter von Brakel die Kahnfischerei zu Altwarp.

Otto dei gratia dux Slavorum universis praesentium inspectoribus salutem in eo, qui est verum omnium salutare. Perit memoria eorum, quae geruntur, nisi perhennentur literalibus instrumentis. Noscant itaque tam praesentes quam posterae nationes, quod nos fideli nostro Petro dicto de Brakel eiusdemque legitimis haeredibus natis ac nascituris contulimus iusto iure pheudali piscem in antiqua Warpe, qui kanevisch dicitur in vulgari, una cum caeteris pertinentiis ad iudicium ibidem spectantibus in possessionem perpetuam, pacificam et quietam. Ne igitur contra hanc nostram collationem contingat quempiam in futurum malignari, nos antedictis Petro et suis haeredibus praesens scriptum cum appensione nostri sigilli duximus largiendum. Huius rei testes sunt dominus Ulricus et dominus Iohannes dictus Polene, nostrae curiae capellani, Iohannes dictus Witte, noster notarius, Lambertus de Wedele, Hinricus de Pokelent, Henningus de Steinbec, Conradus Flamingus, milites, et plures alii fide digni. Datum Stetin anno domini millesimo CCC° tercio decimo, in die sanctorum Felicis et Adaucti martirum beatorum.

Nach der Abschrift in der „Registratur Adam Wussowen Lehen und Briefe" Bl. 36 im Staatsarchive zu Stettin (Stettiner Archiv P. I Tit. 57 Nr. 15).

Gedruckt v. Wedel, Urkundenbuch zur Geschichte des Geschlechts von Wedel II 1 S. 68 Nr. 116 (Reg.).

2831.

1313 September 1 Colberg.

Bischof Heinrich von Camin dotiert die vom Colberger Domkapitel gestiftete Minorpräbende mit zehn Mark Rente aus dem Dorfe Biziker, die der bischöfliche Notar Burchard und bei eintretender Vakanz das Domkapitel erhalten soll.

Hinricus dei gratia episcopus Camynensis universis, ad quorum noticiam presens scriptum pervenerit, salutem in domino. Ne res gesta, que divini nominis cultum respicere dinoscitur, deveniat in oblivionem, expedit, ut scripture testimonio roboretur. Hinc est quod notum esse cupimus per presentes, quod de voluntate Frederici, prepositi, Gofridi [!], decani, et capituli Colbergensis ecclesie, instaurando in eadem ecclesia puerilem prebendam, de novo eidem prebende ad usus ministri ipsius decem marcas denariorum in annuis redditibus in villa Byzicker, que cum omnibus suis pertinentibus est dilectorum nepotum nostrorum Symonis militis et fratris ipsius dictorum de Wacholt, assignavimus, prefato milite pro se et suis fratribus ipsorumque heredibus nobis in hoc deliberatione prehabita consentiente ac promittente capitulo predicto pro se suisque fratribus et heredibus eorundem, quod ipsi et alter quilibet possessor ville memorate decem dictas marcas de ipsa villa Burcardo, nostro notario, persolvent in festo beati Martini annis singulis de villa iam dicta et annuatim persolvere tenebuntur, quem ad nostras preces prefatum capitulum in suum ad prebendam huiusmodi recipit canonicum[1]) et in fratrem. Cum autem huiusmodi prebendam vacare contigerit, dicti redditus decem marcarum ad ipsorum canonicorum devolvuntur communia ipso facto ac ab inantea ipsi capitulo communiter redditus huiusmodi in predicto termino per prefatos Symonem fratresque suos et alium quemlibet ipsius

ville possessorem de eadem villa persolvi annuatim debebunt, donec memoratum capitulum redditus venales devenire poterit et ab ipso milite fratribusque suis seu alio quolibet prefate ville possessore centum marcas denariorum cum effectu recipiat pro aliis redditibus comparandis ecclesie Colbergensi, quas in numerata pecunia sepedicto militi presentavimus et dedimus, ut onus solvendi prefatam pensionem annuam in se suosque fratres reciperet, pro quo etiam implendo se et fratres suos villamque memoratam predicto capitulo Colbergensi specialiter obligavit. Patebit eciam ipsi Burcardo canonico ad maiores ipsius ecclesie prebendas ascensus secundum ordinem sui introitus, sicut in eadem ecclesia est de consuetudine hactenus observatum. In cuius rei testimonium presens scriptum nostro et capituli Colbergensis sigillo fecimus roborari. Datum Colbergh anno domini M° CCC° XIII°, in die beati Egidii confessoris.

1) Vor canonicum noch überflüssiges in.

Nach Dregers Abschrift der Matrikel des Colberger Domkapitels (Loeper Mscr. 221) S. 90 Nr. 63.

2832.

1313 September 1 Stettin.

Herzog Otto I. bekundet, daß sein Notar Johannes Witte und dessen Brüder Ludolf und Werner Witte, Bürger in Stettin, der St. Marienkirche daselbst eine Rente von fünf Mark aus 2½ Hufen des Hofes Daluge und des Hofes Hermann Krekows in Lienken geschenkt haben.

In nomine domini amen. Otto dei gracia dux Slavorum et Cassubie ac dominus terre Stetynensis universis presencia visuris salutem in rerum omnium conditore. Donaciones principum, que robur perpetue firmitatis debent sortiri, oportet ut scripture testimonio sic roborentur, ne processu temporis mutari valeant in posterum et infringi. Sane igitur tam presentibus quam futuri temporis nacionibus presenti scripto volumus esse notum, quod constituti in nostra presencia Iohannes Albus, notarius noster, Ludolfus et Wernerus, fratres dicti Iohannis Albi, cives Stetynenses, quinque marcarum redditus de duobus mansis cum dimidio curie Daluge ac curie Hermanni dicti Cricov adiacentibus in villa Lineke in nostro territorio Stetynensi cum omni iure et utilitate, quam in predictis quinque marcarum redditibus habuerunt, nobis ad manus et ad utilitatem honorabilium virorum domini prepositi, domini decani totiusque capituli ecclesie Stetynensis voluntarie et libere resignarunt, usumfructum autem lingnorum sibi ipsis totaliter reservantes situatorum prope villam Lineke, quia eadem preter dictam villam racionabiliter conpararunt. Igitur, quemadmodum populum nobis subiectum gracia dei temporali regimine gubernamus, pari racione decet, ut eandem graciam in divino cultu recognoscamus opere ita, ut eum pro possibilitate nostra successive nostris temporibus augmentemus. Nos igitur ob salutem anime nostre ac patris nostri dilecti Barnym, quondam ducis Stetynensis bone memorie, ac progenitorum nostrorum liberaliter et voluntarie conferimus ac donamus predictis honorabilibus viris domino preposito, domino decano totique capitulo ecclesie Stetynensis proprietatem dictorum quinque marcarum reddituum de duobus mansis cum dimidio dictis curiis adiacentibus[1]) cum omni iure et utilitate, quam in ipsis quinque marcarum redditibus habuimus, et omne id, quod nobis et nostris heredibus conpetere potuit, in predictos canonicos transferentes. Ut autem huius donacionis appropriacio sit valitura temporibus eternis, presens instrumentum inde confectum eisdem dominis canonicis dari iussimus sigilli nostri munimine roboratum. Testes huius rei sunt Henningus Steynbeke[2]),

Henningus Stoltenhagen, Conradus Ubesco, Conradus Vleming, milites, dominus Ulricus, noster notarius, Tesco, noster cibator, et quam plures alii fide digni. Datum et actum Stetyn anno domini M° C° C° C° XIII°, kalendas Septembris[3]), in die beati Egidii abbatis.

1) adiacencium. Kop. 2) Steybeke. Kop. 3) Augusti. Kop.

Nach dem Fragmente eines Marienstiftskopiars im Staatsarchive zu Stettin (Mscr. I 51) Nr. 30a. Abschriften: Kopiar des Marienstifts Bl. 9 im Archive des Marienstifts zu Stettin s. r. Tit. I Sekt. 1 Nr. 33; Matrikel des Marienstifts Bl. 233 ebendaselbst s. r. Tit. I Sekt. 1 Nr. 1; Diplomatarium eccles. S. Marie Fasc. II Nr. 43.

2833.

1313 September 8 Karow.

Ritter Ude auf Karow bestimmt für den Fall seines und seiner Frau Todes die Rechte des vor seinem Hofe wohnenden Müllers.

Universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, ego Udo miles dictus Gharowe salutem in omnium salvatore. Ne ea, que in tempore geruntur, per cursum temporis labantur, scriptis privilegiorum et vocibus testium solent perhennari. Hinc est quod predictus miles Udo recognosco per presentes publice protestando tam presentibus quam futuris, quod molendinarius ante curiam meam morans post mortem meam et mee uxoris nulli tenebitur[1]) molere gratis, sed per proventus, quos monialibus de Monte annuatim solet ministrare erit ab omni servicio et vexacione penitus liber et exemptus. Preterea eciam protestor, quod idem molendinarius duas areas ante curiam meam habebit, unam, in qua nunc moratur, et aliam ultra viam apud stagnum. Insuper habebit licenciam aggerem suum, qui vulgo en dam dicitur, meliorandi, exaltandi, amplificandi. Volumus eciam, ut sepedictus molendinarius habeat participationem et communitatem cum quibuslibet[2]) secum conmorantibus in pascuis, in aquis, in pratis, in sespitibus, in piscacione, in stangno et in omnibus aliis utilitatibus, que ad eundem molendinum pertinebant tempore ab antiquo. In cuius rei testimonium et ad ratam arbitracionem sigillum meum est appensum. Testes huius facti sunt dominus Borchardus, plebanus ecclesie Seracowe, Iohannes et Bertoldus dicti de Dolan et alii[3]) plures fide digni. Datum et actum in curia mea Gharowe, anno domini millesimo CCC° [4]) tercio decimo, in die nativitatis Marie virginis gloriose.

1) tenebit. Matr. 2) quilibet. Matr. 3) alie. Matr. 4) CC°. Matr.

Nach der Originalmatrikel des Klosters Bergen im Staatsarchive zu Stettin (Dep. Kl. Bergen) Bl. 56 v Nr. XCVIII.

Gedruckt Fabricius II S. 6 Nr. 10; Cod. Pom. dipl. I S. 229 Nr. 97.

2834.

1313 September 9 Bergen.

Fürst Wizlaw III. von Rügen transsumiert die Urkunde Fürst Wizlaws I. von 1232 März 5 für das Kloster Bergen.

Wyssezlavus dei gracia princeps Ruyanorum omnibus Christi fidelibus presens scriptum cernentibus salutem in domino sempiternam. Noverint universi, nos vidisse ac audivisse litteras dilecti proavi nostri domini Wyssezlavi, quondam principis Ruyanorum illustris pie recordacionis,

non rasas, non viciatas, non cancellatas[1]), non abolitas, nec in aliqua parte sui lesas[2]) sub hac forma — — — (Folgt Urkunde von 1232 März 5, Pomm. Urkundenbuch I S. 221 Nr. 282) — — — Nos autem, predicti proavi nostri dilecti vestigiis salubriter inherere volentes, omnia facta prescripta inpermutabiliter habendo grata firma habere volumus et ex certa sciencia presentibus confirmamus. Unde in testimonium evidens et certitudinem pleniorem sigillum nostrum presentibus est appensum in memoriam perpetue firmitatis. Huius rei testes sunt domini et milites Pritbur de Vilminycz, Nycolaus de Pudbuske, Hinricus cum Plate, Pritbur de Lancka, Udo, Hinricus de Dechowe, Tydericus Bere, Sifridus de Plone, Ernestus Budde, advocatus noster, Conradus Dotenbergh, Iohannes Dotenbergh, Nycolaus de Starkowe, plebanus in Bart, Albertus, plebanus in Garz, capellani curie nostre. Datum in Montibus anno domini M° CCC° tercio decimo, in crastino nativitatis Marie virginis gloriose.

[1]) concellatas. Matr. [2]) illesas. Matr.

Nach der Originalmatrikel des Klosters Bergen Bl. 7 v Nr. X.

Gedruckt Lisch, Urkunden zur Geschichte des Geschlechts von Behr II B S. 41 Nr. 156.

Die Nummern 2834—2842 enthalten Transsumte von Urkunden der Fürsten Wizlaw I., Jaromar II., Wizlaw II. und Jaromar III. für das Kloster Bergen. Kopf und Schluß der Transsumte lauten m. m. im wesentlichen gleich. Da die Urkunden nicht im Originale erhalten sind, ist außer für Nr. 2834 nur der Kopf und Schluß von Nr. 2842 vollständig abgedruckt, da diese mit wesentlichen Abweichungen auch im Codex Rugianus überliefert ist. Von den anderen sind nur die Regesten gegeben.

2835.

1313 September 9 Bergen.

Fürst Wizlaw III. von Rügen transsumiert die Urkunde Fürst Wizlaws I. von 1232 Juli 27 für das Kloster Bergen (Pomm. Urkundenbuch I S. 222 Nr. 284).

Kopf und Schluß des Transsumts m. m. gleichlautend mit Nr. 2834 bis auf unwesentliche Abweichungen in der Schreibung der Namen.

Nach der Originalmatrikel des Klosters Bergen Bl. 5 v Nr. VII.

2836.

1313 September 9 Bergen.

Fürst Wizlaw III. von Rügen transsumiert die Urkunde Fürst Jaromars II. von 1249 April für das Kloster Bergen (Pomm. Urkundenbuch I S. 382 Nr. 488).

Kopf und Schluß des Transsumts m. m. gleichlautend mit Nr. 2834 bis auf unwesentliche Abweichungen in der Schreibung der Namen.

Nach der Originalmatrikel des Klosters Bergen Bl. 6 v Nr. IX.

2837.

1313 September 9 Bergen.

Fürst Wizlaw III. von Rügen transsumiert die Urkunde Fürst Wizlaws II. von 1281 Dezember 25 für das Kloster Bergen (Pomm. Urkundenbuch II S. 483 Nr. 1245).

Kopf und Schluß des Transsumts m. m. gleichlautend mit Nr. 2834 bis auf unwesentliche Abweichungen in der Schreibung der Namen.

Nach der Originalmatrikel des Klosters Bergen Bl. 10 Nr. XIII.

2838.

1313 September 9 Bergen.

Fürst Wizlaw III. von Rügen transsumiert die Urkunde Fürst Jaromars III. von 1283 Dezember 12 für das Kloster Bergen (Pomm. Urkundenbuch II S. 512 Nr. 1280).

Kopf und Schluß des Transsumts m. m. gleichlautend mit Nr. 2834 bis auf unwesentliche Abweichungen in der Schreibung der Namen.

Nach der Originalmatrikel des Klosters Bergen Bl. 6 Nr. VIII.

2839.

1313 September 9 Bergen.

Fürst Wizlaw III. von Rügen transsumiert die Urkunde Fürst Wizlaws II. von 1285 Oktober 10 für das Kloster Bergen (Pomm. Urkundenbuch II S. 571 Nr. 1354).

Kopf und Schluß des Transsumts m. m. gleichlautend mit Nr. 2834 bis auf unwesentliche Abweichungen in der Schreibung der Namen.

Nach der Originalmatrikel des Klosters Bergen Bl. 8 v Nr. XI.

2840.

1313 September 9 Bergen.

Fürst Wizlaw III. von Rügen transsumiert die Urkunde Fürst Wizlaws II. und seine von 1291 April 4 für das Kloster Bergen (Pomm. Urkundenbuch III S. 120 Nr. 1582).

Kopf und Schluß des Transsumts m. m. gleichlautend mit Nr. 2834 bis auf unwesentliche Abweichungen in der Schreibung der Namen.

Nach der Originalmatrikel des Klosters Bergen Bl. 5 Nr. VI.

2841.

1313 September 9 Bergen.

Fürst Wizlaw III. von Rügen transsumiert die Urkunde Fürst Wizlaws II. von 1296 April 11 für das Kloster Bergen (Pomm. Urkundenbuch III S. 269 Nr. 1762).

Kopf und Schluß des Transsumts m. m. gleichlautend mit Nr. 2834 bis auf unwesentliche Abweichungen in der Schreibung der Namen.

Nach der Originalmatrikel des Klosters Bergen Bl. 3 v Nr. IV.

Gedruckt Fabricius IV 2 S. 28 Nr. CCCCXXXVII (653).

2842.

1313 September 9 Bergen.

Fürst Wizlaw III. von Rügen transsumiert die Urkunde Fürst Wizlaw II. von 1296 April 11 für das Kloster Bergen.

Wyssezlaus[1] dei gracia princeps Ruyanorum omnibus Christi fidelibus presens scriptum[2] cernentibus salutem in domino sempiternam. Noverint universi, nos vidisse ac audivisse[3] litteras dilecti[2] patris nostri domini Wyssezlai[4], quondam principis Ruyanorum illustris pie recordacionis, non rasas, non viciatas, non cancellatas[5], non abolitas[6] nec in aliqua parte sui lesas[7] sub hac forma — — — (Folgt Urkunde von 1296 April 11, Pomm. Urkundenbuch III S. 270 Nr. 1763.) — — — Nos autem, predicti patris nostri dilecti vestigiis inherere volentes, omnia facta prescripta inpermutabiliter[8] habendo grata firma habere volumus et ex certa sciencia presentibus confirmamus. Unde in testimonium evidens et certitudinem pleniorem[9] sigillum nostrum presentibus est appensum in memoriam perpetue firmitatis. Huius rei testes sunt domini et[2] milites Pritbur de Vilmenicz[10], Nycolaus de Putbuske[11], Hinricus cum Plathe[12], Pritbur de Lancka[13], Udo, Hinricus de Dechowe[14], Tydericus Bere[15], Syfridus[16] de Plone, Ernestus[17] Budde, advocatus noster, Conradus Dotenbergh[17], Iohannes Dotenbergh, Nycolaus[18] de Starkowe plebanus in Bart[18], Albertus, plebanus in Garz[19], capellani curie nostre. Datum in Montibus anno domini M° CCC° tercio decimo[20], in crastino nativitatis Marie virginis.

1) Wiz(laus). R. 2) Fehlt. R. 3) audisse. R. 4) Wiz(lai). R. 5) concellatas. B. 6) non viciatas bis abolitas fehlt. R. 7) illesas. B. viciatas. R. 8) inmutabiliter. R. 9) et — pleniorem fehlt. R. 10) Pridbur de Vilmeniz. R. 11) Pudbuzk. R. 12) Plate. R. 13) Pridbur de Lanke. R. 14) Dechow. R. 15) Tydericus Bere fehlt. R. 16) Zifridus. R. 17) Ernestus — Dotenbergh fehlt. R. 18) Nycolaus — Bart fehlt. R. 19) Gartz. R. 20) M° CCC° XIII°. R.

Nach der Originalmatrikel des Klosters Bergen Bl. 9 v Nr. XII (B). Abschrift im Codex Rugianus Bl. 44 Nr. 127 (R).

2843.

1313 September 11 Werben.

Bischof Heinrich von Camin bestätigt die Schenkung von fünf Mark Rente in Lienken durch Herzog Otto I. an die St. Marienkirche zu Stettin zur Gründung einer Minorpräbende.

Hinricus dei gratia Caminensis ecclesie episcopus honorabilibus viris et discretis domino Hildebrando, preposito, domino Gotfrido, decano, totique capitulo ecclesie Stettinensis salutem

in domino sempiternam. Quotiens a nobis petitur, quod honestati et maxime divino cultui convenire dignoscitur, animo nos decet libenti concedere ac petentium desideriis congruum suffragium inpartiri. Sane nobis significare curastis, quod illustris princeps Otto, dux Slavorum et Cassubie ac dominus in Stettin, quinque marcarum redditus cum proprietate in villa Lineke in territorio Stettinensi sitos vestre ecclesie Stettinensi pure contulerit propter deum, de quibus redditibus dux puerilem prebendam de novo in ecclesia vestra Stettinensi predicta ad honorem omnipotentis dei et matris sue virginis gloriose ac divini cultus augmentum desiderat instaurare, si nostre confirmationis auctoritas intervenerit et consensus. Nos vero eiusdem principis pio desiderio ac vestris iustis precibus pie et benigniter occurrere cupientes, dictam puerilem prebendam de quinque marcarum redditibus cum proprietate in dicta villa Lineke sitis per dictum principem in ecclesia vestra Stettinensi[1]) predicta de novo instauratam ad honorem dei et beate virginis ac divini cultus augmentum auctoritate ordinaria in nomine domini confirmamus. Datum Werben anno domini M° C° C° C° XIII°, feria III^{a} [2]) infra octavam nativitatis virginis gloriose.

[1]) Stetynensi. B. [2]) tertia. B.

Nach dem Kopiare des Marienstifts im Archive des Marienstifts (Tit. I Sekt. 1 Nr. 33) Bl. 10 v (A), die letzten vier Zeilen (von prebendam de quinque marcarum redditibus an) auch in dem Fragmente eines Marienstiftskopiars im Staatsarchive zu Stettin (Mscr. I 51) Nr. 30 (B).

2844.

1313 [September] Citeaux.

Das Generalkapitel von Citeaux bestätigt die zwischen dem Abt von Stolp und dem Deutschorden über das Kloster Dünamünde geschlossene Vereinbarung, vorbehaltlich der Genehmigung durch den Papst.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis frater Henricus, abbas Cysterciensis, salutem in domino. Noveritis, quod anno domini millesimo trecentesimo tercio decimo facta fuit diffinitio, que sequitur, apud Cystercium in capitulo generali. Cum ea, que sunt ad utilitatem petencium, confirmacionis beneficium debeant merito obtinere, translacionem et composicionem initas inter abbatem de Stolpis, nostri Cysterciensis ordinis, et magistrum generalem ac fratres de domo thuthonica ordinis sancte Marie de domo Dunemunde confirmat capitulum generale, ita tamen quod prius consensus domini pape super hoc requisitus et petitus habeatur. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum. Datum anno quo supra, tempore capituli generalis.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Stettin s. r. Kl. Stolp Nr. 35. Siegel am Pergamentstreifen fehlt. Originaltranssumt von 1416 Januar 3 im Staatsarchive zu Königsberg i. Pr. (Livland Schiebl. VI Nr. 3); Originaltranssumt von 1428 August 4 im Staatsarchive zu Stettin s. r. Kl. Stolp Nr. 65; Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1241.

Gedruckt Liv-, Esth- und Curländisches Urkundenbuch II S. 74 Nr. 642.

2845.

1313 September 16 Citeaux.

Das Generalkapitel von Citeaux beschließt, daß die früher dem Kloster Dünamünde gehörigen Güter, soweit sie diesseits des Meeres liegen, dem Kloster Stolp verbleiben sollen.

Universis presentes litteras inspecturis frater H(enricus), abbas Cysterciensis, salutem in domino. Noveritis, quod anno domini M° CCC° tercio decimo facta fuit diffinicio in capitulo generali, que sequitur in hec verba. Ordinat capitulum generale et diffinit, quod bona, que cundam fuerunt domus Dunemont, que sunt ex ista parte maris situata, monasterio de Stolpis remaneant illibata et eiusdem usus perpetuo incorporata. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum. Datum anno quo supra, in vigilia beati Lamberti martiris.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Stettin s. r. Kl. Stolp Nr. 38. Das abhangende Siegel fehlt. Originaltranssumt von 1428 August 4 ebendaselbst s. r. Kl. Stolp Nr. 65.

2846.

1313 September 21 Wollin.

Herzog Wartislaw IV. transsumiert die Urkunde Herzog Bogislaws IV. von 1288 Februar 20 für das Nonnenkloster zu Wollin.

Nos Warslaus dei gracia dux Slavorum et Cassubie presentibus publice protestamur, vidisse et audivisse privilegia et litteras devotis in Christo virginibus sanctimonialibus in Wolin ab antecessoribus nostris, videlicet patre nostro Bug(gezlao) carissimo, Barnim et Ottone, patruis nostris dilectissimis, concessas et indultas nec in aliqua parte sui viciatas, prout sequitur in hec verba — — — (Folgt Urkunde von 1288 Februar 20, Pomm. Urkundenbuch III S. 33 Nr. 1453.) — — — Nos igitur hec a patre nostro eis tradita adimplere volentes cum appensione nostri sigilli fideliter firmiterque ratificamus. Testes sunt dominus Hennynghus Bere, noster marchalkus [!], dominus Scerf, dominus Conradus de Vemeren et dominus Ludo, milites, dominus Conradus de Trepetow et dominus Nicolaus de Swanebeke, nostri notarii et capellani, et alii quam plures fide digni. Datum Wolin anno domini M° CCC° XIII, feria sexta ante festum beati Mauricii.

Nach der Originalmatrikel des Nonnenklosters zu Wollin Bl. 3 v Nr. 3 a.

2847.

1313 September 21 Wollin.

Herzog Wartislaw IV. transsumiert die Urkunde Herzog Bogislaws IV. von 1299 August 29 für das Kloster Wollin.

Nos Warslaus dei gracia dux Slavorum et Cassubie presentibus publice protestamur vidisse et audivisse privilegia et litteras devotis in Christo virginibus sanctimonialibus in Wolin ab antecessoribus nostris concessas et indultas nec in aliqua parte sui viciatas, prout sequitur

— — — (Folgt Urkunde von 1299 August 29, Pomm. Urkundenbuch III S. 380 Nr. 1905.) — — — Nos igitur hec a patre nostro eis tradita adimplere volentes cum appensione nostri sigilli fideliter firmiterque ratificamus. Testes sunt dominus Hennyngus Bere, noster marscalcus, dominus Scerff, dominus Conradus de Vemeren et dominus Ludo, milites, dominus Conradus de Trepetow et dominus Nicolaus de Zwanebeke, nostri notarii et capellani, et alii quam plures fide digni. Datum Wolin anno domini M° C° C° C° XIII°, feria sexta ante festum beati Mauricii.

Nach der Originalmatrikel des Nonnenklosters zu Wollin Bl. 17 Nr. 20; Abschrift im Staatsarchive zu Stettin s. r. Dep. Stadt Wollin Sekt. A Tit. 11 Nr. 8 Bl. 12.

2848.

1313 September 21 Wollin.

Herzog Wartislaw IV. transsumiert die Urkunde Herzog Bogislaws IV. von 1299 September 8 für das Nonnenkloster zu Wollin.

Nos Warzlaus dei gracia dux Slavorum et Cassubie presentibus publice protestamur vidisse et audivisse litteras et privilegia devotis virginibus sanctimonialibus in Wolin ab antecessoribus nostris concessas et indultas nec in aliqua parte sui viciatas, prout sequitur in hec verba — — — (Folgt Urkunde von 1299 September 8, Pomm. Urkundenbuch III S. 382 Nr. 1907.) — — — Nos igitur hec a patre nostro eis tradita adimplere volentes cum appensione nostri sigilli fideliter firmiterque ratificamus. Testes sunt dominus Hen(ningus) Bere, noster marchalcus [!], dominus Conradus Vemeren, dominus Thi(dericus) Scherff, dominus Ludo, milites, dominus Con(radus) de Trebetowe, dominus Nicolaus de Swanenbeke, nostri notarii et capellani, et alii quam plures fide digni. Datum Wolin anno domini M° CCC° XIII°, feria sexta ante festum beati Mauricii.

Nach der Originalmatrikel des Nonnenklosters zu Wollin Bl. 14 Nr. 16; Abschrift des 17. Jahrhunderts im Staatsarchive zu Stettin s. r. Dep. Stadt Wollin Sekt. A Tit. 11 Nr. 8 Bl. 8.

2849.

1313 September 21 Wollin.

Herzog Wartislaw IV. transsumiert die Urkunde Herzog Bogislaws IV. vom 1303 Mai 16 für das Nonnenkloster zu Wollin.

Nos Wartislavus[1]) dei gracia dux Slavie et Cassubie presentibus publice protestamur, vidisse et audivisse privilegia et litteras devotis in Christo virginibus sanctimonialibus in Wolin ab antecessoribus nostris concessas et indultas nec in aliqua parte sui viciatas, prout sequitur in hec verba — — — (Folgt Urkunde von 1303 Mai 16, Pomm. Urkundenbuch IV S. 91 Nr. 2092.) — — — Nos vero Wartislavus hanc confirmacionem sanctimonialium in Wolin a patre nostro dilecto sine contradictione volentes et[2]) adimplere, igitur nostre anime et nostrorum parentum tam presencium, preteritorum quam futurorum ob remedium perpetuum et salutem et specialiter vite presentis prosperitatem bono animo et mera voluntate prefatis

sanctimonialibus in Wolin dignum duximus elargiri, si et de cetero eisdem sanctimonialibus in Wolin gracia divina coadiuvante villam predictam Conow emere vel reemere contingeret vel reemere valerent videlicet a sanctimonialibus in Crůmyn vel quibuscunque prenarrata villa Cunowe cum omnibus et singulis proventibus, qui exinde poterunt evenire, vendita seu exposita fuerit. Ab huiusmodi singulis et omnibus, quod dicta villa Conowe propter divisionem ipsis sanctimonialibus in Cromyn est donata, nostro favore nostrorumque heredum successorum cum omni proprietate et libertate, sicut prenotate sanctimoniales Wolynnenses prius habuerunt, absque omni infestacione et aliquali contradictione reemere debeant et possint omni iure eternaliter possidendo. Preterea propter sancte Marie virginis ecclesie sanctimonialium in Wolin confirmacionem situacionem et precipue dilectionem per nostrum patrem dilectum Buggezlaum habitam nos ob ipsius ecclesie miseriam et dictarum sanctimonialium necessitatem et specialiter ob amorem ordinis eorundem damus nostra bona de voluntate, ut prefate sanctimoniales in Wolin secure et licite nostro in dominio quinquaginta mansos cum omni proprietate, libertate, iure et sine dextrariorum[3]) vel aliorum equorum obsequio videlicet ab ista parte Swyne aut in terra Wolin ipsis gracia divina cooperante, ubicunque poterunt vel saltim eis videbitur expedire, emere debent et possunt omni impugnacione postposita et contradictione, omni iure perpetuis temporibus possidendo. Ut autem hec nostra specialis donacio pia facta firma permaneat ac inconvulsa, hanc paginam inde confectam conscribi fecimus nostri sigilli munimine roborandam. Testes huius donacionis sunt dominus Hinricus, episcopus ecclesie Camynensis, dominus Hildebrandus, prepositus, dominus Conradus, decanus, dominus Fredericus de Stalenbergh, thezaurarius[4]), dominus Iohannes Prutze, scolasticus, Reymarus de Wachholt, canonici Camynenses, dominus Hennynghus Bere, noster marschalcus, Troya de Bendecowe, dominus Hennynghus de Heidebrake, dominus Hennynghus[5]) de Stuchghowe, dominus Tidericus Scherf, dominus Conradus de Vemeren, dominus Ulricus Kedink, milites, Rodolphus Loysin et filii sui Stephanus et Lozekinus, Crysow, Mildekenhagen, vasalli, et alii quam plures fide digni. Datum Wolin anno domini M° C° C° C° X[III°][6]), feria sexta ante festum beati Mauricii et sociorum eius.

[1]) Matrikel hier verschrieben: Bugezlaus, während in der Korroboratio richtig Wartislavus steht. [2]) Vor et ist jedenfalls ein mit adimplere synonymes Verbum ausgefallen. [3]) dextrorum. Matr. [4]) thezauraverius. Matr. [5]) Heynynghus. Matr. [6]) Die Matrikel hat MCCCX, doch gehört die Urkunde wohl in das Jahr 1313, da Wartislaw IV. in diesem am 21. September noch fünf Urkunden für das Nonnenkloster zu Wollin transsumierte, deren Zeugen mit denen in der vorliegenden im wesentlichen übereinstimmen, und der Caminer Dekan Konrad erst 1313 (Nr. 2779) belegt ist.

Nach der Originalmatrikel des Nonnenklosters zu Wollin Bl. 9 ff. Nr. 9 b; Abschrift des 17. Jahrhunderts im Staatsarchive zu Stettin s. r. Dep. Stadt Wollin Sekt. A Tit. 11 Nr. 8 Bl. 68, Anfang fehlt.

2850.

1313 September 21 Wollin.

Herzog Wartislaw IV. transsumiert die Urkunde Herzog Bogislaws IV. von 1304 Oktober 7 für das Nonnenkloster zu Wollin (Pomm. Urkundenbuch IV S. 156 Nr. 2183).

Kopf und Schluß des Transsumts gleichlautend mit Nr. 2848.

Nach der Originalmatrikel des Nonnenklosters zu Wollin Bl. 12 Nr. 12; Abschrift des 17. Jahrhunderts im Staatsarchive zu Stettin s. r. Dep. Stadt Wollin Sekt. A Tit. 11 Nr. 8 Bl. 5 v.

2851.

1313 September 21 Wollin.

Herzog Wartislaw IV. transsumiert die Urkunde Herzog Bogislaws IV. von 1305 März 19 für das Nonnenkloster zu Wollin (Pomm. Urkundenbuch IV S. 177 Nr. 2212).

Kopf und Schluß des Transsumts gleichlautend mit Nr. 2848.

Nach der Originalmatrikel des Nonnenklosters zu Wollin Bl. 29 Nr. 34.

2852.

1313 September 29 Neu-Wedell.

Markgraf Waldemar von Brandenburg überläßt der Stadt Callies eine Mühle und den Platz des Schlosses.

Omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, patefiat, quod nos Woldemarus dei gracia Brandenburgensis, Lusacie et de Landesberg marchio dedimus et presentibus litteris donamus . . prudentibus viris consulibus ac universitati civium civitatis nostre Kalys molendinum, quod erat domini Kenstel, cum aggere, piscina ac usu piscandi ibidem cum area castri et pomerio perpetuis temporum decursibus iure civitatensi ac iusta proprietate possidenda, renunciantes premissis ac eorum cuilibet per presentes renunciacione debita, quoad nos et heredes nostros ac successores quoscumque. In huius quoque nostre liberalis donacionis testimonium nostrum sigillum iussimus presentibus apponi litteris imperpetuum valituris. Presentes fuerunt nobilis vir dominus Guntherus comes de Keverenberg, Heinricus, decanus ecclesie Stendalgensis, Slotheko, prepositus Dyminensis, Ludolfus, Hasso, Henningus de Benz milites de Wedele cum aliis pluribus fide dignis. Actum et datum Wedele anno d[omi]ni M° CCC° XIII°, die beati Mychaelis.

Nach dem Originale im Deutschordens-Centralarchive zu Wien s. Nr. 915 (a 807), mit dem beschädigten Siegel am Pergamentstreifen. Abschrift in den „Privilegia des Colmischen Landes" Bl. CXVII im Staatsarchive zu Königsberg i. Pr. (Ordensfoliant Nr. 67, früher A 18); Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1234.

Gedruckt Riedel, Cod. dipl. Brand. I 18 S. 102 Nr. 4; von Wedel, Urkundenbuch zur Geschichte des Geschlechts von Wedel II 1 S. 68 Nr. 117 (Reg.); von Pettenegg, Die Urkunden des Deutschordens-Centralarchivs I S. 239 Nr. 915 (Reg.).

2853.

1313 September 29 Stralsund.

Die Stadt Rugendal verkauft mit Genehmigung des Fürsten Wizlaw III. von Rügen dem Priester Rotger eine Rente von 24 Mark Wendisch aus den acht Hufen, auf deren Besitz die Stadt gegründet war.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Universis fide katholica fruentibus communitas consulum et civium nostre civitatis dicte Rugendal site in Ruya salutem in omnium salvatore. Actiones, quas mundus ordinate disponit, creberrime delet successio temporum, nisi corroborentur firmo karactere litterarum. Universis igitur Christi fidelibus tam presentibus quam futuris recognoscimus publice protestantes, quod nos animo deliberato, benivola voluntate, unanimi consensu, sano et maturo discretorum consilio prehabito, cum assensu venerabilis domini principis Ruyanorum, vendidimus domino Rotchero sacerdoti viginti quatuor marcarum slavicalium redditus perpetue possidendos et suis heredibus iure hereditario hereditandos, data nobis pro eisdem summa pecunie competenti, quam quidem pecunie summam profitemur in pociores et longe utiliores fructus et profectus nostre civitatis fideliter convertisse, quam sit obligacio annualis erogacionis reddituum predictorum. Quos redditus idem sacerdos et sui heredes singulis annis ab octo mansis nostris, quibus primitus civitas nostra est radicata et fundata, percipiet expedite ita videlicet, ut quovis termino pasche medietas, id est duodecim marce, et in festo Martini alia medietas exsolventur. Predictos quoque viginti quatuor marcarum redditus dicto domino Rotchero et suis heredibus in iam assignatis temporibus singulorum annorum, scilicet in festo pasche et Martini, intra muros civitatis Gripeswald presentabimus et expedite persolvemus sub nostris laboribus, periculis et expensis. Si autem, quod absit, eidem domino Rotchero vel suis heredibus supradictos redditus in supradictis scilicet loco et tempore non persolverimus, ut tenemur, extunc sibi et suis heredibus expensas et pericula cuiuscunque condicionis, si quas vel que in itinere incurrerit sive per se sive per nuncium suum super exsolucione dictorum reddituum, refundere integraliter tenebimur, nulla contradictione obviante. Insuper addicimus, si processu temporis dictus dominus Rotcherus vel sui heredes ex incursu indignacionis principis proscriptus vel profugus vel eciam pro aliquo crimine excommunicatus factus fuerit vel quocumque vicio viciosus, quod deus avertat, talibus omnibus non obstantibus, ei omnia servabimus modo in hac littera pretaxato. Istos eciam redditus nominatus dominus Rotcherus et sui heredes possunt divertere in usus eis placitos, scilicet in elemosinas vel in usus seculares secundum eorum mentis arbitrium et affectum, addicientes eciam, quod, si civitas nostra dicta Ruyendal in opidum vel in villam conversa fuerit vel eciam depauperata, depopulata, desolata vel omnino destructa vel in alium locum translata fuerit, extunc ad quemcumque agri predictorum octo mansorum empcione, collacione vel quocumque alio modo derivabuntur, ille obligabitur exsolvere prenominato domino Rotchero vel suis heredibus prefatos viginti quatuor marcarum redditus in assignatis terminis singulorum annorum sempiterne. Si autem predicti octo mansorum agri per aliquot annos, gwerris vel quibuslibet aliis inpedimentis prohibentibus, non colerentur, tunc, sedatis[1]) et pacificatis gwerris seu inpedimentis, quicumque hos agros coluerit, tenebitur eidem domino Rotchero vel suis heredibus tempore gwerre neglecta seu non sublata restaurare. Ut autem hec vendicio in hac pagina expressa tempore perpetuo ab omni cavillacione et calumpnia seu falsa inpeticione a nobis et a quibuslibet nostris successoribus perstet et perseveret rata, firma et illesa. presentem paginam ad confirmacionem veritatis huius vendicionis editam sigillo nostro utile duximus roborandam. Testes sunt[2]) dominus Nicolaus de Podebuzke, dominus Gerezlavus dictus de Kalande senior, dominus Gerezlavus de Kalande iunior, dominus Predborus de Podebuzke, et dominus Iohannes dictus Bruneswic, milites, dominus Hinricus Saxo, plebanus in Pozeritz, dominus Wichmannus, plebanus in Zwantegur, dominus Iohannes, plebanus in Vilmenitz, dominus Iohannes, plebanus in Lanke, et dominus Iohannes dictus de Tzuch, plebanus in

Rambyn, sacerdotes. Datum et actum in civitate Sundis anno domini M° CCC° tercio decimo, in die beati Michaelis archangeii.

1) cedatis. Orig. 2) sunt übergeschrieben. Orig.

Nach dem Originale im Archive des Heil. Geisthauses zu Stralsund im dortigen Ratsarchive (Schr. V Schiebl 22) mit dem grünen Wachssiegel an rot-grünen Seidenfäden.

Gedruckt Gadebusch, Pomm. Samml. I S. 144; Fabricius IV 2 S. 28 Nr. CCCCXXXVIII (661 a).

2854.

1313 Oktober 1.

Zunftrolle der Schmiede und verwandten Gewerke zu Stettin.

Inn gades namen amen. Up dath de dinck yn der tydt geschen nicht alle vorghan, so ist dath nott, dat me sze beware und withlick und apenbar doe, dath dar nine vorsumenusse anne geschee. Hyrumme szo schalme withlick und apenbar don de gerechtigheit und wise und warheit des ampts und werckes der groffschmede und kleinschmede, schwerthfeger, messerschmede, nagelschmede, grapengether, koperschmede und pantzermaker etc. der lofflicken stadt Olden Stettin, de sze hebben beholden von der gnade gottes desz almechtigen und von der gnade des hochgebaren fursten und hernn, heren hertzock Otto, hertzogh der Pameren etc., und vann der fulborth und bevestinge desz ersamen rades tho Oldenn Stettinn.

Tho deme ersten dath dejenne, de unse werck- und gildebrodere werden will, de schal ersten nha dhon, alsz de anderenn voergedhann hebben, namelick schall echte und recht gebaren syn van vader und muder und schal syne handt bewysen und werckes stucken maken und geven deme wercke eylff gulden und wen he dath gedhan hefft, scholen de olderlude mit ehm ghan vor den ersamen radt tho Olden Stettin, dath he de borgerschop krige, darnha schall ehm dath werck vorlaten werden und schall den olderluden geven drei stoveken wyns und schall synn ein vulkamen gildebroder. Aver die hienha in ander ord eder aver ane unszen willen alhir egen roeck und schmock gehat und werckstede geholdenn, die schall unsers ampts und werckes nicht genethen eder werdich wesen, unde scholen der groffsmede nicht mher wesen wan virteigen, der kleinschmede teigen.

Item die ein meister will werden unsers werckes der groffsmede, schal maken drei stucken yn eynes oldermannes husze, nomelick eyn hoffysere und ein exe unde eyne forcke.

Item de dath kleinschmedeampt brukenn will, schal syn hanth bewysen in des oldermannes husse und maken drei stucke, ein schloth und ein par sparen und ein par bogell.

Item die messerschmede, de dat werck und meister will werden, die schal maken drei stucke, inth erste ein langk messer mit eyner beyerschen huven unnd ein weidemesser, alles dartho smeden, und ock mith eyner beyerschenn huven und twe credentzemesser, und dissze drei stucke alle mit geschrodem wercke. Item buten den dren stucken is ehm thogelaten tho makende rithschwerde stoytstech und allent wath he up sin handtwerck geleret hefft.

Item ein, de ein grapengheter werden will, schal syne hanth bewysen und maken dre stucke, einen grapen und einen moyser und einen backedegel.

Item ein nageler schall syne handt bewisen und maken einen koxhaken, und einen szom und einen keylspiker.

Item de olderlude scholen den gildebroderen vormelden, wo sze sick holden scholen: Int erste, dath nemandt den anderen schal uthmeden uth syner waninge by peene eines halven gulden.

Item ock schal niemandt dem andernn synen knecht enthmeden, diewile synn knecht yn desz meisters brode is, yfte bades und laves mit dem knechte avereinqueme, bi straffe eines halven gulden.

Ock schal nemandt synen gyldebroder den bodel senden by peene eines halven gulden ock nicht vorclagenn vor deme ersamen rade effte richter edder schepen, he hebbe ehn denne erste vorclageth vor deme wercke und olderluden by broke eines halven gulden.

Vortmher wath ehm de olderlude gebeden von des rades wegen und des werckes, dath scholen sie williglichen annhemen und holden sonder jennigerlei weddersprake; wol dath both nichten holth, dath scholen die olderlude mit vulborth desz ersamen rades richten; de brock schall halff kamen an den ersamen rath und halff ahn dath werck.

Item woll verklaget werth von borgern oder borgerschen effte van anderen luden vor den olderluden, deme scholen de olderlude beden by werckes broke in verteigenn dagen ehren willen tho makende effte betalinge tho donde by des werckes broke, so ferner die kleger dath withlich deith den olderludenn.

Item welker koler, de hir tho Stettin kalenn tho merckede bringen und nicht de rechte mathe geven, plachme men de kalen tho vorbernen, nhu hefft ein ersam rath overeingedragen mit den olderluden, dath men desulvigen kaln schall dhenn armen gevenn.

Item de olderlude hebbenn ock de macht von dem ersamen rade de kaldregere anthonemen und affthosettende und denn kop tho makende von den kalen, wu men de tho yeder tydt des jares kopen schall, wenn de kop gemaket, alszdan magk ein jeder fry unde ungehindert kopen, woll der behoff hefft.

Item ock scholen hir nyne budenlude edder inwaners, de unsze werck nicht geheret hebben und gildebroder syndt, nin gemaket tuch buten dem frien marckede feyel edder tho kope hebben, alsze exen, bile, schuppen, spaden, seissen, fuderschnide, slathe, bogele, hovetkeden, thogelkeden, hitzkedde, sparen, gebitze, scrapen und negele, grapen und ketelle, sonder scholen unse wercke hebbenn.

Item och schal nemandt ein slotel maken, die in wassche gedrucket ys, von vorbade des ersamen rades.

Item nemanth schall wider einen knecht leren edder dath schoyt feel vorbinden lathen, he hebbe denne de olderlude angespraken by pene eines halven gulden.

Item de lerjunge schal geven einen halven gulden dem wercke, dar schal sin meister gut vor seggen.

Item de lerjungen des groffsmedewerckes scholen ein gantz jar in der lere sinn.

Item de kleinschmedejungen scholen twe jar inn der lehre synn und dat drudde jar umb lhon.

Item de schwertfegerjungen scholen dre gantze jar yn der ler syn.

Item de messerschmedejungen scholen vier jar in der ler sin.

Item de nagelerjungen scholen twe jar in der lehr synn.

Item der kopersmede jungen de scholen twe gantze jar in der lehr synn.

Item grapengeterjungen scholen twe gantze jar in der lehre sin.

Item szo ein gildebroder sick kiveth odder scheldet mit einem gildebrodere in friem bire edder wen dat werck thohope ist von des ersamen rades wegen edder des werckes, de breketh einen halven guldenn.

Item idt scholen de lerjungen alle allein under gehorsam und twange der meistern syn und mith den knechten nicht tho donde hebben.

Item welker meister tho donde hefft des dinstes halven efte anderer unlusth, de schal ehm ersten vorklagen vor de olderlude und nicht vor gerichte by pene eines halven guldenn. Deszgliken schal de knecht ock dhon by broke eines halven guldenn. Weret averst sacke, dath de knecht den broke nicht holden wurde und den olderluden ungehorsam wer, den schall kein meister yn Stettin holdenn. Loppeth averst diesulve knecht weg und die andern knechten umb synentwillen, de schalme alle laten setten up den breff und vorschriven sze von stede tho stede ock schollen sze unse gildebrodere nicht werden, se hebben idt denne den wercken hochlick vorbotheth.

Item welcker meister edder knecht ein perdt beschleith, deme de hoff gewrackt is von einem andern gildebrodere, effte beschleith ein perdt in deme szelen, de breket einen halven gulden.

Item welker gildebroder schmedet einem manne, de von synen smede thuth und ehm nicht affgelhonet hefft, de breketh einen halven gulden.

Item welker meister synem knecht leth schmeden upp sin behoff, de breketh einen halven gulden.

Item welker knecht schmedet ahne withschofft synes meisters, de schal entberen sines dinstes.

Item wen ein oldermhan breketh ahn sinem gildebroder edder de gildebroder an einem olderman, die breketh duppelth.

Item eins meisters szone edder dochter schall hebben dath halve werck.

Item wen eins meisters szone unse werck will esschen, de magh drei esschinge don in einem dage, averst he schal syne handt bewisen und dhon nha, alse de andern vorgedhan hebbenn.

Item de unse werck esschen will, de schall hir tho Olden Stettinn jar und dach gearbeidet hebben by einem meister.

Item mit fulborth des ersamen rades und der olderlude und der gemeinen gildebroder unsers werckes ist den wedewen thogelaten, den ehr mhan afgestorven ist, dath sie mogen bruken unse werck jar und dag. Isset sake, dath sze sick nicht voranderen tusschen jar und tage und nimmeth einen man unses werckes, szo schallme er die finstere thoschluten und unses werckes vorfallen sin. Nimmeth sze averst einen anderen man, de schall unse werck winnen; deith sze averst darbaven, so schal se dath deme ersamen rade und olderluden vorboten. Wath sake efft erringe, de im wercke vorfallen werden und dorch die olderlude nicht vordragen konden werden, de scholen in einer gehegeden morgensprake vor den ersamen bisitternn desz rades upgedeckt werden, und wuhen diesulvigen dath spreken, darby schal ydt unvorruckt bliven. Wath aver in pinlicken fellen vor dem wercke und den bysittern vordragen wurde, de pene schal fallen an einen ersamen rath alleine. Wath averst inn sodanen fellen nicht bygelecht mochte werden, dath schall vor radt und gerichte vorwesen werden.

Mit dieszenn artickelenn isz unse werck privilegirt von deme hochgebaren fursten und hern, herrn Otto etc. und isz geschen, alsze men schreff dusent drehundert und drudteyn jar, mondages nha Michaelis.

Nach dem Transsumte in der Konfirmation von 1533 März 23 im Stadtarchive zu Stettin: Tit. VIII Sekt. 76 Nr. 1 Bl. 18 und 41.

2855.

1313 Oktober 1 Stralsund.

Ritter Pridbor von Vilmnitz verleiht mit Zustimmung seines Bruders Nikolaus von Putbus dem Kalande im Lande Tribsees eine Rente von fünf Mark Wendisch aus dem Hofe Schönhof zu Brandshagen.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Omnibus presens scriptum cernentibus Pridborus miles de Velmenitz salutem et eterne beatitudinis premio perhennari. Felix confirmari debet actio efficaci litterarum tytulo, quisquam heredum temerarius hanc inpedire valeat prolixi temporis intervallo. Noscat igitur fidelis nacio[1]) presencium et devota successio futurorum, quod maturo prehabito consilio et plenario consensu domini Ny(colai) de Pudbuzke militis, dilecti nostri fratris, universis in terra Tribuzes kalendarum fratribus redditus quinque marcarum slavicalis monete in villa Boranteshagen in curia quadam dicta Sconehof, quas ipsi perpetue percipient, in salutem anime nostre et domine Mechtildis, quondam uxoris nostre, et domine Mechtildis de Parlebergh, nostre uxoris nunc viventis, et pariter omnium progenitorum nostrorum divine remuneracionis intuitu erogavimus expedite. Sin autem suo tempore, scilicet sequenti die Martini, de agriculis seu agricola illius curie Sconehof amicabiliter habere non possent sepedicti census elemosinas, extunc nostri iuris privilegio ipsos vel quemcunque agros illius curie colentem vel colentes licite inpignerabunt, nullos excessus in hoc ex parte nostri heredum nostrorum committentes. Ne igitur predictis kalendarum fratribus aliquibus, cuiuscunque potencie, dignitatis seu condicionis extiterant, in prescriptis elemosinis aliqua calumpnia poterit suboriri, sigillo nostro presentes litteras fecimus roborari. Datum et actum Sundis anno domini M° CCC° tercio decimo, in die Remigii confessoris.

[1]) nascio. Cod.

Nach dem Codex Rugianus Bl. 26 v Nr. 97.

Gedruckt Fabricius IV 2 S. 29 Nr. CCCCXXXIX (661 b).

2856.

1313 Oktober 9 Stolp.

Markgraf Waldemar von Brandenburg und der Hochmeister Karl von Trier setzen die Grenze zwischen dem Lande Stolp und dem dem Deutschorden verkauften Teile von Pomerellen fest.

A. Ausfertigung des Markgrafen.

Nos Woldemarus dei gracia Brandeburgensis, Lusac(ie) et de Landesberg marchio tutorque incliti principis Iohannis, marchionis Brand(enburgensis), recognoscimus publice per presentes, quod mete ac gades inter terram nostram Stolpensem ac partem terre Pomeranie, quam . . magistro et fratribus de domo Theuthonica in Prucia vendidimus, prout litere ipsis super hoc tradite fatentur, taliter sunt distincte per infinita seculorum tempora valiture. Primo de loco, ubi Leba fluvius in salsum mare fluit, ascendendo ad locum, ubi dictus Leba fluvius fluit de lacu Lebezk, et ipse Leba nobis ac predictis . . magistro et fratribus de ipso lacu Lebezk usque in salsum mare stabit communis, sed et ipse lacus Lebezk communis nobis ac ipsis fratribus remanebit, ita quod homines nostri volentes in lacu Lebezk predicto agere piscaturas, nobis de iure, quod nobis inde competit, respondebunt, hominesque magistri et fratrum piscaturas in hoc

lacu agentes eis de iure, quod ipsis exinde competit, respondebunt. Excessus, si qui in ipso fuerint lacu perpetrati, iudicabimus nos et ipsi, et quicquid de excessibus provenerit, debet inter nos hinc et inde dividi equa lance. Item de loco, ubi dictus Leba fluit in lacum Lebezk predictum, ascensus erit usque ad clausuram Ragy, que nobis et dictorum fratrum usui debet communiter applicari, et de Ragy usque ad villam Malecsicz, que fratribus cum suis pertinenciis remanebit, abinde usque in villam Onezsino, que similiter cum pertinenciis fratribus remanet, et deinde usque ad villam Wozkowe, que est cum omnibus suis attinenciis nostra, et ab hac usque ad villam Goluzsino, que est fratrum cum suis metis, et ab ista usque inter villas Sucow, que est cum suis metis fratrum, et Studzencz, que cum suis metis est nostra, ab hoc loco usque ad aream ville Goliczevo, que est fratrum, sed nemus fagorum est nostrum, et ab ista area usque ad lacum Glyno, qui est fratrum, sed nemus fagorum est nostrum, de hoc lacu usque ad lacum Zomyn, qui est fratrum, et termini ville nostre Wamyzlai Dambrow protenduntur usque ad spacium unius funis de lacu Zomyn predicto mensurando et de lacu hoc usque ad rivulum Zcossow, qui est noster, et ultra trans rivulum hunc usque ad Warnewawoda et de hoc usque ad locum, qui dicitur Westechy, de hoc usque ad lacum nominatum Camenyzno, cuius litus nostrum est, lacus vero fratrum, de hoc lacu directe usque ad lacum Lanke pertinentem ad Scythnam, sed litus nostrum, de lacu Lanke usque ad aream ville Peterscow, que nostra est cum omnibus suis metis, de hac area usque ad lacum Studeniczno, cuius litus adiacet Scythne, lacus vero Slawe adiacet, et de lacu hoc usque ad lacus et paludes Voltscha, quorum maior pars adiacet Zlawen, minor vero adiacet Scytene. Item de Voltscha directo ad lacum, qui dicitur Cezenczin, pertinentem ad Scythenam, sed litus ad Slawam, item de Cezenczin directe ad lacum, qui dicitur ad gladios, procedendo, ubi gades finem inter nostras et dictorum fratrum terras debitum sorciuntur, adicientes tamen, quod si alique ville seu villarum aree tangunt gades superius limitatas, ex hoc nulli ville vel aree utrobique volumus in suis distinctionibus preiudicium generari. In quorum omnium et singulorum sempiternum testimonium presentes literas dari iussimus roboratas nostro sigillo valituras in secula seculorum. Testes autem ad hoc rogati et deputati specialiter fuerunt nobilis vir dominus Guntherus comes de Keverenberg, Fredericus de Alvensleve, Petrus, Iesco et Laurencius germani dicti de Nuwenborch, Ecbertus Romele, Lodewicus de Wedele, Paulus Bugsewicz, iunior Zwencse, Petrus Putkumer, Borizlaus Genderik, milites nostri fideles, et Venzlaus dictus půzstůl in testimonium sufficiens premissorum. Actum et datum in Stolpa anno domini millesimo CCC° XIII°, die beatorum Dyonisii et sociorum eius per manum Hermanni, nostri capellani.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Königsberg i. Pr. (Schiebl. 50 Nr. 5). Das Siegel am Pergamentstreifen fehlt. Originaltranssumt von 1344 Dezember 6 ebendaselbst (s. eod. r.). Übersetzung ebendaselbst (Schiebl. XV/a ohne Nr. und LIX/a Nr. 209). Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1235.

Gedruckt Voigt, Cod. dipl. Pruss. II S. 83 Nr. 69; Riedel, Cod. dipl. Brand. II 1 S. 348 Nr. 435; Cramer, Geschichte der Lande Lauenburg und Bütow II S. 6 Nr. 10; Pommerell. Urkundenbuch S. 616 Nr. 702; v. Wedel, Urkundenbuch zur Geschichte des Geschlechts von Wedel II 1 S. 69 Nr. 118 (Reg.).

B. Ausfertigung des Hochmeisters.

Nos frater Karolus de Treveri, generalis magister hospitalis beate Marie domus Theuthonice Iherosolymitani, recognoscimus publice per presentes, quod mete ac gades inter terram Stolpensem ac partem terre Pomoranie, quam a magnifico principe domino Woldemaro, inclito Branden-

burgensi, Lusacie et de Landesberg marchione ac illustris principis Iohannis, marchionis Brandenburgensis, tutore, racionabiliter emimus, prout ipsius littere nobis super hoc tradite fatentur, taliter sunt distincte perpetuis temporibus valiture. Primo de loco, ubi Leba fluvius in salsum mare fluit, ascendendo ad locum, ubi dictus fluvius Leba fluit de lacu Lebezk, et ipse Leba predicto domino marchioni ac nobis de ipso lacu Lebezk usque ad salsum mare stabit communis, sed et ipse lacus Lebezk ipsi marchioni et nobis communis remanebit, ita quod homines domini marchionis volentes in dictu lacu Lebezk piscaturas agere, sibi de iure, quod exinde ei competit, respondebunt, hominesque nostri ac fratrum nostrorum piscaturas in hoc lacu agentes nobis de iure, quod exinde nobis competit, respondebunt, sed excessus, si qui in ipso lacu perpetrati fuerint, ipse et nos iudicabimus, et quidquid de excessibus provenerit, debet inter nos hinc et inde dividi equa lance. Item de loco, ubi dictus fluvius Leba fluit in predictum lacum Lebezk, ascensus erit usque ad clausuram Ragy, que dicti domini marchionis et nostrorum fratrum usui debet communiter applicari et de Ragy usque ad villam Malecsitz, que nobis cum suis pertinenciis remanebit, abinde usque ad villam Onezsyno, que cum suis pertinenciis nobis similiter remanebit, et deinde usque ad villam Woskowe, que cum omnibus suis attinenciis est domini marchionis, et ab hac usque ad villam Goluzsyno, que cum suis metis est nostra, et ab ista usque inter villas Sukowe, que cum suis metis est nostra, et Studzentz, que cum suis metis est domini marchionis, ab hoc loco usque ad aream ville Golytzevo, que est nostra, sed nemus fagorum est domini marchionis, et ab ista area usque ad lacum Glyno, qui est noster, sed nemus fagorum est domini marchionis, de hoc lacu usque ad lacum Zomyn, qui est noster, et termini ville nostre Wamyslay Dambrowe protenduntur usque ad spacium unius funis de lacu predicto Zomyn mensurando et de hoc lacu usque ad rivulum Schossowe, qui est domini marchionis, et ultra trans rivulum hunc usque ad Warnowawoda et de hoc usque ad locum, qui dicitur Wosky, de hoc usque ad lacum nominatum Cammenysno, cuius litus domini marchionis est, lacus vero noster, de hoc lacu directe usque ad lacum Lanky pertinentem ad Schytnam, set litus domini marchionis, de lacu Lanky usque ad aream ville Petriskowe, que cum suis metis est domini marchionis, de hac area usque ad lacum Studenyzno, cuius litus adiacet Schitne, lacus vero Slawe adiacet, et de hoc lacu usque ad lacus et paludes Wolscha, quorum maior pars adiacet Slawe, minor vero adiacet Zchytne, item de Woltscha directo ad lacum, qui dicitur Cezentzyn, pertinentem ad Zchytnam, set litus ad Slawam, item de Cezentzin directe ad locum, qui dicitur ad gladios, procedendo, ubi gades finem inter predicti domini marchionis et nostras terras debitum sorciuntur, adicientes tamen, quod, si alique ville seu villarum aree tangunt gades superius limitatas, ex hoc nulli ville vel aree utrobique volumus in suis distinctionibus preiudicium generari. In quorum omnium et singulorum sempiternum testimonium presentes litteras dari iussimus nostro sigillo roboratas valituras in secula seculorum. Testes autem ad hoc rogati et deputati specialiter sunt viri religiosi fratres nostri ordinis, videlicet Henricus de Gera, magnus commendator, Henricus de Plotzk, Prussie marscalcus, Fridericus de Wildenberg, hospitalarius, Henricus de Ysenberg, draparius, Iohannes de Alvesleven in Engelsberg, Gerardus de Mansvelt in Brandenburg, Guntherus de Arnstein in Balga, Henricus in Mewa, David in Gdantzk commendatores, frater Henricus de Wederen et alii plures nostri ordinis fratres. Actum et datum in Stolpa anno domini millesimo trecentesimo terciodecimo, die beatorum martirum Dyonisii et sociorum eius per manum Theoderici, nostri notarii.

Nach dem Originale im Stadtarchive zu Frankfurt a. O. (Nr. VIII 3 91). Das Siegel am Pergamentstreifen fehlt.

Gedruckt Riedel, Cod. dipl. Brand. Suppl. S. 11 Nr. 14; Pommerell. Urkundenbuch S. 618 Nr. 703.

2857.

1313 Oktober 20 Altdamm.

Herzog Otto I. bekundet, daß er der Stadt Greifenhagen den Bau einer Oderbrücke gestattet habe, und erklärt alle entgegenstehenden Privilegien für ungültig.

In nomine domini amen. Nos Otto dei gracia dux Slavorum et Cassubie dominusque in Stetin universis presencia visuris salutem in virginis filio gloriose. Recognoscimus nostris presentibus litteris protestando, nos dedisse largam licentiam nostre civitati Gripenhaghen atque consulibus ibidem ad construendum pontem trans Oderam ad profectum nostrum nostreque totius terre et nostre dicte civitatis Gripenhaghen et hoc nostris privilegiis confirmasse. Quapropter omne preiudicium, quod nostre prefate civitati et inhabitantibus ibidem adverti potest a civitatibus aliis, militibus et vasallis habentibus litteras nostrorum progenitorum seu fratrum, patruorum vel ceterorum dominorum ad destructionem dicti pontis per confirmationem nostrorum privilegiorum iam dictorum facimus irritum atque cassum. Huius rei testes sunt dominus Heinricus, abbas in Colbaz, Lambertus de Wedele, noster advocatus, Gherardus[1]) de Bertecowe, Heinricus de Pokelente, milites, et quam plures alii fide digni. Datum anno domini M° CCC° XIII° in civitate Dammis, in vigilia undecim milium virginum.

[1]) Gheradus. Orig.

Nach dem Originale im Stadtarchive zu Greifenhagen (Nr. 16). Das Siegel an grünen Seidenfäden ist abgefallen.

Gedruckt v. Wedel, Urkundenbuch zur Geschichte des Geschlechts von Wedel II 1 S. 69 Nr. 119 (Reg.). Vergl. oben S. 109 Nr. 2806 und Baltische Studien VIII 2 S. 177.

2858.

1313 Oktober 21 Altdamm.

Herzog Otto I. bekundet, daß das Kloster Colbatz das Dorf Groß-Rischow von dem Ritter Johann von Böke gekauft habe, und zwar einen Hof mit 15 Hufen samt der Bede, von den übrigen besitze es die Bede nur pfandweise, und der Herzog behalte sich die Wiedereinlösung vor.

In nomine domini amen. Nos Otto dei gracia dux Slavorum et Cassubie ac dominus in Stetin notum esse cupimus per presentes, quod dominus abbas et conventus monasterii Colbacensis emerunt a strenuo milite domino Iohanne Bokeman villam dictam Magnam Riscow iusto proprietatis titulo possidendam, ita tamen ut predicti dominus abbas et conventus eiusdem monasterii in eadem villa curiam cum quindecim mansis perpetuo habeant liberam ex omni exactione, precaria et ab omni onere servitutis publico et privato et, cuiquam vel quibuscunque eandem curiam cum quindecim mansis ipsi curie adiacentibus in toto vel divisim vendiderint, similiter habebunt iam dictam curiam liberam et exemptam, sicud ipsam dominus abbas et conventus a nobis libertatem possideret et hactenus possederunt. De residuis vero mansis ipsi ville adiacentibus sepedictus dominus abbas et conventus monasterii memorati a colonis et ab incolis eiusdem ville precariam tollent tam in annona quam in pecunia, sicuti a iam dicto domino Iohanne Bukeman emerunt, donec ipsam precariam, videlicet cuiuslibet precarie mansum pro duodecim marcis denariorum levium, redimamus, adicientes[1]), quod incole iam dicte ville ab omni servicio publico et privato sint liberi et exempti. Et si cui predicti mansi venditi

fuerint, nichilominus facultas redimendi precariam apud nos, dum nobis placuerit, videlicet mansum pro duodecim marcis denariorum levium, ut predictum est, remanebit. Ut autem hec omnia predicta a nobis et nostris successoribus perpetuis temporibus inviolabiliter observentur, presentes litteras dedimus sigillatas cum nostro publico sigillo de nostra certa sciencia atque iussu. Testes huius rei sunt Ulricus, nostre curie prothonotarius, dominus Iohannes, plebanus in Beliz, dominus Iohannes Albus, nostre curie cappellani, dominus Lambertus de Wedele, noster advocatus, dominus Gerardus de Berticow, Hinricus Pokolente, milites, cum ceteris pluribus fide dignis. Datum et actum Dambe anno domini M° CCC° XIII°, in die undecim milium[2]) virginum.

[1]) adiacentes. Matr. [2]) milibus. Matr.

Nach der Colbatzer Originalmatrikel Bl. 29 v Nr. 123; Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1226.

Gedruckt v. Wedel, Urkundenbuch zur Geschichte des Geschlechts von Wedel II 1 S. 70 Nr. 120 (Reg.).

2859.

1313 Oktober 21 Altdamm.

Herzog Otto I. gibt dem Kloster Colbatz das Eigentum des Dorfes Groß-Rischow.

In nomine domini amen. Humanarum instabilitas mentium exigit, ut scripto mandentur facta priorum. Quia igitur ex largicione elemosinarum, divina pagina protestante, rubigo facinorum consumitur et deletur, expedit animarum saluti, ut magis hiis erogetur, qui omnibus mundi huius deliciis pro dei amore abdicarunt et soli deo servire elegerunt. Nos igitur Otto dei gracia dux Slavorum et Cassubie ac dominus in Stetin recognoscimus et in publicam cupimus devenire noticiam omnium per presentes, quod ad cultum sancti nominis sui ampliandum obque salutem anime, nostre videlicet ac progenitorum, filiorum, heredum et successorum nostrorum, plena super hac habita discretorum nostrorum deliberacione, dedimus et presentibus donamus honorabili viro domino abbati de Colbas ac eiusdem monasterii conventui libertatem ac proprietatem ville Magne Riscow cum omnibus agris cultis et incultis, paludibus, pratis, pascuis, molendinis, aquis, rivis, piscacionibus, cum omnibus proventibus cum iure patronatus ecclesie ac omni iure, iurisdictione et iudicio maiori et minori, absque omni servicio communi vel privato, absque omni precaria, exactione pheodi et hereditatis, cum omnibus immunitatibus et libertatibus iusto libertatis et proprietatis titulo in perpetuum possidendum cum omnibus distinctionibus et limitibus et generaliter cum hiis omnibus et singulis, que intra limites ipsius ville continentur, renunctiantes omnibus premissis iuribus et proprietatibus, quoad nos et nostros heredes, nichil iuris in bonis ipsis nobis et nostris successoribus penitus reservantes. Ut autem premissa omnia et eorum quodlibet robur sorciatur perpetue firmitatis, presentes litteras de nostra certa sciencia cum nostro pendenti sigillo fecimus communiri. Testes huius facti sunt dominus Ulricus, prothonotarius curie nostre, dominus Iohannes, plebanus in Belitz, dominus Iohannes Albus, nostre curie cappellani, dominus Lambertus de Wedele, noster advocatus, dominus Gerardus de Berticow, dominus Hinricus de Pokolente, dominus Conradus Vleming, milites, Teske, Hermannus cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Dambe anno domini M° CCC° XIII°, in die undecim milium[1]) virginum.

[1]) milibus. Matr.

Nach der Colbatzer Originalmatrikel Bl. 30 v Nr. 126.

Gedrckt v. Wedel, Urkundenbuch zur Geschichte des Geschlechts von Wedel II 1 S. 70 Nr. 121 (Reg.).

2860.

1313 Oktober 28 Kuppentin.

Ein Schiedsgericht von sieben Rittern entscheidet einen Streit zwischen dem Kloster Neuenkamp und Dietrich Mann dahin, daß dieser seinen Ansprüchen auf Goldberg, Zidderich, Below, Augzin und Techentin zu Gunsten des Klosters entsagt.

Nos Iohannes de Croghen, Hinricus de Stavenow, Nicolaus de Bruszevitz, Ywanus de Belowe, Theodericus de Swemyn, Reymarus de Malin, Ywanus de Retekesdorp, milites, presencium tenore publice recognoscimus protestantes, quod anno domini MCCCXIII, in die festo beatorum apostolorum Simonis et Iude, hora vespertina, coram nobis in Cobendin convenerunt venerabilis dominus Theodericus, abbas Novi Campi, et Theodericus Man cum amicis suis, ubi dissensio, que fuit inter eos de bonis post nominatis, est pacificata et terminata taliter, quod ipse Theodericus cum uxore sua Conegunde, cum filiis suis et cum fratribus et cum omnibus suis heredibus domino abbati predicto et eius conventui plane et finaliter resignavit omnia bona, omnes redditus, omnem protestatem, omne ius et simpliciter ac totaliter omnia, que possedit sub dominis Slavie et sub proprietate domini abbatis et conventus supradicti in Goldberch et in eius terminis, stagnis et piscaturis, in Cyddarch et in eius terminis, stagnis et piscaturis, in Belowe et in eius terminis, aquis et piscaturis, si ibi fuerint, in Eucyn et in eius terminis, aquis et piscaturis, si ibi fuerint, et plane quicquid possedit in predictis oppido et villis et in omnibus attinentiis et in terminis et infra terminos predicti oppidi et predictarum villarum, in aquis et in terris, prata, pascua, silvas, ligna, campos, rubos, agros cultos et incultos, ortos, areas, paludes, sulcos, fossas, aggeres, aquarum decursus et edificia, et simpliciter ac funditus quicquid in omnibus predictis bonis possit ad se ipsum vel uxorem suam vel filios suos vel heredes suos qualescunque ex parte sua qualicunque modo pervenire, nichil penitus potestatis, ordinacionis, iuris et reddituum sibi, suis heredibus retinens in omnibus bonis iam predictis. Et eciam agros vacantes ex obitu domini Reynekini, sacerdotis et plebani in Thegentin, ipse dominus Ywanus de Belowe, miles, cum predicto Theoderico, fratre suo, resignavit, ita quod nec ipsi nec uxores nec filii nec alii quicunque eorum heredes in ipsis agris et in omnibus bonis supradictis quicquam habent nec habere possunt ex successione hereditaria in futurum. Et hec omnia prefata bona sunt eidem Theoderico totaliter et ex integro persoluta, ita quod nec ipse Theodericus nec uxor nec filii nec fratres sui nec alii quicunque sui heredes possunt predicta bona inpetere vel repetere aut quicquam de hiis bonis vel de solutione pecunie[1]) exigere quoquo nomine. Insuper nec ipse Theodericus Man sepius dictus nec[2]) aliqui ex parte sua debent causari de prohibitione arborum distinctivarum vel de turbatione[3]) frugum suarum aut de aliqua alia causa vel de alio quocunque facto contra dominum abbatem predictum et eius conventum vel contra eorum subditos inpeticiones, querimonias aut oblocutiones aliquas suscitare. Ut autem hec omnia firma in perpetuum perseverent, nos milites supranominati cum predicto Theoderico et ipse nobiscum sigilli sui cum sigillorum nostrorum appensione tenorem presencium confirmamus. Huius rei testes sunt milites Bernardus de Belin, Gherardus de Retekesdorp, Gotfridus Barolt, Conradus de Rensow, Nicolaus de Below, Baroldus Gammo et dominus Plote, famuli Gherardus et Nicolaus fratres dicti

Knuppel, Martinus de Malin, Wedekinus de Belowe, Hinricus Parsowe et alii plurimi de Marchia et de Slavia milites et famuli fide digni. Datum anno domini M° CCC° XIII°, loco, die et tempore supradicto.

1) pecunia. Abschr. 2) Fehlt. Abschr. 3) turpatione. Abschr.

Nach einer Abschrift aus dem Anfange des 16. Jahrhunderts im Staatsarchive zu Stettin s. r. Wolgaster Archiv Tit. 26 Nr. 3 Vol. 1 Bl. 316 v.

Gedruckt Meklenb. Urkundenbuch VI S. 57 Nr. 3651.

2861.

1313 Oktober 31 Colberg.

Das Nonnenkloster zu Altstadt Colberg verkauft dem Ditmar Landesbant mit Zustimmung der Provisoren des Klosters eine Rente von zehn Mark, die dem Kloster nach seinem und der Seinigen Tode zu bestimmten frommen Zwecken wieder zufallen soll.

Universis Christi fidelibus, ad quorum noticiam presens scriptum pervenerit, Aleheydis, priorissa, totusque conventus sanctimonialium in veteri civitate Colberg salutem et prosperitatem in eo, cui angeli serviunt, et cuius pulcritudinem mirantur sol et luna. Ea, que racionabiliter statuuntur, ideo litterarum testimonio roborantur, ne deductu temporis a memoria fidelium lapsa litibus viam parent et novas suscitent questiones. Quam ob rem sciant presentes et futuri, quod nos de prudentum virorum provisorum ac tutorum Iohannis Bunden et Hinrici, Sifridi filii, burgensium in Colberg, consilio . . . . Dithmaro dicto Landesban[t] . . . . [ven]didimus perpetuorum reddi[tuum] . . . . denariorum eiusdem mone[te] . . . . [con]cessum tribus perso[nis] . . . . sanguinitatis eidem . . . . Martini episcopi et confessoris in civita[te] . . . . [Dith]marus motus misericordia nostram intuens penuriam . . . . . [uxoris], liberorum et omnium progenitorum suorum predictas decem marcas reddituum in . . . . . convertet, in quantum attingere potest, conparando quolibet anno que pure propter deum nostris sororibus chorum frequentantibus erogavit. Id ipsum facient et persone tres post suum obitum, et post earum mortem supradicti decem marcarum redditus ex paracioribus nostris bonis, sicut prefatis quatuor personis exsolvebantur, . . domine priorisse, cellerarie, custodi et scolastice, nostris sororibus, presentabuntur predicto in termino annis singulis et tempore perpetuo, que, sicut premisse persone, hos decem marcarum redditus in nichil aliud, nisi in calciamenta consororibus[1]) nostris chorum frequentantibus convertent. Set hii redditus nostro preposito, tutori vel alicui alteri ex iussu suo nullo modo debebunt presentari omnem necessitatem nos et nostrum claustrum urgentem penitus amputantes, in plenam vero reconpensam elemosinarum receptarum et ut omnipotenti deo provide, ut iure tenemur, satisfaciamus, singulis annis, quamdiu nostrum cenobium perseveraverit, quater in anno, videlicet quartodecimo die ante festa pasche, Iohannis baptiste, Michaelis et nativitatis Christi, prenominati Dithmari, uxoris, liberorum et omnium progenitorum suorum exequias peragemus humiliter dicendo vigilias, missas pro defunctis celebrando et quelibet nostrarum sororum unum leget psalterium conplete faciendo ipsis, prout nostris fratribus et sororibus fieri est consuetum. Si vero, quod absit, noster prepositus aut tutor ad exsolvendum sepedictos decem marcarum redditus malivolus exstiterit tempore, quo prescriptum est, monicione trina per ydoneos viros premissa, si induratus decem marcarum pecuniam exsolvere rennuerit, extunc

nonaginta marcas denariorum, quas sepenominatus Dithmarus Landesbant pro sepissime tactis decem marcarum redditibus . . . . aut suo propiori heredi . . . . de calciamentis . . . . singula et uni[versa] . . . . [ec]clesiam nostram . . . . occasio malignan[di] . . . . sigilli nostri patrocinio fe[cimus roborari] . . . . consules civitatis Colberg presentem cedulam . . . . testimonium, ut cernitur, apposuimus roborantes. Testes sunt Sifridus Cerdo, Hartmodus, Bertoldus Glasenap, Conradus Albus, Arnoldus Pellifex, Herderus Bolto, Gherardus Wigboldi, Iohannes Colberg, Iohannes de Monasterio, Gozwinus de Salice, Henningus de Bruneswik, Gherardus de Lubeke, Clempenowe, Iohannes et Petrus fratres dicti Holik, et alii quam plures fide digni. Datum Colberg anno dominice incarnacionis M° CCC° tercio decimo, in vigilia omnium sanctorum per manum Amelungy, notarii consulum in Colberg.

1) consoribus. Orig.

Nach dem durch Mäusefraß sehr beschädigten Originale im Staatsarchive zu Stettin s. r. Dep. Stadt Colberg Nr. 24, mit den beschädigten grünen Wachssiegeln des Klosters und der Stadt an grünen Seidenfäden.

2862.

1313 November 1 Eldena.

Herzog Wartislaw IV. schenkt dem Kloster Eldena völlige Handels- und Zollfreiheit in seinen Landen.

Wartyzlaus dei gracia dux Slavorum atque Cassubie cunctis Christi fidelibus salutem in domino sempiternam. Quoniam dignum est, ut peccata nostra bonis operibus vel elemosinis redimamus, ut, quod in nostris negociis occupati orando negligimus, aliorum devotorum precibus assequamur, hinc est quod coram universis tam presentis nacionis quam future recognoscimus, quod volentes dilectis nobis in Christo monachis et fratribus in Hilda, quos pater noster delictus dominus Bughůzlaus felicis recordacionis et alii progenitores nostri speciali dilexerunt prerogativa et semper ab omnibus actionibus, serviciis et angariis defenderunt et voluerunt esse liberos, graciam facere specialem, eisdem monachis et fratribus donavimus et concessimus, necnon presentibus donamus et concedimus plenam potestatem et liberam facultatem enavigandi seu navigio exeundi et eciam redeundi ex omnibus et singulis littoribus, portubus et aquis, quibuscumque nominibus censeantur, in nostro dominio situatis, merces quascumque et bona quelibet, annonam, ligna et alia quecumque mercimonia inibi libere emendi, educendi et reducendi pro sue libitu voluntatis absque quibuslibet theloneis seu angariis ab ipsis exigendis et recipiendis, volentes ipsos in omnibus premissis semper liberos esse et exemptos, cuiuscumque in nostro dominio existentis contradictione, impendimento vel obstaculo non obstante. Quam quidem libertatem et graciam ipsis [monachis et] fratribus volumus irretractabilem fore et perhennem. In huius vero nostre donacionis evidens robur, [presens scriptum] nostro sigillo duximus roborandum. Testes huius sunt Iohannes Ursus, marschalcus [noster, Theodericus Ursus, advocatus noster], Stenwar, Wernerus Lepel, Sabellus Lepel, Theodericus Lepel, milites, et [dominus Conradus de Trepetow, cappellanus noster] et alii multi fide digni. Datum Hilda anno domini M° trecentesimo [tercio decimo, kalendas Novembris].

Nach dem stark beschädigten Originale im Staatsarchive zu Stettin s. r. Kl. Eldena Nr. 94. Das Siegel an Seidenfäden fehlt. Beglaubigte Abschrift von 1518: Wolgaster Archiv Tit. 1 Nr. 18 Bl. 26v (Siegelbeschreibung Bl. 11).

Gedruckt Lisch, Urkunden zur Geschichte des Geschlechts von Behr II B S. 43 Nr. 157; Pyl, Geschichte des Klosters Eldena S. 633 (Reg.).

2863.

1313 November 1 Königsberg i. N.

Markgraf Waldemar von Brandenburg überträgt dem Kloster Zuckau das Dorf Zezenow und das Wehr in der Leba vom Lebasee bis zum Meere.

In nomine domini amen. Nos Woldemarus dei gracia Brandenburgensis, Lusacie et de Landesberg[1]) marchio tutorque incliti Iohannis de Brandeborch[2]) marchionis cum manifesta recognicione cupimus fore notum, nichilominus protestantes, quod ob reverenciam omnipotentis dei sueque genitricis Marie necnon ob salutem et remedium nostre anime omniumque nostrorum predecessorum animarum damus et ratificamus pio[3]) zelo[4]) et favore ecclesie sancte Marie in Sucowe[5]) villam Ceczenowe[6]) et clausuram in Leba a lacu Lebsco usque ad salsum mare. Quocunque eciam dicta Leba a lacu sibi viam fecerit ad mare transeundo cum omnibus et singulis attinenciis ac omnibus libertatibus et iuribus, que ad nos dinoscuntur pertinere, transferimus per presentes ad ipsam ecclesiam predictam, ita quod ipsa perpetuo possidebit pacifice cum quiete. Ne igitur hec nostra donacio per nos rite facta queat in posterum per quosdam, quod absit, molestari, presens dedimus scriptum nostri sigilli munimine firmiter conmunitum.[7]) Testes huius facti sunt fideles nostri Ulricus de Lyndowe[8]) et Guntherus de Keverenberg, comites, et Slotekinus, nostre curie prothonotarius, et alii quam plures fide digni. Datum Koninghesberg[9]) anno domini milessimo [!] trecentesimo tercio decimo[10]), in die omnium sanctorum.

1) Landsberg. B. 2) Brandenburg. B. 3) pro. B. 4) zelu. A. 5) Succow. B. 6) Tzetznowe. B. 7) conminutum. A. 8) Lindowe. B. 9) Konigsberg. B. 10) M° CCC° XIII°. B.

Nach dem Zuckauer Kopiare in der Stadtbibliothek zu Danzig (Mscr. Pruss. 121, früher XV q 104) Bl. 15 (A). Abschrift im Zuckauer Kopiare im Staatsarchive zu Danzig Bl. 15 Nr. 21 (B). Transsumte von 1317 Januar 13 in den genannten Kopiaren Bl. 15 v, bezw. Bl. 11 Nr. 14; Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1232.

Gedruckt Riedel, Cod. dipl. Brand. Suppl. S. 384 Nr. 2. Erwähnt bei Brüggemann, Beschreibung von Vor- und Hinterpommern II 2 S. 1021; danach Riedel, Cod. dipl. Brand. II 1 S. 350 Nr. 437.

2864.

1313 November 19 Ueckermünde.

Herzog Otto I. verleiht der St. Marienkirche zu Stettin 9½ Mark Rente aus Ungeld und Zoll zu Stettin zur Stiftung einer Pfründe.

In nomine domini amen. Omnibus presens scriptum cernentibus Otto dei gracia dux Slavorum atque Cassubie salutem in domino sempiternam. Noverint universi et ad noticiam singulorum cupimus devenire, quod ob spem divine remunerationis et propter salutem anime dilecti patris nostri felicis recordationis domini Barnym dedimus et donavimus dominis canonicis ecclesie beate Marie in Stetyn proprietatem novem marcarum cum[1]) dimidia marca ad prebendam in eadem ecclesia instaurandam de novo, attendentes quod cultus divinus non diminui debet, sed potius augmentari. Qui proventus antedicti de ungeldo et thelonio singulis annis persolventur et dabuntur in civitate Stetyn perpetuis temporibus canonicis memoratis. Ut autem antedicta

inconvulsa permaneant, presens scriptum nostri sigilli munimine fecimus communiri. Testes huius rei sunt dominus abbas Heinricus nomine de Colbaz, dominus Hildebrandus, prepositus[2]) ecclesie Camynensis, Io(hannes) Pollonus, Thidericus dictus Speckin, Io(hannes) Albus, nostri capellani, Henricus dictus Vulpis, Bertoldus de Erteneborg[3]), Conradus Ubesseke et Conradus dictus Vlamingus, milites, et alii quam plures fide digni. Datum Ukermunde anno domini M° CCC° XIII, in die beate Elizabeth vidue.

1) et. Kop. 2) preposito. Kop. 3) Erceborg. Kop.

Nach dem Fragmente eines Marienstiftskopiars im Staatsarchive zu Stettin (Msc. I 51) Nr. 32.

2865.

1313 Dezember 9 Stettin.

Johann von Prenzlau überläßt einen Zins von zwei Pfund seiner Schwägerin, der Nonne Zacharia, nach deren Tode er an das Nonnenkloster zu Stettin fallen soll.

Rolf von Krackow überläßt dem Peter Keding den Zins von einem Pfunde aus seinem Hause und kauft so den Zins, den das St. Georgs-Hospital zu Stettin aus demselben gehabt hatte, zurück.

Actum in crastino concepcionis sancte Marie — — — Item Iohannes de Prenzlaw resignavit sorori sue uxoris in claustro, Zacharie, censum II talentorum; hac virgine defuncta, iste census super claustrum sanctimonialium devolvetur — — — Item Rolf de Cracow resignavit Petro Kedingo censum I talenti super suam hereditatem, et sic ille census, quem sanctus Georgius habuit super eandem hereditatem, est redemptus.

Nach dem ältesten Stettiner Stadtbuche Bl. 15.

2866.

1313 Dezember 11.

Herzog Otto I. befreit zwei Hufen zu Duckow, die das Kloster Dargun bebaut, von Bede, Abgaben und Diensten.

In nomine domini amen. Otto dei gracia dux Stetinensis universis Christum colentibus presencia visuris seu audituris salutem in eo, qui neminem vult perire. Ne acta principum laudabilia propter temporis mutabilitatem a memoria mortalium, que de sui natura est labilis, evanescant, oportunum est, ut ea fide testium et scripture testimonio roborentur. Hinc est quod ad noticiam omnium tam presencium quam futurorum cupimus serenius devenire, quod nos ob spem eterne remunerationis et nostrorum progenitorum, precipue dilecti genitoris nostri Barnym, perpetuam ad salutem claustro Dargun, quod dicti progenitores nostri ante multorum annorum curricula devocius fundaverunt, duorum mansorum, quos fratres prenominati claustri ex curia sua sita in Ducowe colunt, precariam, exactiones singulas, servicia eciam quecunque et universaliter, quicquid nobis de prefatis mansis derivari consueverat, perpetue relaxamus. Ut autem hoc factum nostrum pium firmitatem sorciatur perpetuam, presentem paginam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Testes huius rei sunt Hinricus dictus Vos, Arnoldus de Osten minor, Bertoldus de Erteneburgh, Paridam iunior, milites et castellani castri Dymin, et plures alii fide digni. Acta sunt hec anno gracie M° C° C° C° XIII°, III° Ydus Decembris.

Nach dem Originale im Hauptarchive zu Schwerin s. r. Kl. Dargun, mit dem Siegel an grünen Seidenfäden. Gedruckt Meklenb. Urkundenbuch VI S. 68 Nr. 3663.

2867.

1313 Dezember 13.

Herzog Otto I. gibt dem Kloster Colbatz das Dorf Brünken zurück.

Nos Otto dei gracia[1]) dux Slavorum et Cassubie ac dominus in Stetin universis Christi fidelibus presencia visuris seu audituris salutem in virginis filio. Recognoscimus et in publicam cupimus devenire noticiam per presentes, quod, sicud dominus abbas[2]) monasterii Colbacensis et cellerarius[3]) racione cuiusdam permutacionis nobiscum faciende proprietatem ville Brunnik theutunice et slavicalis nobis resignaverunt, ita nos eodem modo, super hoc habita discretorum vasallorum deliberacione, predicto abbati et suo conventui restituimus proprietatem predictorum villarum cum omni iure et libertate, sicud a primis temporibus habuerunt, et in eorum privilegiis continetur. In cuius rei testimonium hanc litteram sigilli nostri appensione de certa sciencia dedimus roboratam. Testes huius facti sunt clerici dominus Ulricus, noster notarius, et dominus Iohannes Polonus, noster capellanus, et milites Conradus Hubesceke et Conradus Vlemynk. Datum anno domini M° CCC° XIII°, in die Lucie virginis et martiris.

1) gracia fehlt. Matr. 2) abas. Matr. 3) cellararius. Matr.

Nach der Colbatzer Originalmatrikel Bl. 15 Nr. 55; Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1227.

2868.

1313 Dezember 26 Kreutzmannshagen.

Ritter Johann Schlagsdorf verkauft dem Ritter Johann Dotenberg seinen Hof in Kalkvitz und mehrere Renten und Hebungen aus Gristow, Kalkvitz, Bucowe, der Insel Riems, Kirchdorf und Kalemberghe.

In dei nomine amen. Iohannes miles dictus de Zlavkestorpe omnibus in perpetuum. Ne gestarum rerum memoria cum processu temporis evanescat et pereat, discretorum virorum prudentia literis autenticis et testibus ydoneis ipsas sagaciter stabilit et perhennat. Notum igitur esse cupio universis tam presentibus quam futuris, quod animo consulto ac amicorum meorum salubri consilio et bona voluntate honesto militi domino Iohanni dicto Dotymbergh suisque veris heredibus curiam meam sitam in Kalkeviz cum omnibus suis attinenciis, quibus ipsam dominus Scalipe miles possedit, et sicuti nunc iacet in suis distinctis terminis sive metis, veluti ad me pertinuit cum singulis proventibus adiacentibus curie prelibate, scilicet agris, silvis, pascuis atque pratis, similiter et in aquis, videlicet a rivo dicto Breseniz, qui effluit de villa Mildessowe in mare, usque ad medium ipsius maris, et inde per medium maris usque, ubi rivus dictus Lecenicerebeke influit ipsi mari, dimidiam partem necnon quartam partem alterius dimidietatis singulorum proventuum a predicto mari provenientium, simulque quartam partem stagni Lecenicerese nuncupati rite et rationabiliter vendidi perpetuis temporibus feliciter possidendam cum redditibus annuis infrascriptis, qui sunt hii: in opido Grizstowe sedecim marcarum redditus de thelonio tollendi ac octo solidi denariorum de censu molendini ibidem, dimidietas quoque iuris patronatus ecclesie ipsius opidi Grizstowe, insuper quarta pars alterius dimidietatis patronatus predicti, pariterque iudicii dimidietas cum quarta parte alterius dimidietatis in occidentali parte opidi prefati Grizstowe et ibidem centum et quinquaginta pulli, in australi

vero plaga viginti et duo pulli cum quarta parte iudicii, item sex marce denariorum minus quatuor solidis in villa Kalkeviz et centum et decem pulli ibidem, coram curia quoque pretacta nonaginta pulli, in villa Bucowe octo marce denariorum cum dimidia marca, in insula Rymiz tres marce denariorum, in Kercdorpe quoque tres marce denariorum de quodam manso, item in Kalemberghe sexaginta pulli. Insuper, si plures redditus in prefatis locis sive bonis inventi fuerint, qui ad me pertinuerant, similiter sepedicto domino Iohanni vendidi et dimisi, omni occasione impedimenti nullatenus interiecta. Preterea omnia bona seu redditus premissos iam dicto militi suisque heredibus cum omni iudicio tam maiori quam minori[1]) vendidi et absque omnimodo pro eisdem servicio faciendo. Ad robur igitur premissorum presentem paginam sepius dictis domino Iohanni suisque legitimis heredibus feci conscribi meo sigillo et sigillis fratrum meorum scilicet, domini Ludolfi, militis, et Boltonis de Zlavkestorpe, armigeri, roboratam in memoriam sempiternam. Testes huius rei sunt domini milites infrascripti Iohannes de Grizstowe, Iohannes de Goltstede, Iohannes Cabold, Marquardus Holsete, Alexander de Biscopestorpe, Sifridus et Wulvoldus fratres Blixne, armigeri quoque Gotan Blixne, Henneke et Wedege Buggenhaghen, Andreas Litzowe, iunior Bolto et Ludolfus de Zlavkestorpe et alii quam plures nichilominus fide digni. Datum et actum in Clucemanneshaghen anno domini millesimo trecentesimo quartodecimo, in festo sancti Stephani prothomartiris gloriosi.

[1]) maiore quam minore. Orig.

Nach dem *Originale im Hauptarchive zu Schwerin* s. r. Transact. extraneorum principum in spec. Ruyanorum, dessen Siegel an grauen Hanffäden abgefallen sind.

Gedruckt Fabricius IV 2 S. 46 Nr. CCCCLIV (675)

2869.

1313.

Gerhard von York, Landmeister des Deutschordens in Livland, vergleicht sich mit dem Abte von Stolp wegen zweier Dörfer und fünf Haken Landes.

Nach dem Livländischen Ordensarchivregister *im Reichsarchive zu Stockholm* erwähnt im Liv-, Esth- und Curländischen Urkundenbuche VI 1 S. 34 Nr. 741 b.

2870.

1313 Werben.

Bischof Heinrich von Camin bestätigt dem Kloster Reetz das Patronat über die Kirchen zu Adamsdorf und Chursdorf.

Bischoff heinrichs zu Camin confirmation über das ius patronatus der beyden kirchen zu Adamsdorff, Conradesdorff, welches ihnen Otto, Johannes und Woldemar, marggraffen zu Brandenburg, gegeben. Geschehen zu Werben anno 1313.

Nach einer Abschrift in der Steinwehrschen Sammlung (Fol. Nr. 36) Bl. 9 v Nr. 16 der Universitätsbibliothek zu Breslau.

Vergl. Schriften des Vereins f. Gesch. d. Neumark XI S. 41 Nr. 17.

Bischof Heinrich urkundete 1313 September 11 zu Werben (vergl. Nr. 2843), vielleicht ist die obige Urkunde am gleichen Tage ausgestellt.

2871.

1313.

Bischof Heinrich von Camin transsumiert eine Urkunde der von Wedel von 1299, worin diese dem Kloster Reetz das Patronat über die Kirche zu Schlagentin verleihen.

Heinrici, bischoffs zu Camin, vidimus über derer von Wedel ubergabe des iuris patronatus über die pfarre zu Schlagentin anno 1313.

Der inserirte brieff derer von Wedel ist datiret im 1299. jahre.

Nach einer Abschrift in der Steinwehrschen Sammlung (Fol. Nr. 36) Bl. 9 v Nr. 17 der Universitätsbibliothek zu Breslau.

Vergl. Schriften des Vereins f. Gesch. d. Neumark XI S. 41 Nr. 18.

2872.

1313.

Dankward von Loitz bekennt, vom Kloster Dargun auf Lebenszeit sechs Hufen zu Plötz gepachtet zu haben.

Ein brieflein, darin Danquart zu Plotzke bekennet, daß er geheuret habe die zeit seines lebens vom abt zu Dargun sechs hufen im dorf Plotzke. Datum 1313.

Nach einem Urkunden-Verzeichnisse des 16. Jahrhunderts im Hauptarchive zu Schwerin.

Gedruckt Meklenb. Urkundenbuch VI S. 2 Nr. 3583. Vergl. unten Nr. 2884.

2873.

1314 Januar 9 Grevesmühlen.

Fürst Wizlaw III. von Rügen schließt ein Bündnis mit Herzog Erich I. von Sachsen-Lauenburg, dem Grafen Nikolaus I. von Schwerin, den Fürsten Heinrich II. von Mecklenburg, Nikolaus II. und Johann II. von Werle, den Grafen Gerhard IV. und Johann III. von Holstein und Heinrich III. von Schwerin.

In godes namen amen. We Wislaf van der godes ghenade vorste[1]) to Ruyghen betughen unde bekennen in dessen breven, dat we untruwen hebbet ghelovet dar up, dat we bi hertoghen Erike van Sassen unde bi useme swaghere greven Nicholaus van Zwerin, her Hinrike van Mekelenborch, her Nicholaus van Wenden, her Johanne van Wendden, greven Gherarde unde greven Henneken van Holsten, greven Hinrike van Zwerin eweliken bliven scolen in allen eren rechten saken. We ne scolen neyn orloghe angripen ane aller desser heren rat; dede we dat, dat dede we ůp ůs. Were dat desser heren henich worde vorvangen van jhemende, deme scole we helpen minnen oder rechtes mit dessen anderen heren binnen veer weken; dede we des nicht, so scole we eme helpen mit aller macht unde mit sloten unde mit mannen unde scolen eme senden use man in sin negeste slot up unse kost. Quemet eme to eneme ridende orloghe, so scole we eme helpen uppe sine kost. De dinghnisse scolde he ůpboren; venghe men over vanghenen oder wůnne man slote, de scolde man delen na mantale. Bestallede man siner slote jenich oder buwede men an sin lant, so scole we eme helpen ůp use kost unde up ghewin und ůp vorlůst. Worde eyn scelinghe twischen user gemende, dat scal stan up ůs, dem van Ruyghen unde ůp den van Mekelenborch, dat recht to sprekende unde to untscedende. Scelede we undertwischen, we van Rughen unde de van Mekelenborch, dat hevet user eyn ůp den anderen ghelaten to untscedende. Binnen allen dessen reden scolen wesen hertoghe Otte unde hertoghe Wartlaf van Stetin unde greve Alf van Scowenborch, efte

se willen. Desser rede unde al user rechten saken scal use here de koninch van Denemarken eyn overhere wesen us bitostande. Up dat we desse rede vast holden, dar hebbe we[2]) untruwen up gelovet unde use inghesegel hir to ghehenget. Desse breve sint ghegheven unde ghescreven to Gnewesmolen na godes bort dusent jar drehundert jar in dem veertindem, des mitwekens na den twelften.

1) vorte. Orig. 2) we übergeschrieben. Orig.

Nach dem Originale im Hauptarchive zu Schwerin s. r. Verträge mit Pommern, mit dem beschädigten Siegel des Ausstellers am Pergamentstreifen.

Gedruckt Fabricius IV 2 S. 30 Nr. CCCCXL (662); Meklenb. Urkundenbuch VI S. 73 Nr. 3670.

Außer der oben abgedruckten Ausfertigung sind noch erhalten:

1. Zwei Ausfertigungen des Grafen Nikolaus I. von Schwerin im Staatsarchive zu Schleswig s. r. Herzogtum Lauenburg Nr. 44. Gedruckt Sudendorf, Urkundenbuch zur Geschichte der Herzöge von Braunschweig und Lüneburg VII S. 48.

2. Drei Ausfertigungen des Fürsten Heinrich II. von Meklenburg, zwei im Staatsarchive zu Schleswig s. r. Herzogtum Lauenburg Nr. 43, eine im Hauptarchive zu Schwerin. Gedruckt Sudendorf a. a. O.; Hasse, Schlesw.-Holst.-Lauenburg. Regesten S. 148 Nr. 287.

3. Vier Ausfertigungen der Fürsten Nikolaus II. und Johann II. von Werle, zwei in dem Staatsarchive zu Schleswig s. r. Herzogtum Lauenburg Nr. 45, zwei im Hauptarchive zu Schwerin. Gedruckt Sudendorf a. a. O. S. 49.

4. Ausfertigung des Grafen Gerhard IV. von Holstein im Hauptarchive zu Schwerin. Gedruckt Michelsen, Schlesw.-Holst.-Lauenburg. Urkundensammlung II S. 136 Nr. CXXI.

5. Ausfertigung des Grafen Heinrich III. von Schwerin im Hauptarchive zu Schwerin.

Ausfertigungen des Herzogs Erich I. von Sachsen und des Grafen Johann III. von Holstein sind nicht erhalten.

Sämtliche Ausfertigungen stimmen mutatis mutandis, abgesehen von orthographischen Abweichungen, mit der des Fürsten Wizlaw III. überein. Von einer Angabe der Varianten ist Abstand genommen.

2874.

1314 Januar 13 Stettin.

Herzog Otto I. befreit das Kloster Colbatz vom Zoll zwischen Stettin und Altdamm.

In nomine domini amen. Otto dei gracia dux Slavorum et Cassubie ac dominus in Stetin omnibus presens scriptum cernentibus in vero salvatore salutem. Quamquam pedagiorum exactiones tam iure canonico quam civili regulariter merito sint damnate, tanto tamen districtius, ne ab ecclesiis et personis ecclesiasticis talia exigantur, perhiberi oportet, quanto, si id fiat, maioris inde transgressionis reatus incurritur et offensa evidencior comprobatur. Cum igitur ecclesie ecclesiasticeque persone ac res ipsarum non solum iure humano, quin immo et divino, a personarum secularium exactionibus sint immunes nec ulli liceat alicui novas pedagiorum exactiones sine auctoritate et consensu regum et principum inponere quoquomodo, nos, quia nostra interest, concessas a nobis libertates et privilegia luculenta interpretacione declarare, illum articulum, qui in instrumento super pedagio vel theloneo recipiendo a transeuntibus per aggerem inter civitates Stetin et Dam consulibus dicte civitatis Stetin concesso continetur vel contineri debet, videlicet: Dominus abbas de Colbas et sui fratres ac res ad ipsos pertinentes libere pertransibunt, presenti declaracione secundum utriusque iuris equitatem taliter intelligendum esse censemus, quod dominus abbas de Colbas, qui pro tempore fuerit, et sui fratres monachi et conversi presentes et futuri ad dictum monasterium Colbacense[1]) spectantes quibuscunque officiis intra monasterium vel extra in molendinis vel grangiis aut ubilibet alias quibusvis administracionibus deputati ac servitores eorundem necnon et res quecunque ad ipsos pertinentes[2]), quos non solum per

dictum aggerem, sed eciam nostrum dominium deferunt vel deferri faciunt seu transmittunt, eciamsi negociandi causa hec fieri oporteat, ab omni pedagii, guidagii et thelonei exhibicione sive solucione perpetuo sint liberi[3]) et immunes, prohibentes, ut nec collegium nec universitas nec aliqua eciam singularis persona, cuiuscunque condicionis vel status existat, a predictis abbate et suis fratribus ac ipsorum servitoribus pro personis ipsis et rebus eorundem talia exigant aut extorqueant per se vel per alium seu eciam alienum[4]) aut eos ad huiusmodi qualicunque conpellant, contraria consuetudine quorumcunque, que dicenda est corruptela verius, non obstante. Annuimus eciam eisdem abbati et suis fratribus, ut adversus eos, qui contrarium fecerunt, de nostro beneplacito secundum iuris exigenciam licite procedere valeant, donec exacta plenarie restituerint et de transgressione satisfecerint conpetenter. Ut autem hec nostra interpretacio sive declaracio firma et inviolabilis iugiter permaneat, ipsam nostri sigilli appensione duximus muniendam. Testes huius rei sunt dominus Iohannes Polone, Iohannes Albus, nostri cappellani, Tesseko et Hermannus dictus Zylbur, Hinricus Pokelente, Gerardus de Berticow, Bethekinus de Scheninghe, milites, et quam plures alii fide digni. Datum Stetin per manus Ulrici, nostri prothonotarii, anno domini M° CCC° XIIII°, octava Epiphanie eiusdem.

1) Colbacensem. Matr. 2) permentes. Matr. 3) libere. Matr. 4) alieno. Matr.

Nach der Colbatzer Originalmatrikel Bl. 17 Nr. 65. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1248.

Gedruckt b. Schöning, Geschichtliche Nachrichten von dem Geschlechte von Schöning II S. 17 Nr. 75 (Reg.).

2875.

1314 Januar 23 Altdamm.

Herzog Otto I. verleiht der Stadt Gollnow bei Bestätigung und Abgrenzung ihrer Besitzungen das Lübische Recht.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Otto dei gracia dux Slavorum et Cassubie ac dominus in Stetyn[1]) omnibus in perpetuum. Omnia reminisci et nullius oblivisci, pocius est divini quam humani. Igitur[2]) ne ea, que geruntur in tempore, simul labuntur cum tempore, necessarium est, ipsa evidencia scripturarum et testium perhennari. Obhinc noscant presentes et posteri, quod ex assensu et consilio nostrorum vasallorum civitati nostre dilecte Golnow ob servicia benivole nobis[3]) quam pluries impensa dedimus[4]) proprietates et libertates metarum sub hac forma. Primo a[5]) fluvio antiqui Yne asscendendo ad medium utriusque lacus Scriversvort et Stedingesbůde[6]) ita, quod due dymetre, quod vulgariter růde dicitur, in latitudine predicti fluvii pertineant ad usus prefate civitatis, a[7]) medio predictorum lacuum directe procedendo ad[8]) arborem, que fagus dicitur, ab hac fago directe procedendo ad fossam, que dicitur Wichmansgrave, ubi fodetur fossa, que nominabitur fossa ducis Ottonis, ab hac fossa directe procedendo in fluvium, qui Crampe dicitur, eundem fluvium asscendendo in locum, qui dicitur Sulveblas[9]), ab hoc loco per viam ducentem ad lacum, qui Sech[10]) dicitur, ab hoc lacu directe procedendo ad montem, qui dicitur Techensberch[11]), ab hoc monte ad metas ville Barvotesdorp[12]), ab hiis metis directe procedendo[13]) ad metas ville Masdorp[14]), ab hiis metis directe procedendo[13]) ad metas ville Bůddendorp[15]), ab hiis metis directe procedendo[13]) ad metas ville Půdampzik[16]), ab hiis metis directe procedendo ad viam Stargardensem[17]), hanc viam procedendo ad medium rivulorum Wittenbeke et Hamerbeke, ab[18]) hoc medio rivulorum trans Ynam directe procedendo[19]) ad locum, qui dicitur Barnempsbůde[20]), ab hoc loco directe[21]) ad viam, que ducit in locum dictum Sac[22]), eandem viam prosequendo ad montem dictum[23])

Clockenberch, ab hoc monte procedendo[24]) ad montem, qui iacet supra paludem dictam Loscenizh, ab hoc monte directe[21]) procedendo ad locum dictum[23]) Segebodelake[25]), hunc lacum descendendo in stagnum dictum[26]) Dammeschese, huius stagni[27]) litus procedendo ad exitum fluminis[28]) Yne, ubi nomen perdit, et tabernas[28]) ex utraque parte Yne sitas cum omni iuridicione et proventu[29]), ab hiis tabernis tam pratum quam lingna usque ad soliditatem ville Chymel et[30]) antiquum Ynam, has metas expositas[31]) cum agris, nemoribus, mericis, paludibus, pratis, pascuis et cum universis[32]) predictis metis inclusis ad usum inhabitancium prefate civitatis et non aliorum proprietate libera perpetuo pacifice possidendo. Preterea inhabitatores prenominate civitatis ius Lůbicense[33]) in eorum causis agendis libere observabunt. Ne autem[34]) hec, que racionabiliter per nos sunt facta, a nostris successoribus infringantur, ea[35]) sigilli nostri munimine fecimus roborari. Huius rei testes sunt dominus Hinricus, abbas Colbascensis, Ubesco[36]) senior, Conradus, eius filius, Gerhardus de Bertecow et Conradus Flamink[36]), milites, dominus[37]) Iohannes Polonus et Iohannes Albus, nostre curie capellani[38]), Tesseko, nostre curie cibator, Hermannus Zulbůr[39]), magister nostre camere, et alii quam plures tam clerici quam layci fide digni. Datum per manus domini Ulrici, nostri notarii, et actum in civitate Dam anno domini M C° C° C° XIIII°, kalendas X° Februarii[40]).

1) Stetin. B. 2) Igitur fehlt. B. 3) nobis benivole. B. 4) inpensa contulimus. B. 5) sub hac forma, videlicet a. B. 6) Stedingesbůdhe. B. 7) et a. B. 8) usque ad. B. 9) Sulveblaz. B. 10) Sehc. B. 11) Techenberch. B. 12) Barvodestorp. B. 13) directe procedendo fehlt. B. 14) Mastorp. B. 15) Buddendorp. B. 16) Půdamzic. B. 17) viam, que ducit ad civitatem Stargard. B. 18) et ab. B. 19) procedendo fehlt. A. 20) Barnimsbode. B. 21) directe fehlt. B. 22) locum, qui Sac dicitur. B. 23) qui dicitur. B. 24) ulterius procedendo. B. 25) Seghebodenlake. B. 26) stangnum, quod dicitur. B. 27) stangni. B. 28) Yne fluminis pretacti et tabernas. B. 29) et proventu fehlt. B. 30) Chymil et ulterius in. B. 31) expositas fehlt. B. 32) agris, lingnis, pratis, pascuis, paludibus et universis. B. 33) Lubicense. B. 34) igitur. B. 35) ipsa. B. 36) Conradus Ubesko, Gerardus de Bertekow et Conradus Fleminc. B. 37) dominus fehlt. B. 38) cappellani. B. 39) Zulbůr fehlt. B. 40) et actum anno domini M° CCC° XIIII° in Dam, X° Kalendas Februarii. B.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Stettin s. r. Dep. Stadt Gollnow Nr. 3 in zwei Ausfertigungen (A u. B) mit den Siegeln an rot-grünen Seidenfäden. Ebendaselbst eine deutsche Übersetzung aus dem 16. Jahrhundert. Abschriften: Dipl. civit. Gollnow im Staatsarchive zu Stettin (Mscr. I 22) P. I Nr. 1, 2; P. II Nr. 1, 5, 7; Loeper Mscr. 9 Cod. dipl. IV S. 60 Nr. 17; Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1247; Auszüge im Grenzbuche von 1567 im Stettiner Stadtarchive (Tit. XII Sekt. 7 Nr. 20) Bl. 40, 47, 124; deutsche Übersetzung ebenda Bl. 128.

Gedruckt Schöttgen u. Kreysig, Dipl. hist. Germ. III S. 25 Nr. 39; Hans. Urkundenbuch II S. 95 Nr. 242 (Reg.).

2876.

1314 Januar 25 Stettin.

Herzog Otto I. bestätigt dem vom Propst Dietrich von Schönlinde gegründeten Altare in der St. Marienkirche zu Stettin eine Hufe zu Pargow, welche Johannes Westphal, Priester bei der St. Marienkirche zu Stettin, von den Brüdern Johannes, Otto und Christian von Kurow gekauft hatte.

Hierher gehört die in Bd. IV S. 291 Nr. 2390 unter 1308 gedruckte Urkunde. Die dort erwähnte Urkunde von 1312 Mai 1 (oben S. 47 Nr. 2857), in der Dietrich von Duderstadt als Abt von Colbatz vorkommt, gehört jedenfalls in ein späteres Jahr, da Abt Heinrich auch nach 1312 April 18 noch öfters, sogar 1314 Januar 23 (Nr. 2875), nachweisbar ist, und Dietrich von Duderstadt sonst zuerst 1314 November 7 (s. unten) als Abt von Colbatz erscheint. Dagegen kommen die in Nr. 2390 als Zeugen erwähnten Kappellan Johann Pohle und Notar Johann Witte erst 1312 November 5 (oben S. 71 Nr. 2754), bezw. 1313 September 1 (oben S. 134 Nr. 2832) vor, so daß die Urkunde unmöglich in das Jahr 1308 gehören kann.

2877.

1314 Januar 25 Stettin.

Herzog Otto I. bestätigt die Schenkung von zehn Mark Rente aus Ungeld, Zoll und Münze zu Stettin durch den Stettiner Bürger Wilken Schapow an die St. Marienkirche zu Stettin.

Nos Otto dei gracia dux Slavorum et Cassubie recognoscimus tenore presencium manifeste, quod nos cultum divinum in ecclesia sancte Marie virginis in Stetyn ampliari diligentes dedimus liberaliter ac donavimus eiusdem ecclesie canonicis proprietatem decem marcarum denariorum usualium in ungeldo, theloneo et moneta ibidem, quos quidem vir discretus Willekinus de Scapow, civis Stetynensis, prefatis canonicis divine retribucionis intuitu pro annuis redditibus obtulit perpetuis temporibus possidendos[1]. Huius rei testes sunt dominus Ulricus, dominus Iohannes, nostre curie capellani, Conradus dictus Ubesseko, dominus Conradus Flamingus[2], milites nostri, Petrus de Brakel, Arnoldus de Bogemil, Iohannes de Brakel, burgenses in Stetyn, et quam plures alii fide digni. Datum in Stetyn anno domini M° C° C° C° XIIII°, in conversione sancti Pauli apostoli omnium ecclesiarum gloriosi.

[1] possidendas. Kop. [2] Flaminus. Kop.

Nach dem Fragmente eines Marienstiftskopiars im Staatsarchive zu Stettin (Mscr. I 51) Nr. 33.

2878.

1314 Januar 29.

Berta, Witwe des Slaweke in Drosedow, und deren fünf Söhne bestätigen den Verkauf von vier Hufen zu Drosedow für 115 Mark Wendisch durch den Knappen Dargislaw, der dieselben mit Unedarghe bisher besessen, an Segebode, Pfarrer zu Trienke.

Nos Bertha, relicta Slawikonis in Drosdowe, Hinricus, Benedictus, Olricus, Slawiko et Iohannes fratres, filii eorundem, recognoscimus et universis presencia intuentibus notum facimus, quod nostro accedente consensu simul et assensu Dargheslawe, famulus, iuste et racionabiliter ac legitime honorabili viro amico nostro speciali domino Seghebodoni, plebano in Trineke, vendidit quatuor mansos in villa nostra Drosdowe sitos, quos ipse et Unedarghe pro tempore possiderant, vendidit inquam pro centum et quindecim marcis denariorum monete slavicalis. Hos mansos ipse dominus Seghebodo aut, cui eos vendiderit, cum omni iure, fructu, utilitate et pena, manum et collum tangente iudicio, in campis, curia et ante ipsam curiam usque ad rivulum defluentem in perpetuum possidebit. Idem eciam dominus Se(ghebodo) donacionis dono prefatos mansos tribuere potest, cuicunque hominum, cui sibi videtur. Si vero eos vendere voluerit, nobis prius quam alteri ad emendum exibebit. In cuius rei testimonium evidens nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum anno Christi M° CCC° quartodecimo, proxima tercia feria ante purificacionem beate Marie virginis.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Stettin s. r. Dep. Treptow a. R. Nr. 7. Das Siegel am Pergamentstreifen ist abgefallen.

2879.

1314 Februar 10 Stettin.

Herzog Otto I. bestätigt die Schenkung eines Hofes in der Unterwiek bei Stettin durch seine Mutter Mechtilde an die St. Marienkirche zu Stettin.

Otto dei gratia dux Slavorum et Cassubiae et dominus Stettinensis universis Christi fidelibus praesentem paginam visuris in perpetuum. Acta principum convenit testibus aut scripturae serie in iugi memoria reservari, ne, si in oblivionem deciderint, valeant quaquam calumnia violari. Quapropter tam praesentibus quam futuris cupimus fore notum, quod mater nostra charissima domina Mechtildis, ducissa inclita Stettinensium, ad laudem dei omnipotentis et matris suae Mariae virginis gloriosae quandam curiam sitam in vico inferiori iuxta civitatem Stettin ad structuram ecclesiae sanctae Mariae dictae civitatis Stettin libere erogavit, cuius curiae fines seu limites ad alveum rivuli proxime de monte defluentis se extendunt. Nos igitur dictam donationem piam et laudabilem a matre nostra charissima domina Mechtildi inclita predicta[1]) factam ratam et gratam habentes ac ipsam largiorem[2]) facere cupientes, ad predictae ecclesiae[3]) structuram eiusdem curiae cum suis prenotatis finibus seu limitibus proprietatem donamus ac titulo donationis perpetuo appropriamus cum omni utilitate, usufructu, pensione, servitio, pręcaria et exactione qualibet, quocunque etiam nomine censeatur, et cum omni dominio, sicut mater nostra charissima praedicta habuit, nihil iuris nobis vel heredibus nostris in dicta curia penitus reservantes, sed ipsam cum iure omni, dominio, utilitate, libertate et aliis exemptionibus praemissis in ipsos canonicos dictae ecclesiae sanctae Mariae in Stettin perpetuo ad utilitatem ipsius structurae liberaliter transferentes. In cuius rei evidentiam sigillum nostrum presentibus est appensum. Cuius rei testes sunt dominus Iohannes Polonus, capellanus noster, et dominus Ulricus, prothonotarius noster, canonici ecclesiae Stettinensis, dominus Conradus Flamingus, dominus Conradus Ubesco, milites, Hermannus, magister camerariorum nostrorum, et quam plures alii fide digni. Datum Stettin anno domini millesimo trecentesimo quartodecimo, dominica qua cantatur Exurge.

[1]) predictam. Matr. [2]) largiore. Matr. [3]) praedictam ecclesiam. Matr.

Nach der Matrikel des Marienstifts Bl. 66 v im Archive des Marienstifts (Tit. I Sekt. 1 Nr. 1). Abschrift im Diplomatarium eccles. S. Marie Fasc. II S. 44.

2880.

1314 März 1 Stralsund.

Fürst Wizlaw III. von Rügen schließt mit seiner Stadt Stralsund Frieden und bestätigt ihre Rechte und Freiheiten.

In godes namen amen. Wy[1]) Wizlaf van godes ghenade vorste to[2]) Ruyen bekennen unde tůghen in dessen openen breven, dat wy[1]) mit beradene mode unde mit guden[3]) willen na rade user truwen manne hebben ghegheven unde ghelaten eweliken user leven stat tome Stralessunde unde allen inwoneren der selven[4]) stat, de nu[5]) sint unde noch tokommende sint, alsodane rechtecheyt[6]) unde vryheit[7]) als der[8]) stat to Rostok van hern Borwene unde sinen kinderen Hinrike unde Claweze van oldens is ghegheven unde ghelaten. Quemet also, des

nicht en sche, dat Rostok in ereme rechte unde erer vriheyt krenket worde, jodoch schal[9]) use stat tome Stralessunde unde alle inwonere bi sodaneme rechte unde vriheyt bliven eweliken, also hir vore screven is. Vortmer gheve wy[1]) en gantzen eghendom eweliken unde yůmmer over de stat Stralessunde unde over al dat binnen[10]) erer scheyde[11]) is, an lande, watere versch unde solt, an weyde, an holte, busch unde struke, mor unde brůk, acker buwet unde unghebuwet unde visgherie, mit aller nůt unde vriheyt, to des stades rechte. De schede to lande wart beghinnet[12]) aldus: van der schede to Voghedehaghen[13]) up de schede to Luderhaghen[14]), van der schede wente[15]) uppe[16]) de schede tome[17]) Voghelsanghe, vort van der schede wente[18]) uppe[19]) Lutzower schede. Dar van vort bet uppe[16]) de schede to Langhendorpe, van der schede vort bet up[16]) Gherbodenhaghens schede, vort went up[16]) Kedingherhaghen schede bet in dat solte water. Hirna beghint des solten wateres schede, van der nyen Owe wente tome ende des Yelandes[20]), van danne[21]) wente to deme ende to Umanz[22]), van danne[21]) vort wente to Byssin, van Byssin wente[23]) der beke Brezenitz mit der see[24]) to Tevin mit deme[25]) Deneholme, weder vort bet to der nygen Owe, binnen[10]) desser vorbenomeden scheyde[11]) in beyden siden des overs unde des strandes mit dem[18]) gantzen eghendom, mit vriheyt unde mit visgherie, mit aller nůt[26]) to stades rechte, also hir vor bescreven is. Binnen[10]) desser schede des solten wateres scholen use man unde use lantzeten mene mit en visgherie hebben. Vort gheve wy[1]) ok[27]) user stat tome Stralessunde dat utvorent[28]), wente[15]) it en evene kǒmt[29]). Vorbat wolde yenich man schuldeghen use borghere tome Stralessunde, de schal[9]) en volghen in de stat tome Stralessunde vor den voghet unde vor de ratman to richte, als eyn stades recht is, it ne were, dat he butene in eneme anderen richte breke oder dat men eme tospreke ůmme lengut[30]), dar he man van were. Vortmer leydes, willekores unde aller anderen vriheyt, also se van olders hebben ghehat, scholen[31]) se brůken. Hir[32]) boven schal[9]) use stat tome Stralessunde in al eren anderen hantvestinghen, de se hebben, unvorsumet wesen. Vortmer dor vromen unde dor makes willen user stat tome Stralessunde gheve wy[1]) unde sunderliken ghunnen en des, dat se moghen unde scholen[31]) ere[33]) bescholdene[34]) ordele vǒren unde halen to Lubeke. Umme desse vorbenomeden stucke hebben se us ghegheven ses dusent mark[35]) wendescher pennynghe unde usen tollen weder vry[36]), den se koft hadden umme[37]) vif dusent mark[35]) pennynghe; den selven tollen schal[9]) men nicht verhoghen[38]), mer he scal also bliven, als he hevet van olders ghewesen. Worde yeneghe[39]) schelinghe umme den selven tollen, de scolen de ratman tome Stralessunde untscheden mit eren eyden, unde dat scal dar bi bliven. Och scholen use man bi sodaneme rechte bliven, als it van olders hevet ghewesen. Hir mede scal endet unde leghert[40]) wesen al unghemot[41]), verdachtnisse[42]) unde twidracht, ofte yenich twischen[43]) us unde user stat tome Stralessunde hevet ghewesen, unde wy[1]) scolen er holde unde er ghenedeghe here wesen, unde se scholen[31]) use truwen borghere wesen. Uppe[16]) dat desse vorbenomeden stucke van us, van usen erfnamen unde usen nakomelinghen vaste unde untobroken eweliken bliven, so hebbe wy[1]) desse screft[44]) mit useme ingheseghele beseghelt[45]) to eneme eweghen orkunde. De tughe, de dar over weren, heten aldus her Nycolaus Pudbůzke[46]), her Syvert[47]) van Plone, her Ernest Budde, de voghet, her Nycolaus van Starkowe, perrere to Bart, her Otte Slore, de pleban tome[48]) Stralessunde, her Johan Dotenberch, her Herman van Wokenstede, her Renvart van Penyz[49]), her Johan Cabolt[50]), riddere, unde vele andere guder[51]) lude. Desse bref[52]) is ghegheven unde ghescreven in der stat tome Stralessunde na godes bort dusent jar drehundert jar in dem verteynden[53]) jare, des vrydaghes[54]) na allermanne vaste.

[1]) we. B. [2]) tho. B. [3]) gudem. B. [4]) sulven. B. [5]) nů. B. [6]) rechticheit. B. [7]) vriheyt. B. [8]) de. A. [9]) scal. B. [10]) bynnen. B. [11]) schede. B. [12]) beghint. B. [13]) Voghedehaghene. B. [14]) Luderhaghene. B. [15]) went. B. [16]) ůp. B. [17]) tom. B. [18]) Fehlt. B. [19]) ůppe. B. [20]) Jhelandes. B. [21]) denne. B. [22]) Ůmanz. B. [23]) wente to. B. [24]) se. B. [25]) dem. B. [26]) nǒt. B. [27]) och. B. [28]) utvǒrent. B. [29]) kůmt. B. [30]) lenghut. B. [31]) scolen. B. [32]) Hir un. B. [33]) er. B. [34]) besculdene. B. [35]) mare. B. [36]) vri. B. [37]) vor. B. [38]) vorhoghen. B. [39]) yenich. B. [40]) ghelegert. B. [41]) unghemût. B. [42]) vordachtnisse. B. [43]) twisschen. B. [44]) scrift. B. [45]) yngheseghele beseghelet. B. [46]) Pudbuske. B. [47]) Sivert. B. [48]) van dem. B. [49]) Reynvart van Penitze. B. [50]) Kabolt. B. [51]) guder anderen. B. [52]) brif. B. [53]) verteyden. B. [54]) vridaghes. B.

Nach dem Originale im Ratsarchive zu Stralsund (Schr. VII Schiebl. 2) in zwei Ausfertigungen, A mit dem Siegel an roten, B mit dem an grün-roten Seidenfäden. Abschriften: Codex Rugianus Bl. 36 v Nr. 117; Wolgaster Archiv Tit. 67 Nr. 15; Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1250.

Gedruckt Balthasar u. Gesterding, Von den in Pomm. Städten geltenden auswärtigen Rechten S. 78; Bericht von der Stadt Stralsund Einquartirung Anh. S. 4; Dähnert, Samml. Pomm. u. Rüg. Landesurk. II S. 6 Nr. 3; Schöttgen, Altes und Neues Pommerland S. 386; Nettelbladt, Ursprung der Stadt Rostock Gerechtsame S. 42; Fabricius IV 2 S. 30 Nr. CCCCXLI (663).

2881.

1314 März 1 Stralsund.

Die Stadt Stralsund schließt mit ihrem Herrn, dem Fürsten Wizlaw III. von Rügen, Frieden.

In godes namen amen. Alle de gene, de dessen bref horen unde sen, den do wi witlik, de nu sint unde noch tokomende sin, dat wi ratmanne unde oldermanne van deme Stralessunde uns mit unseme rechten heren, her Wizlawe van godes genaden vorste van Ruygen, ghesǒnet unde event hebben in desser wis, so dat wi alle hantvestinghe, de wi van sinen elderen unde van eme hebben ghehat, ganzliken vorseken unde afticht dǒn bi unsen eden, de wi sworen hebben ghode unde unsen rechten heren, hern Wizlaw vorsten van Ruyan, doch also hebbe wi jeneghe hantvestincge, de uppe dorp oder uppe sunderlike hoven ghan, de wi bewisen mǒghen mit usen hantvestincgen, de binnen usem eghendom lighghen, der schole wi bruken, also de hantvestincge spreken. Och bekenne wi des, wi ratmanne unde oldermanne van deme Stralessunde, in dessem breve, dat wi nůmmer uns vorbinden scholen noch in der stat noch mit dem lande noch mit neme heren noch in nener wis, wat vorbindincge moghen heten, it en si uses rechten heren wille, her Wizlaws vorsten van ghodes gnaden van Ruyen, unde siner erfnamen. Vortmer so bekenne wi vorsproken ratman unde oldermanne van deme Stralessunde, dat wi mit ghestlikem rechte noch an werlikem rechte nine hantvestincge nůmmer moghen vorderen noch en scholen, wen de, de us use rechte here, her Wizlaf van godes gnaden en vorste van Ruyen, lest heft ghegheven. Hir boven bekenne wi och in dessem breve, dat wi ratmanne unde oldermanne van deme Stralessunde, ofte wi desser sake genich breken, so scholen wi leven in uses rechten heren des vorsproken gnaden, her Wislaus des vorsten van Ruyen. Dat desse dinc vast unde stede bliven, so hebbe wi ratmanne unde oldermanne van deme Stralessunde uses stades ingheseghel tů tughe vor dessen bref ghehenghet. Desse bref is ghegheven unde gheschreven in der stat to dem Stralessunde na ghodes bort dusent jar drehundert jar in dem verteynden jare, des vridaghes na allermanne vasten.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Stettin s. r. Stadt Stralsund Nr. 5. Das Siegel am Pergamentstreifen fehlt. Abschriften: Cod. Rugianus Bl. 37 Nr. 118; Cod. dipl. Bogislai X. Nr. 145; Lib. priv. civ. Pom. III Nr. 2; Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1251.

Gedruckt Fabricius IV 2 S. 32 Nr. CCCCXLII (664); Hans. Urkundenbuch II S. 96 Nr. 144 (Reg.).

2882.

1314 März 2 Hof Devin.

Fürst Wizlaw III. von Rügen verschreibt dem Hermann von Meppen und dem Kopekin von Rode für 550 Mark Wendisch als rückständiges Kaufgeld für Zitterpenningshagen auf fünf Jahre je eine Mark Bede aus 110 Hufen zu Mohrdorf, Hohendorf, Günz, Oldendorf, Buschenhagen und Nisdorf.

Nos Wiz(laus) etc. recognoscimus presentibus protestantes, quod obligati sumus viris discretis Hermanno de Meppen ac Copekino de Rode eorumque veris heredibus ex iusta empcione bonorum eorundem in Cytterpenningheshagen, que ad ipsos et Bertoldum Citterpenning spectabunt ibidem, in quingentis marcis et quinquaginta marcis denariorum slavicalium ad quinque annos a festo beati Martini proximo venturo conputandos de precaria ex hiis villis et mansis subsequentibus sustulendis, scilicet quolibet anno, durante quinquennio, de quolibet manso dumtaxat de precaria sustulendo unam marcam, in villa Murdorp de decem et septem mansis, in villa Hogendorp de viginti quatuor mansis, in villa Gozenize de viginti quatuor mansis, in villa Oldendorp de decem et octo mansis, in villa Buschenhagen de sedecim mansis, in villa Nezcelstorp de undecim mansis, tantummodo residuos nobis reservantes. Transacto vero dicto quinquennio, dicta precaria ad nos et ad nostros heredes revolvetur. Si vero contingeret, nos non recipere precariam de dictis mansis vel, si aliqui mansi fierent deserti, tenemur nicholominus huiusmodi defectum debito tempore in quolibet festo Martini reponere et supplere. Damus eciam antedictis nostris civibus inpignorandi facultatem suos denarios de dictis mansis, si indigent, in quolibet festo, ut premittitur, Martini, et ipsum pignus inpignoratum usque in civitatem Sundis debemus conducere libere et secure. Ceterum si, quod absit, nos ante solucionem integram dictorum denariorum mori contingerit, extunc nostros successores ad subplendum defectum solucionis volumus obligari. Actum et datum in curia Thevin presentibus nostris militibus Ny(colao) de Putbuz, Sifrido de Plone, Er(nesto) Budden, advocato, Reyn(frido) de Penize, Io(hanne) Dotenberg, Thi(derico) Zukow; clericis nostris Ny(colao) Starkow, plebano in Bard, Alberto, plebano in Gartz, ac Petro, plebano in Lositz, et multis aliis fide dignis anno domini M° CCC° quarto decimo, in sabbato ante dominicam Reminiscere.

Nach dem Codex Rugianus Bl. 23 Nr. 81.

Gedruckt Baltische Studien I S. 362 (Auszug); Fabricius IV 2 S. 32 Nr. CCCCXLIII (665).

2883.

1314 März 17.

Johann und Alexander Weye und ihre Vormünder verkaufen dem Heil. Geist-Hospitale zu Stralsund eine Rente von zwölf Mark und vier Schillingen aus ihrem Hofe Voigdehagen für 120 Mark unter Vorbehalt des Wiederkaufs nach drei Jahren.

Universis audituris presencia vel visuris Iohannes et Sanderus, fratres dicti de Wayge, Borchardus et Iohannes, fratres dicti de Sancebur, provisores dictorum puerorum, promptam ad quevis obsequia voluntatem. Unicuique patefacimus et tenore presencium testamur, nos cum provida deliberacione nostrorum amicorum et heredum assensu rite et racionabiliter vendidisse

domui sancti Spiritus civitatis Stralessunt sive provisoribus eiusdem et omnibus in ea habitantibus redditus quatuor solidorum et duodecim marcarum pro XX marcis et centum, quos habuimus in curia campi Voghedehagen, cum omnibus attinenciis, lingnis, pascuis, cespitibus dictis thorfmur, paludibus, terminis, universis fructibus, cum omni iure eiusdem curie, sicut nos possedimus in dicto campo Voghedeh(agen), de proximo festo pentecosten ad III annos subsequentes, et, hiis annis evolutis, pro eadem summa pecunie dicte reemere tenemur dicta bona sive redditus, alioquin empcio racionabilis et sempiterna dicte domus permanebit. Sed, si medio tempore aliquod servicium super dicta bona ceciderit, illud nos tenemur adimplere. Si eciam dominus episcopus Sverinensis[1]) suo banno dicta bona medio tempore videretur infestare, hoc nobis in anno predicendum est a provisoribus dicte domus, et pecunia per nos aut nostros successores restituetur memorata. Cum hiis sunt omnia terminata et in perpetuum finita et sopita, que vertebantur inter dictam civitatem Stralessunt et domum sancti Spiritus eiusdem, parte ex una, et nos et nostros heredes, parte ex altera, excepta obstauracione aque dicte curie, que infra dictum tempus absque racione permanebit. Testes huius sunt consules civitatis Stralessunt. In cuius rei firmitatem sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno domini M° CCC° XIIII°, dominica Letare Ierusalem.

[1]) Sverinencis. Orig.

Nach dem Originale im Archive des Heil. Geisthauses zu Stralsund im dortigen Ratsarchive (Schr. V Schiebl. 15). Von den drei abhangenden Siegeln sind nur die der Brüder Zansebuhr vorhanden.

Gedruckt Fabricius IV 2 S. 33 Nr. CCCCXLIV (666).

2884.

1314 März 31 Demmin.

Herzog Otto I. gibt dem Kloster Dargun für 240 Mark Wendisch die sechs Hufen im Dorfe Plötz zurück, die das Kloster an Dankward von Loitz auf Lebenszeit überlassen hatte, die dieser aber wegen eines Vergehens dem Herzoge hatte auflassen müssen.

Otto dei gracia dux Slavorum et Cassubie universis Christi fidelibus salutem in eo, qui est vera salus omnium et solamen. Cum res gesta scripture testimonio commendatur, tunc ea, que suboriri posset, calumpnia precavetur. Notum igitur esse cupimus tam presentibus quam futuris, quod vir quidam discretus dictus Tancquardus de Lociz eiusque uxor legitima [1]) a viris religiosis nobisque in Christo dilectis, domino videlicet abbate in Dargun eiusque conventu, sex mansorum redditus ville Plozek adiacentes, in quibus dicti abbas et conventus proprietatem habebant a nostris progenitoribus eisdem liberrime attributam, ad vite ipsorum tempora tantum pro alicuius summa pecunie comparaverant cum omni utilitate, iure atque iudiciaria potestate integra, sicuti predictum monasterium prehabuerat, possidenda. Nunc autem, id est anno domini M° CCC° XIIII°, in quadragesima, in nostra nostrorumque multorum vasallorum presencia dictus Tancquardus eiusque uxor memorata constituti propter indignacionem nostram, quam iam dictus Tancquardus racione cuiusdam delicti inciderat, sopiendam antedictos sex mansos prefate ville Plozeke adiacentes cum instrumento super hoc confecto a prefatis abbate et conventu eisdem dato nobis perfecte atque integraliter resignarunt. Quod venerabilis in Christo dominus et abbas scilicet Iohannes de Dargun una cum ipsius collegio cognoscentes, ad nos subito

accesserunt sepedictos mansos magna cum instancia repetendo. Quorum precibus tandem inclinati, precipue propter deum prelibatis domino abbati eiusque conventui memoratos sex mansos memorate ville Plozeke adiacentes resignavimus atque dedimus in plene proprietatis possessione, sicuti antea possederant, cum omni iure, libertate, utilitate iudiciariaque potestate, nichil nobis penitus in eisdem mansis reservando vel excipiendo, cum privilegio, quod prenotatus Tancquardus nobis presentaverat, in perpetuum pacifice atque feliciter possidendos. Pro huiusmodi ordinacione nostraque largicione antedicti abbas et conventus in Dargun nobis summam[2]) pecunie, id est ducentas et quadraginta marcas slavicalium optulerunt denariorum, integro numero computatam, quod sub appensione nostri sigilli presentibus recognoscendo publice protestamur. Huius rei testes sunt Hinricus Vulpes, Arnoldus de Osten, Bertoldus de Erteneborch, Iohannes de Wacholt, Paridam de Wacholt ambo[3]), Iohannes de Penz, milites atque castellani castri nostri Dimin, Hinricus de Heydebrake, miles, et alii multi fide digni et honesti. Datum in castro nostro Dimin, anno domini M° CCC° XIIII°, die palmarum.

[1]) Der für den Namen bestimmte Raum ist nicht ausgefüllt. [2]) summa. Orig. [3]) ambe. Orig.

Nach dem Originale im Hauptarchive zu Schwerin s. r. Kl. Dargun, mit dem beschädigten Siegel an roten Seidenfäden.

Gedruckt Meklenb. Urkundenbuch VI S. 83 Nr. 3682. Vergl. oben S. 160 Nr. 2872.

2885.

1314 April 4 Stettin.

Herzog Otto I. bestätigt die Schenkung von acht Mark aus Münze, Zoll und Ungeld zu Stettin für die ewige Lampe und fünf Mark für die Geistlichen des Altars St. Pauli und Augustini durch den Domherrn Konrad von Sanne an die St. Marienkirche zu Stettin.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Otto dei gracia dux Slavorum et Cassubie dominusque in Stetyn omnibus in perpetuum. Ecclesiam, in qua dominus Barnym, dux Slavorum, pater noster karissimus, corporaliter requiescit, pre ceteris nos condecet donorum speciali respicere largitate. Hinc est quod notum esse volumus nacionibus presentibus et futuris, quod ad peticionem domini Conradi dicti de Sanne, canonici ecclesie sancte Marie, canonicis[1]) in Stetyn dedimus et tytulo donacionis appropriavimus tredecim marcas denariorum et proprietatem earundem in moneta, theloneo et ungeldo Stetyn prehabite civitatis ita videlicet, quod octo pertineant ad lampadem et ad necessaria eiusdem die noctuque servitoris[2]) in ipsa ecclesia ante altare beati Pauli apostoli et beati Augustini episcopi ardentem, quod predictus Conradus construxit et suis facultatibus dotavit, relique vero quinque marce denariorum dividentur dominis canonicis et vicariis predicte ecclesie, qui ad primas vesperas cantandas in vigilia conversionis sancti Pauli apostoli ante ipsum altare sollempniter interfuerint et in die sancto ad matutinas et ad missam et ad omnes alias horas canonicas decantandas. Sacerdos vero predictum altare officians lampadem in omnibus necessariis respiciet de dictis octo marcis et dominos canonicos et vicarios de ceteris quinque marcis singulis annis in dicto festo procurabit. Ut autem hec donacio stabilis et inconvulsa perpetuo perseveret, presentem paginam conscribi fecimus nostri sigilli munimine roboratam. Testes huius rei sunt Iohannes Polonus, noster capellanus, Ulricus, nostre curie notarius, Heinricus de Stargarde, Iohannes Albus, clerici,

Petrus de Brakel, Iohannes de Wossow, Arnoldus Bogemil, Henricus Parleberg, cives civitatis Stetyn, et alii quam plures clerici et layci fide digni. Datum Stetyn anno domini M° C° C° C° XIIII°, pridie Nonas Aprilis, in die beati Ambrosii episcopi et confessoris.

1) canonicorum. Kop. 2) Nicht sicher lesbar.

Nach dem Fragmente eines Marienstiftskopiars im Staatsarchive zu Stettin (Mscr. I 51) Nr. 35.

2886.

1314 April 9.

Bischof Heinrich von Camin und die Fürsten Nikolaus II. und Johann II. von Werle schlichten den Streit zwischen dem Güstrower Domkapitel und dem Pfarrer zu Malchin wegen der Pfründenbrote.

(H)inricus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus, (N)ycolaus et Iohannes dei gracia domini de Werle universis presencia visuris salutem in domino. Quantum[1]) sit emolimentum collegiatis ecclesiis, ubi personarum concordia vigere disnoscitur, et quid econtra sit detrimenti et gravaminis, ubi contensiosorum non refrenatur temeritas, omnium prudencia non ignorat, precipue cum discordias et odia compesci et concordias expediat ampliari. Nos proinde cupientes altercaciones continuas inter honorabiles viros prepositum, decanum et Gustrowenses canonicos, ex una, et dominum Iohannem de Retze vel talem, qui plebanus ad ecclesiam in Malchin presentatus fuerit in futurum, parte ex altera[2]), de amministracione panum prebendalium subortas penitus terminare matura deliberacione decrevimus et diffinivimus secundum subscriptum modum firmiter observandum, ut, quicumque canonicorum deinceps in nostris vel ecclesie Gustrowensis ierit negociis, et si is feria tercia aut sexta exierit, panis sibi deservitus de iure dabitur feria quarta et sabbato continuis et insuper tribus vicibus de gracia ad nostram presentem ordinacionem continue post venturis. Et si ierit quis in suis negociis agendis propriis petita et optenta decani licencia, et si feria tercia aut sexta exierit, panis sibi dabitur feria IIII[a] et sabbato continuis, et insuper de gracia nostre ordinacionis presentis duabus vicibus dabitur sibi panis. Alicui autem canonicorum exeunti in suis propriis negociis agendis non obtenta decani licencia, panis deservitus de iure tantum sibi dabitur nec sibi amplius[3]) panis dabitur post recessum, non obstantibus singulis indultis et libertatibus originalium litterarum nostrarum de panibus prebendalibus datis per nos inantea, que volumus omnia salva in sui robore permanere. Testes huius ordinacionis nostre sunt Tesmarus, Conradus Vos, Caboldus, Conradus de Lancow[4]), Rodolfus Baroldi, Reymbernus de Malin, nostri milites fide digni. Actum et datum anno dominice incarnacionis M° CCC° XIIII°, feria IIII[a] festi pasche, in nostra presencia.

1) Qm̄ cum. Dipl. 2) Im Dipl. steht parte ex altera hinter subortas. 3) anplius. Dipl. 4) Lancom. Dipl.

Nach dem Diplomatarium Gustrowense Bl. 60 v Nr. LXXV im Hauptarchive zu Schwerin.

Gedruckt Meklenb. Urkundenbuch VI S. 85 Nr. 3684.

2887.

1314 April 18.

Der Rat der Stadt Stralsund sendet in der Angelegenheit des Dietrich von Brandenburg und seiner Brüder anstatt des durch wichtige Geschäfte verhinderten Burchard Sommer den Friedrich von Helsingborg mit gleicher Vollmacht nach Lübeck.

Carissimis suis amicis . . dominis consulibus Lubec consules Stralessunt obsequiosam in omnibus voluntatem. Tytulo presencium litterarum protestamur, Borchardum Zomer, nostrum in consilio socium[1]), pre periculo vite sue et magis ardua sive arduissima[2]) causa per dominum nostrum, principem Ruyanorum, sibi breviter post confectionem alterius littere testimonialis vobis presentande inposita non potest corporaliter ad vestram presenciam se transferre, sed Fredericus de Helsinggenborch, noster burgensis fide dingnus, propriam habens hereditatem, presencium exhibitor, fuit nomine nostre civitatis cum eodem Borchardo habens eandem potestatem dimittendi[3]) et in omnibus faciendi adiunctus, qui suis iuramentis omnia, que in ceteris litteris prescripta sunt, et multo lucidius et amplius poterit viva voce sufficienter edocere, quod presentibus protestamur. Unde non permittatis amore iusticie, quod Tydericus et sui fratres dicti de Brandenbur(ch) per absenciam dicti Borchardi in suis causis non subcumbant, cum defectus ipsius per supradictum Fredericum suppleatur. Datum anno domini M° CCC° XIIII°, quinta feria post Quasimodogeniti infantes.

[1]) Der Schreiber ist aus der Konstruktion gefallen. Es ist demnach zu lesen: protestamur, quod Borchardus Zomer, noster in consilio socius. [2]) sive arduissima übergeschrieben. Orig. [3]) dimitendi. Orig.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Lübeck s. r. Pomeranica Nr. 40. Das auf der Rückseite aufgedruckte Siegel ist abgefallen.

2888.

1314 April 25 Camin.

Das Caminer Domkapitel überweist dem Scholaster Johann und seinen Nachfolgern das Dorf Kahlen gegen Überlassung von 20 Mark Rente aus dem Dorfe Zirckwitz.

Hildebrandus, prepositus, Conradus, decanus, et capitulum ecclesie Caminensis universis Christi fidelibus salutem in omnium salvatore. Ad noticiam singulorum presencia intuencium cupimus pervenire tam temporis prensentis quam futuri, quod transtulimus seu dedimus tocius capituli consensu de communi honorabili viro domino Iohanni, scolastico ecclesie nostre Caminensis, villam Kalant cum omni suo iure et iudicio maiori et minori et cum omni usufructu infra metas eiusdem ville habito vel habendo in pratis, pascuis, silvis, censu et cum omni equo servili et et generaliter cum omni fructu et usufructu, qui nunc in ea et qui poterit inposterum ex ea pervenire, volentes huiusmodi villam Kalant cum omnibus suis pertinenciis, sicut supradictum est, ad scolastriam Caminensem libere iugiter pertinere. Si tamen aliqua servicia generaliter ab omnibus hominibus ecclesie requirantur aut in vectura aut in contribucione annone vel pecunie, predicte ville cives cum aliis hominibus ecclesie contribuere seu servire tenebuntur. In cuius recompensam memoratus dominus Iohannes, scolasticus, ecclesie et nobis viginti marcarum denariorum usualis monete redditus in beneficio ville Cirkevitz dedit ac libere resignavit, quos venerabilis dominus noster Hinricus, episcopus Caminensis, scolastrie predicte attribuit et annexit. Testes sunt Hildebrandus, prepositus, Conradus, decanus, Fredericus, thesaurarius, Iohannes, archidiaconus Stargardensis, Fredericus, archidiaconus Colbergensis, Wiszlaus, Reymarus, vicedominus, magister Iohannes, Iohannes, archidiaconus Stolpensis, magister Heyso, cantor, canonici ecclesie Caminensis, et alii quam plures fide digni. Ad cuius evidenciam pleniorem

sigillum nostri capituli et prenominati Iohannis scolastici presentibus est appensum. Datum et actum Camyn anno incarnacionis domini millesimo tricentesimo XIIII°, in die Marci martiris et evangeliste.

Nach der Caminer Originalmatrikel im Staatsarchive zu Stettin (Mscr. I 8) P. II Bl. 33. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1254.

Gedruckt Zeitschrift des Harzvereins XXIX S. 197 Nr. 8 (Reg.).

2889.

1314 April 26 Camin.

Das Caminer Domkapitel überweist dem Dompropst Hildebrand das Dorf Dargebanz gegen Überlassung des Zehnten in Garz auf Wollin.

Conradus, decanus, et capitulum ecclesie Camynensis[1]) omnibus Christi fidelibus salutem perpetui salutaris. Recognoscimus presentibus publice profitentes et noticie Christi fidelium presencium et futurorum cupimus publicari, quod tocius nostri capituli communi de consensu dedimus et transtulimus honorabili viro domino Hyldebrando[2]), nostre ecclesie maiori preposito, suisque successoribus, qui pro tempore fuerint, villam Darghebanse[3]) adiacentem aliis villis et bonis ipsius preposíture cum metis eiusdem et omni iure ac proventu seu usufructu nunc infra metas ipsius existentibus et in futurum potentibus evenire quiete et pacifice possidendam et suis prout libet ac suorum successorum usibus licite disponendam. In cuius recompensam idem dominus prepositus memoratus ecclesie et capitulo integram decimam ville Gardiz[4]), que ab antiquo preposíture fuisse dinoscitur, cum omni proventu, quem inde habuit et in futurum iure decimali habere poterit, dimisit ac libere resignavit. In cuius evidens testimonium presens scriptum desuper confectum capituli et ipsius prepositi sigillis fecimus communiri. Testes huius sunt Fredericus de Stalbarge, thesaurarius, Iohannes de Starze[5]), archidiaconus Stargardensis, Fredericus de Ekstede[6]), prepositus Colbergensis, Iohannes, scolasticus, Reymarus, vicedominus, et quam plures canonici ecclesie Camynensis[1]) et alii fidedigni. Actum et datum Camyn anno domini M° CCC° XIIII° [7]), in crastino beati Marci ewangeliste.

[1]) Caminensis. Matr. [2]) Hildebrando. Matr. [3]) Darghebantze. Matr. [4]) Garditz. Matr. [5]) Startze. Matr. [6]) Egstede. Matr. [7]) M° CCC° XIII. Matr.

Nach einer ziemlich gleichzeitigen Abschrift im Staatsarchive zu Stettin s. r. Bistum Camin Nr. 3 b; Caminer Originalmatrikel ebenda (Mscr. I 8) P. I Bl. 4 b (mit der Jahreszahl 1313); Caminer Matrikel ebenda (Mscr. I 8 a) Bl. 205 v; Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1246.

Gedruckt v. Eickstedt, Urkundensammlung I S. 103 Nr. 7; Zeitschrift des Harzvereins XXIX S. 197 Nr. 7 (Reg.).

2890.

[1314] Mai 12.

Der Rat von Stralsund ersucht den Rat von Lübeck, dem Fleischer Meinecke, Bürger zu Stralsund, der von dem in Lübeck angehaltenen Johannes Pasewalk bestohlen ist, zu seinem Rechte zu verhelfen.

Amicis suis . . dominis consulibus Lubec consules Stralessunt obsequii quantum poterunt et honoris. Venit ad nostram presenciam Meyneko carnifex, noster fide dingnus burgensis,

propriam habens hereditatem, ostensor presencium, qui prestitis suis iuramentis edocuit et in reliquiis optinuit, Iohannem dictum Poswalc apud vos detentum, ut dicitur, esse suum legittimum furem et convictum, qui inquam Iohannes dicto Meynekino III marcas denariorum cum suo servicio detulit, pro quibus excessibus proscriptus est idem Iohannes et in libro nostre civitatis iustis sentenciis est conscriptus[1]), quod presentibus protestamur. Unde petimus, dictum Mey(nekinum) in hiis amore nostri fideliter promoveri. Datum dominica ante rogaciones.

1) Vergl. Hansische Geschichtsquellen I S. 3 Nr. 26.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Lübeck s. r. Pomeranica Nr. 44. Das auf der Rückseite aufgedrückte Siegel fehlt.

Die Urkunde ist nicht allzulange vor der Urkunde von 1314 Juni 25 (Nr. 2900) ausgestellt.

2891.

1314 Mai 16.

Die Ritter Heinrich, Johann, Konrad und Anton von Buch verpflichten sich die dem Kloster Hiddensee für 170 Mark Wendisch verkaufte Mühle in Tribohm niederzureißen, behalten sich aber den dazu gehörigen Damm und Teich, sowie dem Pfarrer zu Tribohm eine Kornrente vor und räumen dem Kloster einige Vorteile in Bezug auf die Stauung und den Damm bei der Bertramsmühle ein.

Universis Christi fidelibus Hinricus, Iohannes, Conradus, Anthonius milites fratres de Buga salutem in domino sempiternam. Tenore presencium publice protestamur et universis cupimus fore notum, quod nos unanimi consensu et certa deliberacione nostra et heredum nostrorum vendidimus religiosis viris domino abbati conventuique in Hyddense pro C et LXX[a] marcis denariorum slavicalium molendinum nostrum, quod possedimus in Tribom, iuxta dotem situm cum omnibus suis pertinenciis et redditibus annuis, quos in dicto molendino habuimus, id est duo tremodia siliginis et duo tremodia ordei et duo tremodia avene, et dictum molendinum ab omni iure nostro alienavimus hac condicione adiecta, quod nos ipsi dictum molendinum infra proximum festum ad cathedram sancti Petri destrui faciamus et nunquam in posterum vel in ipso loco vel in alio loco aliquo possessionis nostre in Tribom nos vel heredes nostri molendinum, quod aqua vel vento ducatur, edificabimus, immo omni iuri huiusmodi edificacionis nos resignasse penitus protestamur, aggerem vero sive dammonem et piscinam memorati molendini nos cum nostris heredibus, sicut hactenus habuimus, cum omni iure nostro debemus possidere, insuper hoc addicientes, quod prefati monachi plebano ecclesie in Tribom singulis annis octo modios avene dare teneantur, sive piscina in eodem statu permaneat, sive in aridam terram dicta piscina penitus redigatur, extunc nos et nostri heredes partem terre siccam, que de dote nos et nostros contingere poterit racionabiliter, optinemus. Preterea cum dicto domino abbate suoque conventu convenimus pacto in perpetuum permansuro, quod liceat eis aggerem molendini sui. quod dicitur Bertrammesmolen sive Monickemolen. in tantum exaltare et firmare, ut ante obstaculum aquarum, quod vulgo dicitur scuttebreth, sit aque profunditas ad duos pedes et unius manus, ita quod idem grundewerch sive scuttebrede de cetero nullatenus exaltentur, promittentes ut quorumcunque agros, pascua, prata vel paludes perrestrinctiones aquarum predictas suffocari contingat vel omnino perire, nos ipsum conventum ab inpeticione omnium hominum, cuiuscunque status sint aut condicionis, preter bona ecclesie in Tribom, securare

teneamur et ab omni vexacione penitus liberare. Insuper ut omnis contencionis in futurum tollatur materia, terram iuxta aggerem dicti molendini intra terminos nostros versus[1]) villam Cameniz fodiendi et deportandi super aggerem, quocienscumque et quantumcumque voluerit, in perpetuum habeat idem conventus liberam facultatem. Vie quoque tres per agros nostros ad ipsum molendinum habite, una de Zarnoe, alia de Tribom, tercia de Cameniz eis libere sint et a nullo penitus prohibende, et locus, qui vulgo vrigothe dicitur sive sluse, et totus agger in ipso loco potest et debet, premissis condicionibus stantibus, ad voluntatem ipsorum penitus ordinari. Et hec omnia et singula premissa promittimus nos et heredes nostri dicto domino abbati Io(hanni) suoque conventui in manu ipsius domini abbatis, eciam fide prestita corporali, in perpetuum observaturos, omni iure nostro, si quid in premissis habuimus, resignato tam ecclesiastico quam civili, salvis nicholominus privilegiis et pactis que de dominis Anthonio, patre nostro, et Philippo, genero nostro pie memorie, hactenus habuerunt. In cuius rei testimonium vendicionis, pacti, promissionis et alienacionis facte a nobis et nostris heredibus sigilla nostrorum quatuor presentibus duximus apponenda. Testes sunt dominus Conradus Berchane, miles, Philippus Sten et Iohannes Berchane, armigeri, frater Gotscalcus, cellerarius, frater Mathyas, subprior, et frater Ar(noldus), sacrista, sacerdotes, frater Hermannus, magister curie in Gruel, frater Io(hannes), camerarius eiusdem conventus, et alii quam plures fide digni. Datum anno domini M° CCC° XIIII, in die ascensionis domini.

1) versuus. Orig.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Stettin s. r. Kl. Hiddensee Nr. 15. Die Siegel an Pergamentstreifen fehlen.

Gedruckt Fabricius IV 2 S. 33 Nr. CCCCXLV (667).

2892.

1314 Mai 25.

Dekan Gottfried und das Kapitel der St. Marienkirche zu Stettin bezeugen, daß der Laienbruder Bertold von Cavenhofen zum Bau der St. Marienkirche sechs Pfund Wendisch geschenkt hat.

Nos God(efridus) dei gracia decanus totumque capitulum ecclesie sancte Marie in Stetyn universis presencia visuris sinceram in domino karitatem, Recognoscimus, quod Bertoldus dictus de Cavenhosen, conversus, filius Hynrici de Cavenhosen bone memorie, quondam civis in Stetyn, pio motus affectu dedit ad structuram predicte ecclesie sancte Marie in Stetyn sex talenta denariorum slavicalium, que sibi per obitum cuiusdam patruelis sui[1]) dicti super Montem, quondam morantis in Stoltenhagen, bone memorie, hereditarie cedere videbantur, sub tali condicione, quod, si forte quisquam postmodum veniret, qui se iam dicti defuncti viciniorem esse heredem probaret, huiusmodi pecuniam de structura reddere debeamus. Propter quod presentibus publice protestamur, quod, si quisquam veniret, qui se prenotati defuncti viciniorem esse heredem probaverit, dominos videlicet Henningum[2]) de Stoltenhagen et Degenhardum milites fratres ab huius pecunie inpeticione indempnes reddemus reddendo pecuniam sepedictam.

In cuius rei certitudinem sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno domini M° CCC° XIIII°, in vigilia pentekostes.

1) Hinter sui steht statt des Namens sinnloses habet. 2) Hennigum. Kop.

Nach dem Fragmente eines Marienstiftskopiars im Staatsarchive zu Stettin (Mscr. I 51) Nr. 37.

2893.

1314 Mai 27 — Juni 2.

Die Stadt Greifenhagen bestimmt, daß wegen der Kleinheit des Friedhofs der St. Nikolaikirche ein Teil der Einwohner zum Heil. Geist-Hospitale gehören und auf dessen Friedhofe beerdigt werden solle, daß der Priester des Heil. Geist-Hospitals nur einen Teil der dargebrachten Gaben für seinen Lebensunterhalt verwenden dürfe, daß dem Pfarrer der St. Nikolaikirche die Seelsorge in der ganzen Stadt zustehen, daß der Priester des Heil. Geist-Hospitals, wenn er in einem Testamente bedacht wird, dem Pfarrer die Hälfte des Legats abtreten, falls dieser nicht bedacht ist, und daß das Recht der Einsetzung eines neuen Priesters des Heil. Geist-Hospitals dem Kapitel der St. Marienkirche zu Stettin zustehen solle.

In nomine domini amen. Prefectus, scabini universitasque consulum civitatis Griphenhagen omnibus praesentia visuris in perpetuum. Quae fiunt in tempore, simul cum tempore labuntur, nisi recipiant a voce testium vel scripture memoria firmamentum. Propter quod notum facimus presentibus et futuris, quod cum licentia venerabilis patris ac domini Hinrici, Caminensis episcopi, de bona voluntate et favore domini nostri Ottonis, inclyti ducis Slavorum et Cassubie, cum honorabilibus viris dominis Hildebrando, preposito, Gotfrido, decano, caeterisque canonicis ecclesiae sanctae Mariae in Stetyn propter arctitudinem cemiterii parrochiae civitatis predicte Griphenhagen ordinavimus in hunc modum, quod apud sanctum Spiritum cymiterium fiet et habebitur ecclesiastica sepultura ita, quod homines unius partis civitatis, videlicet a ponte longe sursum usque ad murum, ad sanctum Spiritum pertineant et ibidem sepeliantur, homines vero alterius partis civitatis, videlicet versus aquilonem, ad ecclesiam sancti Nicolai pertineant, sicut prius; nihilominus quilibet, ad quamcunque dictarum ecclesiarum maluerit, eligendi sepulturam habebit liberam facultatem. Sacerdos quoque sancti Spiritus cum suo scolari[1]) horas canonicas observabit et de redditibus sibi ad altare assignatis vivet et pascetur; quicquid autem sibi fuit ibidem oblatum aut datum pro[2]) vigiliis, tricesimis, anniversariis, memoriis, missis, votivis et aliis quibuscunque manifeste vel occulte, plebano sancti Nicolai integraliter presentabit nihilque sibi de cura animarum usurpabit, sed plebanus verae parrochiae per se vel per suos capellanos per totam civitatem ecclesiastica ministrabit omnibus sacramenta. Praeterea si continget dicto sacerdoti sancti Spiritus quicquam in testamento assignari ita tamen, quod vero plebano ecclesiae sancti Nicolai nihil assignet, illud plebano vero[3]) tenebitur equaliter impartiri. Sin autem plebano in testamento quicquam fuerit specialiter assignatum, tunc licebit eidem sacerdoti, si quid sibi assignatum fuerit, licite retinere; ipsi quoque cum plebano aut suis capellanis ad vigilias eunti licet datum sibi similiter licite reservare. Nos autem verę parrochiae nostrae plebanum in omnibus iuribus parrochialibus tueri debebimus et fovere non[4]) sinendo, quod in hiis aliquod preiudicium patiatur, nec attemptabimus quicquam facere contra ipsum, quod in posterum evenire possit in preiudicium iuribus parrochialibus vel ecclesiasticę libertati. Primo quoque sacerdote sancti Spiritus viam universae carnis ingresso, ad honorabiles viros prepositum, decanum totumque capitulum predictae ecclesiae Stetinensis ordinatio seu provisio honestae personae et idoneę ad officiandum prefatum altare sancti Spiritus totaliter devolvetur.

Haec autem persona, si insolens, inobediens vel rebellis plebano nostro et nobis effecta fuerit, insolentia eiusdem et rebellitate per plebanum nostrum et nos dictis viris honorabilibus intimata, ipsam personam inobedientem ammovebunt et in locum eius obedientem et conpositam[5]) ordinabunt. In huius rei certitudinem firmiorem literam hanc predictis dominis et canonicis dari fecimus nostrae civitatis sigilli munimine communicari. Datum anno domini millesimo tricentesimo decimo quarto, infra octavas penthecostes.

1) Score abgekürzt. 2) per. Matr. 3) vero. Matr. 4) mō. Matr. 5) conposicam. Matr.

Nach der Matrikel des Marienstifts im Archive des Marienstifts (Tit. I Sekt. 1 Nr. 1) Bl. 245. Abschrift im Diplomatarium eccles. S. Mariae Fasc. II Nr. 45.

2894.

1314 Juni 3 Wachholzhagen.

Bischof Heinrich von Camin bestätigt den von dem Colberger Bürger Konrad Witte gestifteten und mit dem vierten Teile des Dorfes Rossenthin dotierten Altar St. Jakobi in der St. Marienkirche zu Colberg.

Heinricus dei gracia Camynensis ecclesie episcopus omnibus Christi fidelibus presencia visuris salutem in domino. Iuste devocionis affectui, ut robur perpetue firmitatis accipiat, dignum est confirmacionis beneficio suffragari. Hinc est quod dilectus nobis in Christo vir discretus Conradus dictus Albus, civis Colbergensis, pia motus devocione, videlicet propter divini cultus augmentacionem, quoddam altare in ecclesie Colbergensi, unanimi consensu honorabilium virorum prepositi, decani et capituli eiusdem ecclesie accedente, in honorem sancti Iacobi apostoli maioris cum suis certis redditibus perpetuis, scilicet quarta parte ville dicte Rossentyn site in territorio Colbergensi cum omni suo iure et iurisdictione maiori et minori, manus et colli, cum omnibus proventibus, usufructu infra suos terminos, pascuis, pratis, molendinis, piscationibus, aquarum decursibus, nemoribus, lignis, cespitibus, agris cultis et incultis, et generaliter, sicut dictus Conradus eam dinoscitur hactenus possedisse, pro salute anime sue parentumque suorum duxit erigendum, supplicans nobis humiliter et devote, quatenus huius altaris erectionem seu fundacionem confirmare dignaremur. Nos itaque animadvertentes, quod tam vigor equitatis quam racionis ordo postulat, ex sollicitudine nostri officii perduci debitum ad affectum, cum a nobis petitur, quod iustum fuerit et honestum, ipsius igitur precibus inclinati dicti altaris erectionem seu fundacionem approbamus atque auctoritate ordinaria presentibus in nomine domini confirmamus, inhibentes nichilominus sub pena anathematis, ne quispiam huius altaris erectionem rite et rationabiliter factam per dictum Conradum Album, civem Colbergensem, seu nostram confirmacionem molestare presumat aut infringere quoquo modo. Testes huius sunt dominus Hildebrandus, prepositus, Reymarus, vicedominus, Iohannes de Wacholt, canonici Camynenses, Fredericus, prepositus, Hinricus de Rokeniz, Conradus de Lokeniz, Conradus de Nygenkerken, canonici Colbergenses, Paridam, Reymarus et Symon dicti de Wacholt, et alii quam plures fide digni. Datum et actum Wacholt anno domini millesimo CCC° quarto decimo, feria secunda proxima post festum sancte trinitatis. In cuius evidenciam cerciorem nostrum sigillum presentibus appendi fecimus et apponi.

Nach Dregers Abschrift der Matrikel des Colberger Domkapitels (Loeper Mscr. 221) S. 293 Nr. 128.

2895.

1314 Juni 3 Stettin.

Friedrich Witte überläßt dem Ludbert Scherf einen Zins von drei Mark aus seinen Gütern in Pommerensdorf wiederkäuflich für 39 Mark.

Actum II[a] feria post dominicam trinitatis. Vicke Albus resignavit Lutberto Scerf censum III marcarum super sua bona in Pomerenesdorp solvendum et dandum in die sancti Martini. Quelibet marca pro XIII marcis redimetur.

Nach dem ältesten Stettiner Stadtbuche Bl. 16.

2896.

1314 Juni 6 Stettin.

Herzog Otto I. bestätigt dem Kloster Gobelenhagen die von Herzog Barnim I. geschenkte Heide und bekundet, daß er dem Ritter Henning Steinbeck und seinen Brüdern seine und nicht des Klosters Heide verpfändet habe.

Omnibus presens scriptum cernentibus Otto dei gracia dux Slavorum et[1]) Cassubie salutem in domino sempiternam. Noverint universi presencia visuri seu audituri, quod mericam dominorum de Gobelenhaghen[2]), quam dilectus pater noster Barnym felicis recordacionis ipsis dedit ac donavit ob spem divine remuneracionis tytulo proprietatis possidendam, quam proprietatem litteris nostris confirmavimus ratam habendam atque[3]) gratam, ita quod in dicta merica dictas donaciones nullus advocatorum, officialium seu vasallorum nostrorum aliqualiter inpedire seu molestare presumat. Ceterum recognoscimus, quod strennuo militi Henningho[4]) de Stenbeke ac suis fratribus nostram mericam obligavimus et non mericam dominorum predictorum et dictos Henninghum[5]) et suos fratres oraculo vive vocis sepius monuimus ac litteris nostris moneri fecimus et seriose mandavimus, ne sepedictos dominos inpedirent seu molestarent in eorum[6]) merica memorata. In cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum Stetyn anno domini M° CCC° XIIII°[7]), in die corporis Christi.

1) ac. B. 2) Gobelenhagen. B. 3) adque. B. 4) Heningo. B. 5) Heningum. B. 6) ipsorum. B. 7) M° C° C° C° XIIII°. B.

Nach der Jaseniţer Originalmatrikel im Staatsarchive zu Stettin (Mscr. I 26) I Nr. 22 (A); II Nr. 14 (B).

2897.

1314 Juni 11.

Peter von Neuenburg verkauft den Helmhart, Heinrich und Siegfried die Dörfer Schrepzik und Cluschemost für 250 Mark.

Universis presencium inspectoribus nos Petrus, filius Swenzonis bone memorie, quondam palatini Pomeranie, notum esse volumus, quod nos de consensu omnium heredum nostrorum vendidimus duas villas nostras in Pomerania sitas Schrepzik et Cluschemost honestis viris

Helmhart, Heinrico et Siffrido pro ducentis quinquaginta marcis iam pagatis et certificatis, quas villas eciam ipsis et ipsorum heredibus contulimus et conferimus —

Datum anno domini millesimo trecentesimo XIIII°, Barnabe apostoli.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Danzig (depon. Stadtarchiv XXXIII 1 [1]), mit dem Siegel des Ausstellers an roten Seidenfäden.

Regest bei Woelky, Urkundenbuch des Bistums Culm S. 117 Nr. 173.

2898.

1314 Juni 15 Prenzlau.

Markgraf Waldemar von Brandenburg verkauft dem Kloster Seehausen eine jährliche Hebung von 20 Wispel Gerstenmalz aus den markgräflichen Mühlen zu Pasewalk für 280 Mark Brandenburgisch.

Woldemarus, dei gracia Brandenburgensis, Lusacie et de Landesberch marchio, omnibus ad rei geste memoriam sempiternam. Continuus et incessans temporis fluxus res et acta hominum in oblivionem transfunderet, nisi ope scripturarum remedium fieret salutare. Hinc est quod constare volumus tam presentis vite hominibus quam future, quod devotis in Christo personis . . abbatisse et conventui in Sehusen vendidimus iusto vendicionis contractu viginti choros ordeacei brasei in molendinis nostre civitatis Poswalk cum proprietate eorundem perpetuis temporibus in duobus anni cuiuslibet terminis, scilicet beati Martini et beate Walburgis, omni impedimento et mora cessantibus percipiendos expedite, mittentes honorabilem virum dominum . . prepositum eiusdem claustri in possessionem predictorum chororum et proprietatis eorundem nomine predictarum . . abbatisse et conventus sollempnitate, qua convenit et qua decet, renunciantes quoque dictis choris et eorundem proprietati et possessioni perpetuo, quoad nos et heredes nostros necnon quoslibet successores. Proinde ex parte predictarum . . abbatisse et conventus nobis loco precii persolute sunt[1]) in numerata pecunia pro choro quolibet cum proprietate quatuordecim marce argenti Brandenburgensis et ponderis, de quibus ipsas quitas simpliciter in litteris presentibus nunciamus. In cuius nostri contractus validiorem stabilitatem et robur perpetuum hanc litteram dari iussimus sigillo nostro de certa nostra sciencia sigillatam per seculorum seculo valituram. Testes ad hoc vocati sunt nobiles viri domini Hermannus de Barby, Guntherus comes de Keverenberg, dapifer, Henningus et Heinricus de Stegelitz, Betteko de Holstendorpp, milites, Slotheko, Dyminensis prepositus, et alii fide digni. Actum et datum per manum Hermanni de Luchowe, nostri clerici, in Prymzlavia anno domini millesimo trecentesimo XIIII°, die beatorum Viti et Modesti martirum.

1) persolutum est. Orig.

Nach dem Originale im Geh. Staatsarchive zu Berlin s. r. Kl. Seehausen Nr. 8 mit einem Siegelbruchstücke an grünen Seidenfäden.

Gedruckt Klöden, Markgraf Waldemar II S. 509 Nr. 20; Riedel, Cod. dipl. Brand. I 13 S. 488 Nr. 7.

2899.

1314 Juni 24 Stettin.

Herzog Otto I. stiftet eine neue Pfründe und eine Kantorei an der St. Marienkirche zu Stettin und dotiert sie mit dem Dorfe Alten-Grape frei von Bede und Dienst in der Weise, daß 20 Mark der Einkünfte und die Kirche daselbst der Kantorei, die übrigen aber der Pfründe gehören sollen mit Ausnahme von vier Hufen, die einem Altare in Greifenhagen, und vier Hufen, die einem Altare in der St. Marienkirche zukommen, überweist die Pfründe und Kantorei seinem Kapellan Johann Pohle und behält sich nach dessen Tode die Präsentation für die Pfründe vor, während das Kapitel der St. Marienkirche die Stelle des Kantors nach Vorschlag des Herzogs durch ein Mitglied des Kapitels besetzen soll.

In nomine domini amen. Otto dei gratia dux Slavorum et Cassubie[1]) necnon dominus in Stettin omnibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium salvatore. Donationes principum, que robur perpetue firmitatis sortiri debent, expedit adeo scripture testimonio perhennari, ne per posteros quaquam calumnia valeant inpugnari[2]). Noverint igitur universi, quod nos ad honorem dei omnipotentis et beatissime Marie matris eius virginis gloriose necnon invictissime crucis atque pro salute animarum, videlicet domini Barnim, patris nostri, ceterorumque nostrorum progenitorum, nostre quoque et successorum nostrorum cum consensu et voluntate venerabilis in Christo patris domini Heynrici[3]) Caminensis ecclesie episcopi, cum consensu quoque totius capitulli[4]) ecclesie sancte Marie in Stettin[5]) in eadem ecclesia de novo unam prebendam et officium cantorie, quod hactenus ibi non fuit, facimus et fundamus ad ususque dicte prebende et cantorie predicte ecclesie villam Antiquam Grapowe una cum iure patronatus donamus et tytulo donationis perpetuo exemptam ab omni exactione et precaria, omni quoque servitio rustico et urbano appropriamus necnon cum advocatia et toto iure supremo, colli videlicet et manus, et cum omnibus fructibus, videlicet in pratis, pascuis, lignis, rubetis, agris cultis et incultis, paludibus, aquis stantibus, rivulis et piscationibus, molendinis constructis et construendis, ceterisque fructibus, qui ex ea iugiter provenire poterunt, sub hac forma, quod ad cantoriam XX marcarum redditus in predicta villa et ecclesiam ville eiusdem deputamus, quam ecclesiam ad officium dicte cantorie annectimus[6]), consensu venerabilis patris in Christo dicti domini Henrici[7]) Caminensis episcopi accedente. Cunctos autem alios redditus, qui ex eadem villa provenire poterunt, ad iam dictam prebendam assignamus, preter[8]) IIII^or mansos cuidam altari in Griphenhagen[9]) et IIII^or mansos cuidam altari in sepedicta ecclesia in Stettin[10]) cum suis iuribus adiacentes. Hanc autem prebendam pariter et cantoriam domino Iohanni Polono, capellano nostro, conferimus propter deum. Quo viam universe carnis ingresso, nos aut nostri heredes ad hanc prebendam in perpetuum presentabimus personam ydoneam[11]) sacerdotem vel que infra annum in ordinem sacerdotii poterit promoveri; ad officium autem cantorie predictis canonicis personam aliquam de capitulo ipsorum, que personalem pro illo tempore ibidem exibuerit[12]) residentiam, presentabimus, cui ipsi cantoriam conferent prenarratam. Nos autem divini cultus augmento quam plurimum intendentes, volumus quod tales persone nocte dieque ad singulas horas canonicas, quemadmodum et alii canonici, exibeant[13]) se presentes, nisi forte aliquotiens in nostro servitio fuerint prepidite. Hoc si non fecerint, iuditio decani predicte ecclesie id committimus corrigendum. Hec quoque persona, cui talis prebenda collata fuerit, vocem plenam habebit in capitulo necnon obedientiam faciet decano ecclesie memorate ipsaque[14]) particeps erit panis prebendalis et testamenti, si quod canonicis fuerit

assignatam. Testes huius rei sunt dominus Henricus[15]) Poclent, dominus Gherardus[16]) de Bertekowe, dominus Betekinus de Sceninge[17]), dominus Wernerus Buchmannus et dominus Conradus Ubesken[18]), dominus Timmo et dominus Conradus Flemingus, milites, dominus Ulricus, notarius noster, ac dominus Nicolaus de Foro, sacerdotes, ac Hermannus[19]), magister camerariorum nostrorum, et alii quam plures fide digni. In cuius rei etiam testimonium presentem paginam conscribi fecimus, sigilli nostri munimine roboratam. Actum et datum Stettin anno domini M° CCC° XIIII°, octavo Kalendas Iulii, in die sancti Iohannis baptiste.

1) B hat statt des e z. T. ae, z. T. ę. 2) impugnari. B. 3) Hinrici. B. 4) capituli. B. 5) Stetyn. B. 6) anectimus. B. 7) Heinrici. B. 8) preterea. B. 9) Gryphenhagen. B. 10) Stettyn. B. 11) idoneam. B. 12) exhibuerit. B. 13) exhibeant. B. 14) ipsique. A. 15) Heinricus. B. 16) Gerardus. B. 17) Scheninge. B. 18) Ubestren. B. 19) Hermannus. B.

Nach dem Kopiare des Marienstifts im Archive des Marienstifts (Tit. I Sekt. 1 Nr. 33) Bl. 21 v (A); Abschriften: Matrikel des Marienstifts ebendaselbst (Tit. I Sekt. 1 Nr. 1) Bl. 177 (B); Diplomatarium eccles. S. Mariae II Nr. 46. Transsumt von 1314 Juni 29 in dem Kopiar Bl. 22 und in der Matrikel Bl. 182.

2900.

1314 Juni 25.

Der Rat der Stadt Stralsund empfiehlt dem Rate der Stadt Lübeck die Angelegenheit des Meinecke zur schleunigen Erledigung und nennt mehrere Stralsunder Bürger als glaubwürdige Zeugen.

Sapientibus viris et honestis . . dominis consulibus Lubec consules Stralessunt obsequii quantum poterunt et honoris. Ad noticiam vestre providencie devenire cupimus presencium tenore protestando, Herderum Molendinarium, Hinricum de Bremis, Eghardum Rethorem, Heydekinum de Zemelow, presencium ostensores, nostros fide dingnos burgenses, proprias et liberas habentes hereditates, esse tales et ita fide dingnos, quod ad optinenciam sive consecucionem iuris uniuscuiusque testimonium ducere in iure Lubicensi poterunt veritatis. In cuius rei veritatem sigillum nostrum presentibus est inpressum. Igitur studiose petimus Meynekinum, qui supradictos secum duxit racione testimonii, in suis iustis causis fideliter et cicius promoveri, scientes, pro eo suos facturos, quod vestra prudencia postulaverit aut requirit. Datum anno domini M° CCC° XIIII°, sequenti die beati Iohannis baptiste.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Lübeck s. r. Pomeranica Nr. 41. Das auf der Rückseite aufgedruckte Siegel ist abgefallen.

Vergl. oben S. 173 Nr. 2890.

2901.

1314 Juni 29 Stettin.

Bischof Heinrich von Camin transsumiert die Urkunde Herzog Ottos I. von 1314 Juni 24 für die St. Marienkirche zu Stettin.

Henricus[1]) dei gratia Camminensis[2]) ecclesie[3]) episcopus omnibus presentem paginam inspecturis salutem in eo, qui est omnium vera salus. Ab eo, qui est essentialiter pastor bonus, vocati in partem sollicitudinis gregis sui[4]), non in plenitudinem potestatis, nostra interest, ex

debito officii pastoralis ea, que ad cultum divinum faciunt, non solum edificare et plantare et fovere, sed etiam plantata et edificata nostro auctoritatis[5]) amminiculo confirmare. Noverint igitur universi tam presentes quam futuri, quod nos illustris ducis Ottonis Sclavorum[6]) ac Cassubie necnon domini in Stettin litteras non cancellatas, non abolitas nec[7]) in aliqua sui parte viciatas vidimus in hec verba — — — (Folgt Urkunde von 1314 Juni 24. Pomm. Urkundenbuch V S. 180 Nr. 2899.) — — — Nos itaque attendentes[8]), quod per dictam prebendam ac cantoriam cultus divinus salubriter augmentatur, ipsas cum suis redditibus supradictis gratas et ratas habentes auctoritate[9]) ordinaria in nomine domini confirmamus, inhibentes nichilominus districte sub pena anathematis, ne predicti redditus ad dictam prebendam et cantoriam deputati in aliquos usus alios convertantur, preter quam ad sustentationem perpetuam dicti cantoris ac canonici, qui pro tempore fuerint constituti[10]). Datum Stettin[11]) anno domini M° CCC° XIIII°, in die beatorum apostolorum Petri et Pauli.

1) Heinricus. B. 2) Caminensis. B. 3) B hat z. T. ae, z. T. ę. 4) sue. B. 5) authoritatis. B. 6) Slavorum. B. 7) neque. B. 8) intendentes. B. 9) authoritate. B. 10) instituti. B. 11) Stetyn. B.

Nach dem Kopiar des Marienstifts im Archive des Marienstifts (Tit. I Sekt. 1 Nr. 33) Bl. 22 (A) und der Matrikel des Marienstifts ebendaselbst (Tit. I Sekt. 1 Nr. 1) Bl. 182 (B).

2902.

1314 Juni 30 — Juli 5 Marienburg.

Gerhard von York, Landmeister des Deutschordens in Livland, verleiht auf Bitten des Abts Rudolf von Stolp den Mönchen des früheren Klosters Dünamünde die Fischerei in der Düna.

Universis Christi fidelibus presens scriptum cernentibus frater Gerhardus de Iork, magister fratrum Theutonicorum per Lyvoniam, salutem in omnium redemptore. Tenore presencium cupimus esse notum, quod nos — — — inclinati precibus venerabilis viri domini Rodolfi, abbatis Stolpensis, Cysterciensis ordinis, Caminensis dyocesis, contulimus fratribus quondam monasterii Dunemundensis, Rygensis dyocesis, piscaturam communem in Duna . . . Actum et datum in castro sancte Marie anno domini M° CCC° XIIII°, infra octavas beatorum apostolorum Petri et Pauli, tempore capituli generalis.

Nach dem Originale in der Universitätsbibliothek zu Upsala (Pergamenturkunden betr. die Ostseeprovinzen).

Gedruckt Archiv für die Geschichte Liv-, Est- und Curlands VIII S. 322.

2903.

1314 Juli 22 Stettin.

Johann Wussow überläßt dem Bertold Boblin ein Zins von vier Wispel Roggen in Pommerensdorf.

Actum II^a^ feria post divisionem apostolorum — — — Item Iohannes Wossow resignavit Bertoldo Bobelin censum IIII chororum siliginis in Pomerenesdorp.

Nach dem ältesten Stettiner Stadtbuche Bl. 16.

2904.

1314 Juli 29 Stettin.

Johann Münzer überläßt dem Peter Rieke 16 Scheffel Roggen aus den Hufen des Dietrich von Elsholtz im Stadtfelde und 16 Scheffel Roggen und Hafer in Pommerensdorf.

Actum II[a] feria post Iacobi — — — Item Iohannes Monetarius resignavit Petro Diviti redditus XVI modiorum siliginis super mansos Thidemanni de Elsholt et domine Christine, uxoris eius, in campo civitatis et censum XVI modiorum siliginis et avene in Pomerenesdorp.

Nach dem ältesten Stettiner Stadtbuche Bl. 16.

2905.

1314 August 5 Bernstein.

Bischof Heinrich von Camin überweist die Einkünfte der Fronleichnamskapelle bei Bernstein dem Nonnenkloster zu Bernstein.

Nos Hinricus dei gratia Caminensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus presentia visuris seu audituris cupimus fore notum, quod anno domini M° CCC° XIIII°, Nonas Augusti, dum capelle sanctimonialium extra muros opidi Berensten constructe in honorem domini nostri Ihesu Christi preciosi corporis et sanguinis eiusdem, unde etiam eadem capella perpetuo nominatur et intitulatur, munus consecrationis inpendimus, in remedium nostrorum peccaminum ad relevandam inopiam earundem sanctimonialium infrascriptam eis contulimus gratie prerogativam perpetuis temporibus duraturam, scilicet quod eadem capella sepedicta cum suis offertoriis et omnibus derivaminibus, quocunque censeantur nomine, pleno iure spectet et pertineat ad sanctimoniales sepedictas ita sane, quod in eadem capella secundum exigentiam et oportunitatem temporis per prepositum aut capellanum sanctimonialium missa celebretur. In cuius consecrationis et donationis nostre evidens testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno, die et loco quibus supra.

Nach Dregers Abschriften der Privilegiorum und Documentorum des Nonnenklosters zu Bernstein (Loeper Mscr. Nr. 215) S. 26 Nr. 16; Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1253.

2906.

1314 August 25 Colberg.

Bischof Heinrich von Camin verkauft dem Colberger Domkapitel vier Hufen in Mechenthin.

Hinricus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus presens scriptum intuentibus salutem in omnium redemptore. Expedit, ut ea, que aguntur in tempore, ne cum eiusdem lapsu evanescant et pereant, scriptis auctenticis perhennentur. Noscat igitur tam fidelis presencium nacio quam felix successio futurorum, quod nos de maturo consilio honorabilium virorum dominorum Hildebrandi, prepositi, Conradi, decani, et capituli nostre ecclesie

Caminensis et unanimi eorumdem consensu dimisimus ac iuste empcionis tytulo vendidimus honorabilibus viris dominis . . preposito, . . decano ac capitulo ecclesie Colbergensis proprietatem quatuor mansorum in villa Mechentin sitorum cum omnibus suis pertinenciis, videlicet pascuis, pratis, lignis, silvis, paludibus, nemoribus, stagnis et agris ac omnibus iuribus, tam eciam maiori iudicio quam minuto, ab omni servicio tam equorum quam curruum, ab actione ac precaria quibuslibet exemptam penitus et liberam temporibus pacifice perpetuis possidendam. Testes huius sunt honorabiles viri domini Hildebrandus, prepositus, Conradus, decanus, magister Conradus, Iohannes et Reymarus dicti de Wacholte, nostre ecclesie canonici, Tezen de Strachemin, noster advocatus fidelis, Henningus de Heydebrake, Symon de Wacholte, noster nepos dilectus, et Ludolfus de Sclawersdorpe, milites, et quam plures alii fide digni. In evidenciam omnium premissorum presentem litteram exinde confectam nostri dedimus sigilli munimine communitam. Datum Colberch anno domini M° CCC° XIIII°, in crastino beati Bartholomei apostoli.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Stettin s. r. Colberger Domkapitel Nr. 13. Das Siegel am Pergamentstreifen fehlt. Dregers Abschrift der Matrikel des Colberger Domkapitels (Loeper Mscr. 221) S. 18 Nr. 20.

Gedruckt Wachsen, Geschichte der Altstadt Colberg S. 381.

2907.

1314 August 25 Colberg.

Bischof Heinrich von Camin verkauft dem Colberger Dekan Gottfried acht Hufen in Völzkow.

Hinricus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus presencia visuris salutem in omnium salvatore. Quoniam omnium habere memoriam pocius est divinitatis quam humanitatis, unde necesse est, ea, que aguntur in tempore, ne simul cum lapsu temporis evanescant, scriptis perhennari. Noscat igitur nacio tam presencium quam futurorum, quod nos de communi consilio honorabilium virorum dominorum Hildebrandi, prepositi, Conradi, decani, et capituli nostri ecclesie Caminensis et unanimi consensu eorundem dimisimus ac iuste empcionis titulo vendidimus honorabili viro domino Gotfrido, Colbergensis ecclesie decano, octo mansos in villa Volcecow sitos cum omnibus suis pertinenciis, videlicet pascuis, pratis, silvis, nemoribus, paludibus, stagnis et agris ac omnibus iuribus, quibus alii mansi dicte ville perfrui dinoscuntur, cum omni iudicio tam maiori quam minori, ab omni actione qualibet et precaria quacumque liberos penitus et exemptos perpetuis temporibus pacifice possidendos, dantes prefato domino Gotfrido, decano Colbergensi, liberam facultatem et plenam potestatem dictos mansos ad pios usus in ecclesia nostra Caminensi largiendi et donandi, prout in testamento suo duxerit instituendum. Testes huius sunt honorabiles viri domini Hildebrandus, prepositus, Conradus, decanus, Iohannes et Reymarus de Wacholt, nostre curie canonici, Conradus de Lokenitz[1]), clerici, et quam plures alii fidedigni. In evidenciam omnium predictorum presentem litteram exinde confectam dedimus nostri sigilli munimine communitam. Datum Colbergh anno domini millesimo tricentesimo decimo quarto, in die dominica post Bartholomei proxima.

[1]) Canradus de Lakenitz. Matr.

Nach der Caminer Originalmatrikel im Staatsarchive zu Stettin (Mscr. I 8) P. III Bl. 31. Caminer Matrikel ebenda (Mscr. I 8 a) Bl. 280 v.

2908.

1314 August 29 Stralsund.

Johann, Bertram, Werner, Johann, Johann und Gerhard von Gristow, sowie Nikolaus, Stoislaw und Borante von Putbus verbünden sich mit der Stadt Stralsund.

Universis, quibus presencia fuerint demonstrata, Iohannes et Bertrammus, filius suus, milites dicti de Gristowe, cum Wernero et Iohanne, suis filiis, necnon Iohannes et Gerhardus, filii domini Bartolomei, fratris sui bone memorie, item Nicolaus de Pudbussic, Stoyslavus et Borante, filii sui, salutem in domino sempiternam. Tenore presencium recongnoscimus et pupplice protestamur, nos cum provida deliberacione fecisse colligamen sive firmam et perpetuam confederacionem cum honorabilibus viris amicis nostris dilectis consulibus, oldermannis et universis burgensibus civitatis Stralessunt super instrumento aut privilegio dato et sigillato ab illustri domino nostro Wiz(lao), principe[1]) Ruyanorum, suisque militibus, vasallis et civitatibus in toto dominio suo constitutis, volentes absque dubio cum dictis burgensibus penes dictum privilegium et articulos in eodem conscriptos[2]) fiducialiter permanere et in omnibus eorum iustis causis viriliter astare, commanere nec ipsos in aliquo deserere, prout in eodem continetur privilegio, si dictus dominus noster princeps Ruyanorum aut aliquis ex parte sui dictos consules, oldermannos et burgenses dicte civitatis contra articulos in eodem privilegio conscriptos voluerit conturbare. Decrevimus eciam cum eisdem, si dominus noster supradictus absque herede moriatur, quod deus avertat, nullum dominum eligere debemus absque consensu et voluntate burgensium[3]) predictorum. In huius rei perpetuam firmitatem sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum et actum Stralessunt anno domini M° CCC° XIIII°, ipso die decollacionis sancti Iohannis baptiste.

1) principi. Orig. 2) articulis — conscriptis. Orig. 3) burgencium. Orig.

Nach dem Originale im Ratsarchive zu Stralsund (Schr. I Schiebl. 24). Von den neun an Pergamentstreifen angehängten Siegeln sind sechs vorhanden.

Gedruckt Fabricius IV 2 S. 35 Nr. CCCCXLVII (669); Hans. Urkundenbuch II S. 97 Nr. 249 (Reg.).

2909.

1314 September 7.

Hermann, Bruno und Heinrich von Besterbeke bekunden, daß sie den Zehnten in Klötzin von dem Bischofe Heinrich von Camin für dessen Lebenszeit erhalten haben, ihn aber nach dessen Tode seinem Nachfolger zurückgeben wollen.

Omnibus Christi fidelibus presencia intuentibus Hermannus, Bruno necnon Hinricus dicti de Bersterbeke salutem in vero salutari. Recognoscimus nostris litteris patentibus, quod decimam, quam in villa Clutsin a reverendo domino Hinrico, Caminensis ecclesie episcopo,[1]) temporibus vite sue possidemus. Eo moriente, predicta decima ad usus suorum successorum veniet, nisi ex gracia possumus habere speciali. In cuius evidenciam rei presens scriptum Hinrico, episcopo Caminensis ecclesie, nostri sigilli munimine[2]) contulimus roboratum. Datum anno domini millesimo tricentesimo decimo quarto, in vigilia nativitatis virginis gloriose.

1) Hier fehlt das Endverbum, etwa accepimus. 2) munimine fehlt. Matr.

Nach der Caminer Originalmatrikel im Staatsarchive zu Stettin (Mscr. I 8) P. I Bl. 22; Caminer Matrikel ebendaselbst (Mscr. I 8 a) Bl. 28 v.

2910.

1314 September 8 Greifenhagen.

Die Stadt Greifenhagen bezeugt, daß sie das Eigentum einer Kornrente von vier Wispel und sechs Scheffel Roggen und einer Geldrente von 20 Schillingen zu dem von den Brüdern von Delen gestifteten und mit diesen Renten dotierten Altare St. Jakobi in der St. Nikolaikirche gegeben hat, denen der Greifenhagener Bürger Wilhelm von Pakulent zum besseren Unterhalt des Altargeistlichen noch sechs Mark vier Schillinge hinzugefügt hat. Das Patronatsrecht an dem Altare soll nach dem Tode des letzten Bruders von Delen an die St. Marienkirche zu Stettin übergehen.

Universis Christi fidelibus, quibus hoc scriptum audiendum oblatum fuerit vel legendum, prefectus, scabini, consules, totum commune civitatis Gryphenhaghen salutem in eo, qui est vera salus. Ratio exigit et experta persuadet utilitas, quod res pro cultus divini aucmento facte[1]) et canonice ordinate[1]) voce testium et scripture testimonio perhennentur. Ne igitur in oblivionem deveniant vel errorem, eapropter presentes et posteri noverint per hoc scriptum, quod nos ad dei omnipotentis laudem et beati Iacobi apostoli honorem et ad preces discreti viri nostri dilecti burgensis Wilhelmi dicti de Pokelent damus proprietatem quatuor chororum et sex modiorum siliginis et viginti solidorum monete usualis ad quoddam altare, quod dominus Theo(dericus), sacerdos, Hin(ricus), Io(hannes) et Gherardus fratres dicti de Delen, nostri burgenses, in honorem beati Iacobi et in suorum remedium peccatorum in nostra ecclesia parrochiali construxerunt et dictis redditibus dotaverunt de consensu et voluntate discretorum virorum canonicorum ecclesie sancte Marie in Stetyn, ad quos dicta nostra parrochialis ecclesia pleno iure dinoscitur pertinere. Dicti autem redditus, scilicet quatuor chororum et sex modiorum siliginis, recipientur annis singulis ex quodam molendino sito in civitatis terminis super quodam fluvio dicto Tywen, quod est tercium molendinum in eodem fluvio descendendo. Sic autem exsolventur, quod in quolibet quartali[2]) anni quarta pars persolvetur. Dictorum vero viginti solidorum redditus annis singulis recipientur ex quadam hereditate in nostra civitate sita et a Iacobo dicto de Konowe nunc possessa. Preterea discretus vir et honestus Wilhelmusl de Pokelent predictus ad dei laudem et beati Ia(cobi) apostoli honorem et ad sacerdotis ve ydonee persone dictum altare habentis sustentacionem meliorem ad dictum altare donavit sex marcarum et quatuor solidorum redditus et ipsorum proprietatem a domino nostro Ottone[3]), duce Slavorum et Cassubie et domino Stetynensi inclito, optinuit et propriis sumptibus conparavit. Dictarum autem sex marcarum et quatuor solidorum quinque marce et decem solidi dabuntur de censu decem et octo mansorum sitorum in terminis nostre civitatis Gryph(enhaghen) et decem solidi de censu duorum mansorum sitorum in terminis civitatis Gardyz singulis annis in die beati Martini dabuntur penitus expedite: Hin(ricus) de Celario de sex mansis XXX[a] solidos, Symon Bredowe de duobus X solidos, Thomas de Sconenvelde X solidos, Danyel de Lyndowe X solidos de duobus, Iacobus Calvus X solidos, Con(radus) Baurus X solidos, Ghyzo Wildenbruke X solidos et Antonius de Goldenstede, burgensis in Gardyz, X solidos de II mansis. Cum igitur in prima dicti altaris fundacione fuerit ordinatum, quod de dictis fratribus de Delen tres, scilicet, Hin(ricus), Io(hannes) et Gh(erardus), ius patronatus dicti altaris in solidum, quoad[4]) viverent optinerent et omnes preter Gh(erardum), qui solus superstes est, carnis debitum pie memorie persolverint universe, dictus Gh(erardus) solus, quamdiu vivit, ius optinebit patronatus. Si vero vacare contigerit altare memoratum post mortem ipsius Gh(erardi), nullis ex suis vel suorum fratrum heredibus, si qui remanserint, aliquod ius in dicto altari vendicantibus, ius presentacionis

sive collacionis dicti altaris ad canonicos ecclesie sancte Marie in Stetyn totaliter divolvetur. Est preterea notandum, quod per personam ad dictum altare presentatam vel in posterum presentandam perpetuo vicario vel eius vices gerenti in ecclesia nostra parrochiali prenominata nullum debet preiudicium generari; sacerdos enim dictum altare officians debet et debebit legitimo inpedimento cessante singulis diebus pro comodo plebani et hora temporis convenienti missam dicere vel cantare et obedienciam faciet decano ecclesie sancte Marie in Stetyn in licitis et honestis. Omnes eciam oblaciones, quas ad dictum altare offerri contigerit, et quicquid pro missis, votivis vel memoriis quibuscunque supradicto sacerdoti datum fuerit, hoc plebano vel eius vices gerenti debebit fideliter presentari. Huius donacionis, proprietatis et rei testes sunt Io(hannes) Fortis, Io(hannes) Wildenbroke, Danyel de Lyndowe et alii quam plures probi viri et fide digni. Datum Griphenhaghen anno domini M° C° C° C° XIIII, in die nativitatis sancte Marie virginis gloriose.

1) facta — ordinata. Orig. 2) quartale. Orig. 3) Ottoni. Orig. 4) coad. Orig.

Nach dem 42 cm langen und 23 cm breiten Originale im Archive des Marienstifts in Stettin s. r. Tit. I Sekt. 1 Nr. 12, dessen an roten Seidenfäden anhängendes Siegel fehlt. Abschrift des 18. Jahrhunderts ebendaselbst s. r. Tit. I Sekt. 1 Nr. 107 Bl. 33.

Vergl. Baltische Studien VIII 2 S. 178 ff.

2911.

1314 September 10 Wordingborg.

Fürst Wizlaw III. von Rügen bekundet, daß der Ritter Andreas vor ihm dem dänischen Hauptmanne Nikolaus Olafson das Land Schaprode für 600 Mark Kölnisch bis Ostern 1315 verpfändet hat.

Omnibus in perpetuum etc. W(izlaus) dei gracia princeps Ruyanorum salutem. Notum volumus universis tam presentibus quam futuris, quod anno domini M° CCC° XIIII°, feria III^{a} infra octavam nativitatis beate virginis, nobilis miles dominus Andreas dictus de 1) in presencia nostra in castro Wordingburgh Dacie personaliter, sanus et incolumis constitutus exhibitori presencium, domino Nicolao, Olavi filio, incliti principis domini E(rici) dei gracia regis Danorum capitaneo, castrum et terram suam Scaprode dictam in terra nostra Ruya sitam cum hominibus, serviciis, precariis, agris, pratis, nemoribus, piscariis, aquis aquarumque decursibus necnon et omni iure in eadem alto et basso, prout pater suus dominus Andreas Orlandi ipsam terram liberius tenuit diebus suis, excepcione qualibet amota, pro sexcentis marcis argenti puri sub pondere Coloniensi, nostro ad hoc communicato consensu, inpigneravit, in festo pasche proximo instanti pro totali summa argenti predicta redimendum, hac inserta et prehabita caucione, quod, si dictam terram Scaprode festo et termino predictis pro universali memorata summa argenti ipsaque summa in Nykoping Falstere integraliter soluta non redimerit, extunc dicta terra ipsi domino N(icolao) cum iuribus et pertinenciis suis prescriptis universis cedere debeat iure perpetuo possidenda. In cuius facti evidens testimonium etc.

1) Der Name ist ausgelassen.

Nach dem Codex Rugianus Bl. 43 Nr. 126.

Gedruckt Fabricius IV 2 S. 35 Nr. CCCCXLVIII (670); Reg. Danica II 2 S. 163 Nr. *1073.

2912.

1314 September 17 Greifswald.

Herzog Wartislaw IV. bekennt, daß auf seinen Befehl und mit seiner Zustimmung ein Erkenntnis seines Vogts, Ritter Dietrich Behr, und der Ratmänner von Greifswald gegen Johann Gristow erlassen sei.

Nos Wartzlaus dei gracia dux Slavorum et Cassubie tenore presencium recognoscimus publice protestantes constare volentes singulis ac universis, quibus presens scriptum contigerit exhiberi, quod omnia et singula, que per honestum militem nostrum necnon advocatum dilectum Thidericum dictum Bere et consules nostre civitatis Gripeswold sunt iudicata de Iohanne Gristow et suis eccessibus contra nos et iam dictam civitatem nostram perpetratis, sunt facta et acta de nostro precepto, iussu, voluntate pariter et consensu, ceteraque eciam secundum formam iuris Lubicensis iuste et rationabiliter processerunt, ideo volentes eis astare et cooperari in prenominati iuris processu contra quoslibet volentes eos propter huiusmodi prenominata in aliquo molestare. Si vero idem Iohannes Gristow contra hoc recalcitraret, dicendo sibi iniuriam seu violentiam a predictis, advocato nostro videlicet et consulibus sepedicte civitatis nostre, fore factam, proinde ducatum sibi prestabimus pre violencia et potencia iniuriosa, pre omnibus nostri causa quicquam facere vel obiicere volentibus intrandi iam dictam civitatem, et, si se expurgare poterit eis optime ammiiussum [?][1] ante omnia et singula, que contra ipsum probari poterunt, velut pridem debuerat, paciatur amplius, et, si utique sepenominatus Iohannes Gristow in hiis noluerit contentari, sed magis et magis nostre civitatis consules et incolas verbis vel factis molestare maluerit, ipsum tanquam inimicum ferocem habere volumus et eundem, in quibuscunque poterimus, impedire. Testes sunt dominus Conradus, decanus Caminensis, Iohannes Bere, noster marscalcus, Thidericus Bere, Hynricus Leppin, milites, et dominus Nicolaus Swanenbeke, nostre curie notarius. Actum et datum Gripeswold anno domini M° CCC° XIIII°, in die beati Lamberti martiris.

[1]) Die Stelle ist verderbt.

Nach dem Transsumte von 1314 Oktober 16 in der Universitätsbibliothek zu Greifswald (Mscr. Pom. Fol. Nr. 167) Bl. 179.

Gedruckt Fabricius IV 2 S. 35 Nr. CCCCXLIX (671).

2913.

1314 Oktober 2 Güstrow.

Die Fürsten Nikolaus II. und Johann II. und Junker Johann III. von Werle bestätigen dem Kloster Arendsee den Besitz des Dorfes Warkentin, wie es ihm Herzog Kasimir II. und sein Sohn Wartislaw III. übertragen hatten.

— — — — — — — — — — — — — — — — — — — —

similiter capturam piscium in dimidio stagno et fluenti aqua, que Pena vocatur, et de fluvio Zizina[1]) usque ad silvam quercinam infra Malchin et Warkentin usque ad fossata, que Wosgroven[2]) dicuntur, usque in fluvium Pene per descensum, libere contulimus perpetuo possidendam sub eisdem libertatibus et prerogativis, sicud Kasemarus[3]) et Wartislaus, eius filius,

— — — ipsam villam Warkentin predicte ecclesie antea contulerunt. — Datum Gustrow[4]), anno domini M° CCC° XIIII[5]), feria quarta proxima post Michaelis festum.

[1]) Zuzina. B. [2]) Vosgroven. B. [3]) sicut Kazimarus. B. [4]) Gustrowe. B. [5]) M° CCC° quartodecimo. B.

Nach dem Originaltransſumpte von 1415 November 29 im Gräflich Hahnſchen Archive zu Baſedow (A). Abſchrift im Kopialbuche des Kloſters Arendſee im Staatsarchive zu Magdeburg (B).

Gedruckt Riedel, Cod. dipl. Brand. I 22 S. 23 Nr. 40; Meklenb. Jahrb. XV S. 188; Meklenb. Urkundenbuch VI S. 111 Nr. 3715.

2914.

1314 Oktober 16.

Dietrich Behr, früher Vogt des Herzogs Wartislaw IV., und die Ratmannen von Greifswald transſumieren die Urkunde des genannten Herzogs von 1314 September 17.

Universis Christi fidelibus presencia visuris Theodericus dictus Bere, quondam advocatus incliti ducis domini Wartzlai, necnon consules civitatis Gripeswold noscere veritatem. Tenore presencium recognoscimus publice protestantes, nos habere litteram patentem et testimonialem incliti ducis domini nostri Wartzlai de processu iuris contra Iohannem Gristaw de suis eccessibus contra nos perpetratis in hec verba — — — (Folgt Urkunde 1314 September 17, Pomm. Urkundenbuch V S. 188 Nr. 2912). — — — In cuius rei testimonium sigillum civitatis Gripeswold presentibus duximus appendendum. Datum in die beatorum Galli et Lulli anno supradicto.

Nach einer Schwarzſchen Abſchrift von 1731 aus dem Originale im Ratsarchive zu Greifswald in der Univerſitätsbibliothek daſelbſt (Mscr. Pom. Fol. Nr. 167) Bl. 179.

Gedruckt Fabricius IV 2 S. 35 Nr. CCCCXLIX (671).

2915.

1314 Oktober 25.

Adam le Clerk klagt vor dem Stadtgerichte zu Lynn gegen eine Anzahl deutſcher Kaufleute aus Greifswald, Stralſund und Lübeck wegen Seeraubes.

Nach The Red Register of Lynn Bl. 15 gedruckt Hanſ. Geſchichtsquellen VI S. 50 Nr. 57.

2916.

1314 November 7 Altdamm.

Ritter Henning von Böke und ſein Sohn Jakob beſtätigen dem Abte Dietrich von Colbatz den Empfang von 765$\frac{1}{2}$ Mark Silber für das Dorf Groß-Riſchow.

Ego Henningus miles dictus de Boke una cum filio Iacobo presentibus protestamur, quod venerabilis vir Theodericus, abbas Colbacensis, anno domini M° CCCXIIII°, feria quinta post

diem omnium sanctorum, nobis solvit in civitate Dammis septingentas sexaginta quinque marcas argenti cum dimidia marca argenti, a qua pecunia predictum dominum abbatem de Colbaz dimittimus liberum et solutum. Testes huius solucionis sunt: Conradus de Vemern, Hinricus Pokelent, et Gerardus de Bertecowe, milites, et alii quam plures fide digni. Hanc autem pecuniam nobis solvit pro empcione ville Magne Rischowe. In cuius rei testimonium presentem litteram sigillo nostro duximus roborandam.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Stettin s. r. Kl. Colbatz Nr. 5. Das abhangende Siegel fehlt. Abschrift in der Colbatzer Originalmatrikel Bl. 29 v Nr. 122.

2917.

1314 November 10 Pasewalk.

Johann und Konrad von Raven bekunden, daß sie an Johann Draken und Hermann, Pfarrer zu Papendorf, die Einkünfte aus drei Hufen mit zwei Kossäten in dem Dorfe Stolzenburg für 29 Mark Brandenburgisch verkauft haben.

In nomine domini amen. Nos Iohannes et Conradus, filii quondam Conradi dicti Raven militis defuncti bone memorie, recognoscimus publice protestando, quod redditus et proventus trium mansorum cum duobus cossatis in villa Stoltenborch ad curiam Theoderici villani ibidem nunc iacencium et spectancium cum omnibus iuribus et pertinenciis eius vendidimus discretis viris domino Iohanni Draken et domino Hermanno, rectori ecclesie in Papendorp, pro XXIX marcis argenti Brandeborgensis ponderis et monete cursilis iure hereditario in perpetuum libere possidendos. Preterea si idem Iohannes et Her(mannus) dictos fructus et proventus ad manus dederint, diviserint vel vendiderint aliorum, nos ac omnes nostri heredes talibus conferre debemus, contradictione qualibet procul pulsa. Si autem predicti Io(hannes) et Her(mannus) claustris vel piis locis seu personis aliis quibuscunque conmuniter vel divisim dederint vel vendiderint, nos ac nostri successores ipsis conferre tenebimur fructus huiusmodi et proventus sine exactione, lenbede et quacunque precaria necnon qualibet servitute. Nos quoque fratres predicti, heredes nostrique successores omnia servicia omagii de dictis fructibus et proventibus defaciemus, promittentes Io(hanni) et Her(manno) predictis, heredibus et successoribus eorundem litem seu controversiam super predictis fructibus et proventibus ullo tempore non inferre nec inferenti vel inferentibus consentire, sed ipsos fructus et proventus et quamlibet partem ipsorum ipsis heredibus et successoribus eorum ab omni homine defendere, auctorizare et disbrigare[1]) et ullam restitucionem petere circa predicta vel aliquod predictorum occasione minoris etatis vel minoris precii aut precii non soluti vel in utilitatem nostram non conversi vel non durantis aut alia quacunque causa inpediente, sed predictam vendicionem et universa suprascripta perpetuo rata et firma habere et tenere et non contrafacere vel venire per nos vel per alios causa aliqua vel ingenio, de iure eciam vel de facto. Insuper, si dicti sacerdotes Io(hannes) et Her(mannus) ac eorum veri heredes vel, quicunque suprascriptos redditus ab eis obtinuerit, proprietatem seu libertatem dictorum bonorum emere vel comparare voluerint, nos nostrique heredes ipsos inpedire non debemus, sed toto nostro iuvamine diligencius promovere. In cuius rei evidens testimonium sigillum domini Siffridi de Bůc ac sigillum Rodolfi militis de Lintste ac sigillum domini Frederici de Hoghenwarde, nostri germani, et nostrum presentibus est appensum. Testes huius facti sunt dominus Hůve de Rossow, dominus Bet(ekinus) de Holtendorp, milites, dominus

Reynerus, vicepr epositus in Pozwalch, dominus Bertoldus de Nechelin, dominus Io(hannes) de Rossow, dominus Petrus Sculteti, sacerdotes, ac plures alii fide digni. Actum et datum Pozwalch anno domini M° CCC° XIIII°, in vigilia beati Martini episcopi et confessoris.

1) disbligare. Orig.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Stettin s. r. Privata Nr. 7. Die vier Siegel an Pergamentstreifen fehlen.

2918.

1314 um November 11.

Verzeichnis der von dem Ritter Braunschweig auf der Insel Rügen erhobenen fürstlichen Hebungen.

Anno domini M° CCC° XIIII°, circa festum Martini, sustulit dominus Brunswic [huiusmodi[1]) pre]cariam, de quolibet unco XII solidos, excepta Witovia, que dedit de quolibet unco VIII.

Primo in terra Witovie.

De Dranzeke	XVIII unci.
De Choze	VI unci.
De Lancka	XI unci.
De Crepasitze	V unci.
De Grambotitze	XXI unci.
De Lutkovitze	XVIII unci.
De Gansilitze	XI unci.
De Susitze	XXI unci.
De Chuderitze	XVIII unci.
De Nunivitze	XV unci, VIII deserti.
De Swarbe	XX unci, XXII colunt monachi.
De Matechowe	III unci, XVIII colit iuvenis Sum.
De Lutechovitze	XVIII unci.
De Pudgarde	XXII unci, I colit dominus Sum.
De Ghore	XVI unci.
De Nobin	III unci, VIII deserti.
De Reyderivitze	IIII unci.
De Brisanseke et Smarsevitze	VIII unci, III deserti.
De Antiqua Ecclesia	III unci.
De Driwolk	XV unci.
De Breghe	VII unci.
De Lapcovitze	III unci.
De Lutositze	XIIII unci.
De Surkovitze	IX unci.
De Medowe	XLII unci.
De Carsivitze	I uncus.
De Vansonovitze	IX unci, I desertus.
De Parchowe	I uncus.

Summa uncorum CCC unci cum XXXVII uncis.

Summma denariorum huius advocacie de VIII solidis CL marce cum XVIII marcis et IIII solidis.

Hec est precaria Pyazeke.

De Vyreye	XXV unci.
De Lubbin	IIII unci.
De Grubbenowe	III unci.
De Laze	Ɨ uncus.
De Tribbevitze	X unci.
De Crimoysne	Ɨ uncus.
De Borkevitze	I uncus.
De Thesitze	I uncus.
De Cussuvitze	VƗ unci.
De Dambane	VƗ unci.
De Bandeslavitze	VƗ unci.
De Carsitze	X unci.
De Grambevitze	VI unci.
De Wussevitze	VIƗ unci.
De Dargucevitze	Ꝟ unci.
De Lutemitze	VƗ unci.
De Gnititze	XIIƗ unci.
De Bandesevitze	VIIƗ unci.
De Goreke	IIII unci.
De Cechuvitze	IIIƗ unci.
De Woykevitze	VIII unci.
De Ramitze	IIII unci.
De Lubetitze	Ɨ uncus.
De Tessenevitze	X unci.
De Pargutitze	octo unci.
De Curesowe	IIIƗ unci.
De Pyazeke	XXIIƗ unci.
De Varsonovitze	III unci.
De Sollin	IIII unci.
De Lancen	IIII unci.
De Platekevitze	VI unci.
De Bollevitze	I uncus.
De Brecenitze	I uncus.
De Grabevitze	III unci.

Summa uncorum CC unci minus uno dimidio unco.

Summa denariorum CL marce minus VI solidi.

Hec est precaria Moncium.

De Stedra	V unci.
De Iaronitze et Wobelose	XII unci.
De Zabucitze	IIII unci.

De Priscevitze	V unci.
De Tilsave et Cercitze	XII unci, I desertus.
De Tegudarcitze	IIII unci.
De Strucemanstorp	Ɨ uncus.
De Moyslekowe	II unci.
De Burenitze	V unci, I desertus.
De Bonowe	V unci, III deserti.
De Politze	IƗ uncus.
De Cyrocevitze	IX unci.
De Cublicowe	IX unci.
De allodio	IIII unci.
De Silene	VIIƗ unci, VII deserti.
De Dunecitze	VIIƗ unci.
De Molne	IIII unci, II deserti.
De Parvo Citvvitze	II unci.
De Nilelitze	III unci.
De Magno Citvvitze	III unci.
De Cycker	XIX unci, IX deserti.
De Bructevitze	V unci, Ɨ desertus.[2])
De Zelasovitze	Ɨ uncus.
De villa Montis	IIƗ unci.
De Gatemin	IIƗ unci.
De Decitze	I uncus, Ɨ vacat.
De Buskevitze	I uncus.

Summa uncorum C unci cum XXXVI uncis.
Summa denariorum C marce cum II marcis.

Hec est precaria Gartz.

De bonis domini Panian	XII unci, II deserti.
De Verchoslaveshagen	IIIƗ unci, I desertus.
De Coransevitze	IIIƗ unci, Ɨ desertus.
De Swente	III unci.
De Crimovitze	VIII unci.
De Strachutitze	VI unci.
De Cowal	VII unci, I desertus.
De Carnitze	IIIƗ unci, aliud desertum.
De Colovitze	VIIƗ unci.
De Swina	Ꝟ unci, I desertus.
De Bitegast	VIIƗ unci.
De Knipaf	Ꝟ unci.
De Darnovitze	VI unci.
De Ubechlevitze	X unci.
De Domassevitze	XVIƗ unci.
De Zuder	VI unci.
De Pristavalc	VIƗ unci.

De bonis domini Iaroslavi iunioris	XLIIII unci.
De bonis uxoris Thidemanni de Maltsin	XXI unci.
De Losentitze	XIIII unci.
De Uselitze	XVIII unci.
De Wocetze	VIII unci.
De Charlepowe	XXVII unci.
De Lopate	XV unci.
De Bensitze	XI unci.
De Sissowe	II unci.
De Sigglowe	VII unci.
De Prosnitze	III unci.
De Datsowe	V unci.
De Morichovitze	VIII unci.
Hermannus Glossowe	VIII unci.
Block	XIII unci.
De slavico Carowe	IX unci, I desertus.
De alio Carowe	V unci.
De Lottowe	V unci.
De Rovenhaghen	I uncus.
De Rensitze	XIII unci.
De Tanchonitze	II unci.
De bonis domini Iaroslavi senioris	XXIIII unci.
De bonis domini Penitze	XX unci.
Swantegore	V unci.

Summa uncorum CCCC unci minus IIII unci.

Summa denariorum CCC marce minus III marcis et II solidis minus.

Hec est precaria de Rambin.

De Solkevitze	VIII unci.
De Goldevitze	IX unci.
De Nesebants	X unci.
De Scerpecevitze	XIX unci.
De Popelvitze	XXII unci.
De Ierkevitze	V unci, XV deserti.
De Sadowe	VI unci, II deserti.
De Bandelevitze	XV unci, X deserti.
De Selentin	VII unci.
De Slawestorpe	VI unci et XI iugera.
De Rodenkerken	XXVII unci, III deserti.
De Dusitze	XX unci.
De Vechtevitze	V unci.
De Drewsitze	VI unci.
De Melne	VI unci.
De Ghutin	X unci, I desertus.
De Cyrcowe	XIIII unci.

De Natevitze	VI unci, alios colunt fratres Priben.
De Ghurevitze	VIIł unci, IIIł deserti.
De Bresen	Vł unci, Citzebur colit II.
De Karsevitze	XVI unci.
De Iohanne Sarnekowe	III unci.
De Barnutitze	XIIł unci.
De Bessin	XXIł unci.
De Ghotemitze	XI unci, VII deserti.
De Borkevitze	X unci, II deserti.
De Serave	VII unci, I desertus.
De Nyceklaze	XV unci, I desertus.
De Dumrade	XII unci.
De Briglavitze	XIIII unci.
De Nigatze	X unci.
De Dunnekevitze	VI unci.
De Bluggentin	VI unci, Grundis colit V.
De Gustowe	XVIIł unci. Domina Gisla colit XIIł.
De Salekowe	VI unci.
De Sarnovitze	V unci.
De Niendorpe	IIIł unci.
De Surevitze	III unci.

Summa uncorum CCCC unci minus X uncis.

Summa denariorum CCC marce minus VII marcis et II solidis.

Hec est precaria Gyngst.

De Cutovitze	VIII unci.
De Gutiza	VIII unci.
De Silence	VIII unci.
De Clutcitze	XIIII unci.
De bonis ad molendinum Gawarni	II unci.
De Lubevitze	Ꝟ unci.
De domina Sullislava	XVI unci.
De Pansevitze	III unci.
De Monichovitze	V unci.
De Bucitze	XII unci.
De Sissum	XIII unci.
De Clocsevitze	VII unci.
De Bliggevitze	VI unci.
De Luttusevitze	XꝞ unci, I desertus.
De Cubitze	VII unci.
De filiis Ralekevitze	XII unci.
De Varbelitze	XIII unci.
De Teskevitze	IIIł unci.
De Nese	II unci.
De Cosele	III unci.

Summa uncorum C unci et LXII unci.

Summa denariorum C marce cum XXI marcis et II solidis.

Summa uncorum in Omanze LXVI unci.

Summa denariorum L marce minus VIII solidis.

Super hoc sunt ibidem III unci, quorum duos habet Borchardus, et Hinzeke Wode unum, de quibus non dant domino precariam.

Hec est precaria Scaprodie.

De Stolp	IIII unci.
De Bartstorpe	II unci.
De Poldositze	II unci.
De Twargelstorpe	III unci.
De Warsecovitze	X unci.
De Trepecovitze	XIII unci.
De Lubanevitze	XVII unci.
De Iabeditze	IIII unci.
De Desinkovitze	II unci.
De Sutsin	VI unci.
De Nigendorpe	II unci.
De Lawenitze	II unci.
De Kukelevitze	VI unci.
De Thurante	V unci.
De Todendorpe	II unci.
De Sasitze	VII unci.
De curia iunioris Scacht	IIII unci.
De Subbesowe	VIII unci.
De Rensitze	XVII unci.
De Magno Lesten	XVII unci.
De Parvo Lesten	IIII unci.
De Granscovitze	IIII unci.
De Udarsitze	VIII unci.
De Gusteraditze	V unci.
De Chlode	III unci.
De Iohanne de insula, que dicitur Ø	III unci.
De Scaprode	V unci.

Summa uncorum C unci et LXV unci.

Summa denariorum C marce cum XXIII marcis et VI solidis.

Summa omnium uncorum predictorum $\overset{C}{\text{XIX}}$ unci cum I unco (= 1851 unci).

Summa omnium denariorum $\overset{C}{\text{XIII}}$ marce cum IIII marcis (= 1304 marce) et II solidis. Et de moneta XLIII marce cum III solidis et IIII denariis cum uncis Iasmundie.

Isti sunt excessus terre Ruye. De Gartz: filii Tangenitze V marce, Sillechowe V marce. De Pûseritze II marce, de nova civitate IX marce cum IIII solidis. De Rambin: de Bandelevitze IIII marce. De Rodenkerken duo viri IIII marce. Matheus de Mutendorpe V marce. De Omanze: de Woetzitze XL marce. De Gyngst XX marce. De Buszevitze X marce. De

Scaprode: filius Stove II marce. De villa Scaprode II marce. De Witovia: de Lanken II marce, de Grambetitze IIII marce. De duobus viris de Sussitze IIł marce. De Iacobo de Nobbin III marce. De filio Staneke II marce. Subditi domine Scaproden II marce. De Pazeke: Koszevitze V marce. De villa Pazeke V marce.

Summa excessuum terre Ruye C marce cum XXXIIII marcis minus IIII solidis.

Sciendum, quod iste est census denariorum in terra Ruye.

Primo de Witovia. De Dranske XXVII marce. De Ghuderitze XII marce. De Susitze XXI marce. De Lutechovitze XIX marce. De Medowe LIIII marce cum VI solidis. De inquilinis VI marce. De carnibus IIII marce. De taberna LX marce minus una marca. De lateribus VIIł marce. In passagio Ɏ marce. De taberna, que dicitur Beke IIł marce. De Grammetitze de III uncis VIIł marce et ibidem de IIII inquilinis una[3]) marca. De Lanka de III inquilinis XII solidi. Super hoc de avena silvestri XII marce. Summa CC marce cum XXXVIII marcis et II solidis.

Census Iasmundie. De Lisowe, videlicet de taberna et de passagio, V marce. Ibidem de V uncis X marce. De II lateribus carnium XXII solidi. De Buretitze de IIł lateribus carnium XXVIIł solidi. De Retnevitze de Xł lateribus carnium VI marce minus IIł solidis. De Barnekevitze VIł marce cum uno solido. De Lubuze de VIIł uncis XVI marce minus II solidis. De II inquilinis VIł solidi cum II denariis. De allodio XVII marce cum IIII solidis. De Vico XVł marce. De inquilinis IIII marce cum V solidis et de uno latere XI solidi. De Bresitze VI solidi. De Dubenitze V solidi. De Pluckowe XI solidi. De Nipomervitze IIII marce. De Ransowe V marce. De Lubesitze VIII solidi. De Blandovitze IX solidi. De Bisdomitze XXIIII solidi. De taberna Zagarde XI marce minus IIII solidis. De Sale IIł marce. De Glove de Ɏ uncis X marce cum II solidis. De Novo Glove Vł marce cum II solidis. De curia Zilitze XIIII marce, que isto anno fuerunt in redditibus. De Budenhagen III marce. De inquilinis in Lizowe XIII solidi. Summa census Iazmundie C marce cum XLIIII marcis et IIł solidis et II denariis.

Census Pyaske. De Wocevitze III marce. De Grammevitze XIIIł marce. De Goreke XXIIII solidi. De Lutemitze XII solidi. De Dargucevitze VI solidi. De Gni'itze XII solidi. De Pyaske XXXIIII marce minus II solidis. De curia ibidem una[3]) marca. De molendino II marce. De inquilinis et uno knesitzen II marce cum IIII solidis. De Corosowe II marce. De inquilinis una[3]) marca. De Lancen VIII marce minus VI solidis. De Platekevitze de VI uncis XII marce. De Bollevitze de uno unco I marca. De Bresenitze de uno unco XXIIII solidi. De taberna Reppin IIII marce. De Insula de uno unco II marce. Summa census Paceke LXXXVI marce cum VI solidis.

Census Moncium. De Cyckere XX marce. De Priscevitze XII marce. De Silene IIII marce. De taberna in Montibus IX marce. De taberna prope crucem Masekini IIII marce. Summa census Moncium XLIX marce.

Census Gartz. De Domassevitze XXXVI marce et IIII solidi. De Ubechlevitze XXV marce. De Darnovitze XIIII marce. De Crimovitze XVI marce. De Rensitze XLV marce. De inquilinis I talentum. De Rovenhagen IIII marce. De castro Gartz IIII marce. De Tanchonitz IIII marce minus IIII solidis. De Swantegore Vł marce. De Tolkemitze I marca. De Wislaveshagen II marce. De taberna Poddemin III marce. Uchter ibidem XII solidi. De Colovitze XV marce et LXXX pulli, quilibet istorum pullorum et eciam subsequencium de VI denariis. De Carnitze X marce minus II solidis et C pulli cum XXX pullis et in eadem villa Vł unci deserti.

De Strachutitze VIII marce et XXXIII pulli. De Losentitze IX marce minus IIII solidi et LXXX pulli. Predicti pulli faciunt X marcas cum II solidis. Summa census Gartz CC marce cum XII marcis et IIII solidis.

Census Rambin. De Brigglavitze XLIII marce. De Dummerad XXX marce. De Cyrcowe XXVIII marce. De Nizeclas VII marce. De Zume, tabernatore, VIII marce. De Utessen in Negatze XVI marce. De Donekevitze XIII marce. De Blisatzen, tabernatore, VIII marce. De Niendorpe XV marce. De Ralowe XVIII marce. De tabernatore in Nova Ecclesia V marce. De Zarnovitze III marce. De Rodenkerken IX marce. De taberna in Rambin XII marce. De molendino in Slawesitze IIII marce. De Passagio XI marce. De XXIIII knesitzen XVIII marce. Summa census Rambin CC marce cum XLVII marcis.

Census Gyngst. De taberna XXXVII marce. De sale et carnibus X marce. De inquilinis IIII marce. De Cubitze XI marce cum IIII solidis. De Warbelevitze I marca. De Techatzen Dubertitze IIII marce. De Gharense VIII marce. De passagio et taberna XII marce. Summa census Gyngst LXXXVII marce cum IIII solidis.

Summa census Omanze C marce cum XIII marcis.

Summa tocius census denariorum terre Ruye $\overset{C}{\mathrm{XII}}$ marce cum XXVI marce (= 1176 marce) et III solidis et II denariis.

Summa tocius recepti denariorum $\overset{C}{\mathrm{XXVII}}$ marce cum VII marcis (= 2657 marce) minus IIII solidis.

Sciendum, quod isti sunt redditus annone in terra Ruye. Primo in Witovia. De Lutechovitze V tremodia siliginis et V tremodia ordei et XX tremodia avene. De Smarsevitze V tremodia siliginis cum IIII modiis et V tremodia ordei cum IIII modiis et XXI tremodia avene cum IIII modiis. De Ghuderitze VI tremodia siliginis minus II modiis et VI tremodia ordei minus II modiis et XXIII tremodia avene cum IIII modiis. De Medowe VII tremodia siliginis cum IIII modiis et VII tremodia ordei cum IIII modiis et XXIX tremodia avene cum IIII modiis. De Dranske XVI modii[4]) siliginis et XVI modii[4]) ordei et VII tremodia avene cum IIII modiis. De Chotze XX modii[4]) siliginis et XX modii[4]) ordei et VII tremodia avene minus IIII modiis. De Lopkevitze III tremodia siliginis et III tremodia ordei et X tremodia avene. De Lanka II tremodia siliginis cum IIII modiis et II tremodia ordei cum IIII modiis et IX tremodia avene cum IIII modiis. Summa siliginis IIII last minus VIII modiis. Summa ordei IIII last minus VIII modiis. Summa avene XVI last minus VIII modiis.

Redditus annone Rambin. De Drigge VI tremodia siliginis et VI tremodia ordei et VI tremodia avene. De Aben XIII tremodia siliginis et XIII tremodia ordei et XIIII tremodia avene. De Zarnovitze Hinricus Dives IIII tremodia siliginis et IIII tremodia ordei et una lasta[5]) avene. De Nicolao Stamer ibidem II tremodia siliginis et II tremodia ordei et IIII tremodia avene. De Niendorpe II tremodia siliginis et II tremodia ordei et IIII tremodia avene. De Iohanne Radolfi ibidem unum tremodium siliginis et unum tremodium ordei et II tremodia avene. De Rodenkerken XV modii[4]) avene. Summa siliginis IIII last. Summa ordei IIII last. Summa avene V last cum III tremodiis et III modiis. Et de Negaze IIII talenta farine et IIII talenta brasei.

Redditus Gartz. De Vinkendal III tremodia siliginis et IIII tremodia ordei et VII tremodia avene. De molendino nove civitatis X tremodia siliginis.

Redditus Paceke III tremodia siliginis et III tremodia ordei et X tremodia avene.

Summa tocius siliginis IX last cum III tremodiis et IIII modiis.

Summa ordei VIII last cum XXVIII modiis.

Summa avene XXIII last cum III modiis.

Isti sunt redditus pullorum in terra Ruye. Primo in Witovia. De Dranske XXX pulli minus II pullis. De Grammetitze XX pulli. De Medowe LX pulli. Summa pullorum C pulli cum VIII pullis.

Redditus pullorum Iazmundie. De Ransowe VIII pulli de II uncis. De Nipomervitze IIII pulli. De Vico XXIIII pulli. De Tornstorpe XX pulli. Summa pullorum LVI pulli.

Redditus pullorum Pazeke. De Parchutitze IIII pulli. De Coresowe XX pulli. Summa pullorum XXIIII pulli.

Redditus pullorum Rambin. De Drigge CCC pulli. De Drammendorpe LXXXX pulli. De Rodenkerken X pulli et C ova. De Niendorpe XXII pulli. De Ralowe CCL pulli et XVIII pulli. De Passagio C pulli et XX pulli. Summa pullorum $\overset{C}{\text{VIII}}$ pulli cum X pullis.

Redditus pullorum Gartz. De slavico Gartz CCC pulli cum XXXIII pullis. De Golotitze LXX pulli. De Darnovitze de III uncis XII pulli. De villa Poddemin CL pulli. De Rensitze XL pulli. De teutunico Gartz CC pulli cum XVII pullis. De Domassevitze LV pulli. Summa pullorum $\overset{C}{\text{IX}}$ pulli minus XXIII pullis.

Summa omnium pullorum $\overset{C}{\text{XIX}}$ pulli minus XXV pullis (= 1875 pulli).

1) Hier ist im Pergament ein Loch. Zu erkennen ist noch der Schaft eines hochragenden Buchstabens, also wohl h, und daneben ein übergeschriebenes Abkürzungszeichen, so daß man huius lesen und dann sinngemäß modi ergänzen kann. 2) In der vorhergehenden Zeile ist der Name wegradiert, die noch lesbaren Worte VIII unci, VIII deserti sind durchstrichen und z. T. radiert. 3) unam. Orig. 4) modios. Orig. 5) unam lastam. Orig.

Nach dem aus acht aneinander gehefteten Pergamentblättern bestehenden Originale im Staatsarchive zu Stettin s. r. Insel Rügen Nr. 4. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1252.

Gedruckt Fabricius IV 2 S. 36 ff. Nr. CCCCL (672).

2919.

1314 November 30 Spandau.

Markgraf Johann V. von Brandenburg bestätigt den 1311 Februar 28 zu Spandau in seinem Namen durch Markgraf Waldemar für 300 Mark Brandenburgisch erfolgten Verkauf der Dörfer Cladow, Zanzin, Heinersdorf, Merzdorf und Loppow an den Abt Heinrich von Colbatz und die Mönche zu Crevetstorpe (Himmelstädt).

(I)n nomine domini amen. Quia sedentis in solio maiestatis in excelsis sunt delicie in hac valle miserie eciam cum filiis hominum habitare, ut sedulis secretariorum precibus exoratus misericordiam querentibus de pietatis sue habundancia copiosius largiatur, nos igitur Iohannes dei gracia Brandenburgensis, Misenensis et Lusacie marchio recognoscimus et in publicam cupimus devenire noticiam omnium per presentes, quod ad cultum sancti sui nominis ampliandum obque salutem animarum nostre videlicet ac progenitorum, filiorum, heredum et successorum nostrorum plena super hoc habita discretorum nostrorum deliberacione dedimus et presentibus donamus nostra auctoritate, qua fungimur, honorabili viro domino Heinrico, abbati de Colbaz,

ordinis Cistersiensis, et fratribus in Crevetstorpe, eiusdem ordinis, libertates ac proprietates quinque villarum subscriptarum, videlicet Clodow, Zanzin, Henrikestorp, Martinstorp et Loppow cum omnibus agris cultis et incultis, nemoribus, silvis, venationibus, paludibus, pratis, pascuis, molendinis iam constructis et processu temporis construendis, aquis, stagnis, rivis, piscationibus, villarum, villanis, ferrifodinis, salinis, seu cuiuscumque utilitas fuerit, eris et minere, cum omnibus ususfructibus et proventibus cum iure patronatus ecclesiarum in villis premissis ac omni iure, iurisdictione et iudicio maiori et minori, absque omni servicio communi et privato, cum omnibus immunitatibus et libertatibus, quas omnes ecclesie ordinis premissi in nostris districtibus constitute noscuntur habere, iusto libertatis ac proprietatis titulo in perpetuum possidendum cum omnibus distinctionibus et limitibus et generaliter cum hiis omnibus et singulis, que intra et cytra limites ipsarum villarum continentur, renunciantes omnibus premissis iuribus et proprietatibus, quoad nos et heredes nostros, nichil iuris in bonis ipsis nobis et nostris successoribus penitus reservantes. Servicia quoque dextrariorum de bonis ipsis nobis exhibenda non auferent, que nunc de bonis ipsis sunt prestanda, nisi de nostra speciali voluntate procedat. Addicimus eciam, quod ipsi fratres duodecim mansos in villa Clodow prefata absque omni precaria pheudi et hereditatis libere possidebunt. Proinde venerabilis dominus Henricus, abbas ecclesie Colbacensis prefatus, dedit et persolvit nobis trescentas marcas argenti Brandenburgensis in pecunia numerata, de quibus ipsum abbatem et confratres suos quitos reddidimus in hiis scriptis. Protestamur eciam, quod per huiusmodi nostre indulsionis formam concesse ipsis fratribus non intendimus litteris, iuribus, utilitatibus et proprietatibus seu privilegiis ab illustri marchione Alberto pie memorie concessis et indultis aliquatenus derogare. Ut autem premissa omnia inter nos et honorabilem virum prenominatum dominum Henricum, abbatem de Colbaz, ac suos confratres per magnificum principem dominum Woldemarum, marchionem Brandenburgensem, sororium nostrum dilectum, nostro nomine sub anno domini millesimo trecentesimo undecimo in castro Spandow, die dominica, qua cantatur Invocavit, presentibus nostris fidelibus infranotatis ordinata et eorum quodlibet robur sorciatur perpetue firmitatis, presentes litteras dedimus nostro sigillo sigillatas. Testes huius facti sunt domini Ghevehardus, Fredericus iunior, Henricus dicti de Alvensleve, Lodewicus de Wanzleve, Droyseko, noster dapifer, et Iohannes de Crocheren, eius filius, et Hermannus de Arneborch, nostre curie notarius, pluresque alii fide digni. Actum et datum Spandow anno domini millesimo trescentesimo quartodecimo, in die beati Andree apostoli.

Nach dem Originale im Geh. Staatsarchive zu Berlin s. r. Kl. Colbatz Nr. 6, mit einem Siegelbruchstücke an roter Seidenschnur.

Gedruckt Gercken, Cod. dipl. Brand. II S. 316 Nr. 187; Riedel, Cod. dipl. Brand. I 18 S. 373 Nr. 8; Urkundenbuch zur Geschichte des Geschlechts von Kröcher I S. 63 Nr. 110 (Reg.); v. Mülverstedt, Cod. dipl. Alvenslebianus I S. 197 Nr. 366 (Reg.).

2920.

1314 um Dezember 1.

Der Priester Gottschalk Ummelandesfarer schenkt dem Altare des ehemaligen Abts Jakob Stumpel von Eldena in der St. Marienkirche zu Greifswald die Einkünfte der Lübecker Wiese bei Leist, die er für 50 Mark Wendisch von Lambert Letzenitz und seinen Söhnen gekauft hatte.

Constituti in nostra presencia dominus Lambertus de Lecenizce, nostre civitatis proconsul, Iohannes et Everhardus, sui filii, cum singulis suis heredibus confessi, quod rite et racionabiliter vendiderint domino Gotscalco dicto de Ummelandesfare sacerdoti unum pratum situm apud villam Lecenizce, quod in vulgo vocatur Lubekerwisch, pro quinquaginta marcis denariorum slavicalium, qui sunt integraliter persoluti, quod scilicet pratum cum suis redditibus et fructibus dictus dominus Gotscalcus suo altari apposuit, quod fundavit dominus Iacobus dictus Stumpel in ecclesia beate Marie virginis. Cuius prati collacio iuris pheodalis stabit in manibus dicti domini Lamberti et suorum heredum, donec idem dominus Gotscalcus vel suus successor dictum altare officians proprietatem dicti prati a domino abbate Hildensi obtinebit; tunc sepedictus dominus Lambertus et sui heredes vel successores dictam collacionem de suis manibus libere resignabunt.

Nach dem ältesten Greifswalder Stadtbuche (Liber memorabil. XIV) Bl. 43 v.

Gedruckt Pyl, Geschichte des Klosters Eldena S. 635.

2921.

1314 Dezember 9 Templin.

Markgraf Waldemar von Brandenburg schließt mit dem Fürsten Wizlaw III. von Rügen eine Sühne.

Wye Woldemer van godes gnaden margreve tů Branden(borch) und Lusitz bekennet und bethuget mit dessem yegenwardighen breve, dat wy uns bericht und sůnet hebben mit unsem ome heren Wyslawen[1]) van Ruyen eweliken by eme tu blivende up allis weme, ane uppe konig Ereke van Denemarken, unsem ome, unde ane uppe margreve Jane van Branden(borch), unsem swaghere, und hebben ghelaten von aller thosprake[2]), die wy hadden[3]) uppe dat land tů Lozitz beyde in eghendumme und in lene, swat wy dar an hadden. Hir umme schal unse om uns gheven twe dusent mark lodhiges sulvers, half tu den neghesten lichtmessen und half tu den neghsten sůnte Mertens[4]) daghe, de nu kumt. Dat sulvirs schal man uns bereden tůme Gripiswolde mit sulvere odder mit pande odder mit lichten penninghen, vyftehalve mark vor ene, und scal uns dat beleyden vor alle die, de dor unsen om důn und laten willen. Were dat unse swagher margreve Jan spreke uppe dat land, hus odder stat tů Lozitz, dat schole wy unsem ome untwern mit rechte. Wordet over uns mit rechte van unses swaghers weghene tů broken, so schole wy eme wedder gheven dusent mark sulvers binnen eme halven jare na deme daghe, dat it uns mit rechte gebroken wert, und wy sooln vortmer unsem ome al sins rechtis irstan. Die vanme Sunde schole wy vordeghdingen eres rechtes van sunte Mychils daghe, de nu neghest kumpt, vort over dre jar, und darna en schole wy nymmer uns underwinden der stad edder andirs yengher siner slote edder siner man, de wile dat he unse vient nicht en werd. Dat hir vor bescreven steyt, dat hebbe wy unsem ome untruwen ghelovet mit dessen ridderen, die hirna gescreven stan: her Hinrik und her Henningh van Stegheliz, her Grifke, her Heyderik van Benz, her Dyderik van Kerkow, her Hans van Exstede, her Ebele van Bertekow, her Rydeke, de marscalk, und her Arnt Sak. Desse breve en sooln nicht schaden den anderen breven, die wy unsem ome vore ghegeven hebben, wan de schal man holden. Hir up hebbe wy dessen

bref ghegheven mit unsem ynghesegele beseghelt. Dat is gheschen tů Templin na godes bort dusent jar drehundert jar an deme verteydeme jare, des mandaghis na sůnte Nycolaus daghe.

1) Wislaween. Kob. 2) thosprake fehlt. Kob. 3) handden. Kob.

Nach dem Codex Rugianus Bl. 50 Nr. 141. Abschriften: Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1249; Universitätsbibliothek zu Greifswald: Mscr. Pom. Fol. Nr. 149 Bl. 27.

Gedruckt Raumer, Cod. dipl. Brand. II S. 29 Nr. 41; Riedel, Cod. dipl. Brand. II 1 S. 362 Nr. 449; Fabricius IV 2 S. 45 Nr. CCCCLI (673 a); v. Eickstedt, Urkundensammlung zur Geschichte des Geschlechts von Eickstedt I S. 104 Nr. 8; Hans. Urkundenbuch II S. 97 Nr. 250 (Reg.).

Die Gegenurkunde Markgraf Waldemars ist nur im Auszuge bei Hvitfeldt, Danmarckis rigis krønicke S. 377 erhalten. Die Zeugen sind: Hertug Vitzlaff, greff Bernhart von Anholt, greff Nicolaus von Sverin, her Henrich von Mekelnborg, hertug Vartzlaff1), her Johan von Verle, greff Johan von Gudskov, her Sivord von Pløne, ridder.

1) Vitzlaff. Hvitf.

Gedruckt Fabricius IV 2 S. 45 Nr. CCCCLII (673 b) (deutsch); Meklenb. Urkundenbuch VI S. 121 Nr. 3725; Cod. dipl. Anhalt. III S. 190 Nr. 292.

2922.

1314 Dezember 9 Templin.

Fürst Wizlaw III. von Rügen und Markgraf Waldemar von Brandenburg vergleichen sich über die Stadt Stralsund.

Hertug Vitzlaff udi it andet breff forligte sig med margreff Voldemar om all den tvist paa Strolsund byes vegne saaledis: hand skal lade borgerne bliffve ved alle deris rettigheder oc friheder, som de kunde bevise aff hans fader oc forældre dennem at være forunt. Er der skeed nogen skade imellem hannem oc borgerne, siden den førsten sone bleff gjort eller om noget er dagtinget, som icke er fuldkommen, det skal vi fuldgjøre borgerne oc de os igien inden kyndelmisse. Begaff sig effter denne tid trætte imellem os oc borgerne, da hafver vor frende tilsæt Henning1) aff Blanckenborg, oc vi hafve der tilsæt her Ernst Bodde, de skal det skjelne med minde eller rette. Bleffve disse skedsrettere wens, da skal de sagen under deris signeter gifve beskreffne oc sende den til hertug Bernhard aff Anhalt, som er en opmand paa beggis vegne, hand skal inden 4 uger, effter at brefvene oc klagen hannem antvordis, atskillie sagen med rette. Hvad som sigis, skal vi begge lade os nøye med. Vi skal igien indtage de fordreffne borgere i deris gods. Vi skal være borgerne huld oc tro, de os igien. Dette loffvede hertug Vitzlaff margreffven oc med hannem greff Johan van Gotskov, her Johan von Gristove2), her Nicolaus oc Henning1) von Podbusk, her Sivard von Pløne, her Ernst Budde, her Hermand von Vokenstede3), her Reimer von Pentze, her Johan Datenberg4), her Sikove. Actum Templin aar 1314, mondagen effter Nicolai.

1) Henrich. Hvitf. 2) Gustrove. Hvitf. 3) Vinckstede. Hvitf. 4) Dakenberg. Hvitf.

Nach Hvitfeldt, Danmarckis rigis krønicke S. 377. Auch gedruckt Riedel, Cod. dipl. Brand. II 1 S. 363 Nr. 450; Fabricius IV 2 S. 45 Nr. CCCCLIII (674); Cod. dipl. Anhalt. III S. 190 Nr. 293.

2923.

1314 . . . . . Wolgast.

Herzog Wartislaw IV. transsumiert die Urkunde Herzog Bogislaws IV. von 1284 April 23 für das Kloster Dünamünde und bestätigt dessen Güter im Lande Daber dem Kloster Stolp, dem sie von jenem abgetreten sind.

In nomine sancte et individue trinitatis, que in principio, medio et fine est omnium rerum gubernatrix amen. Nos Wartizlaus dei gracia dux Slavorum et Cassubie omnibus Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in Marie virginis filio sempiternam. Ne presentis temporis negocia consumat oblivio, scriptis solent auctenticis roborari, ut ad posterorum noticiam transmittantur. Notum igitur facimus tam presentis quam futuri temporis hominibus per presentes, nos vidisse et audivisse privilegia et confirmacionem illustris principis dilecti patris nostri Buguzlai felicis recordacionis non abolita, non cancellata neque in aliqua sui parte viciata, sed de verbo ad verbum sano suo intellectu fideliter conscripta in hec verba — — — (Folgt Urkunde 1284 April 23, Pomm. Urkundenbuch II S. 525 Nr. 1300.) — — — Nos itaque Wartizlaus antedictus, qui semper iustis precibus debemus inclinari, divine remuneracionis intuitu, a qua nos meminimus, omnia bona quamvis indigni presentis vite nostre recipisse ac eadem divina largiflua bonitate cooperante per bona opera, que fecerimus, eternam vitam ab ipsa consequi in futurum nos speramus, ob salutem anime nostre et omnium parentum nostrorum ad peticionem domini abbatis Stolpensis suique conventus ibidem necnon ad instanciam viri religiosi et devoti fratris Iohannis dicti Pes, bonorum in Selmow provisoris, dicta privilegia et confirmacionem, videlicet dilectissimi patris nostri domini Buguslai, ducis Slavorum et Cassubie bone memorie, ex parte nostra et heredum nostrorum omnium ac successorum, quos nobis in futurum concesserit aut dederit clemencia salvatoris, per presentes ecclesie Stolpensi, ad quam nunc sicut prius ad ecclesiam Důnemundensem respectum habuerunt et pertinuerunt, respectum habere debent et pertinere bona in Selmow cum omnibus suis pertinenciis, villis aut iuribus presentibus et futuris, que bona cum quibusdam monachis et conversis de Dunemunde transmissis, cum Stolpenses monachi griseum habitum assumerent, ecclesie Stolpensi perpetualiter et indissolubiliter sunt unita, irrefragabiliter perpetuo confirmamus. Confirmamus eciam omnia iura, omnes proprietates, omnes libertates omnesque possessiones, quas ecclesia Stolpensis acquirere poterit per donacionem aut empcionem ad melioracionem bonorum in Selmow, ad ampliacionem necnon aliorum bonorum suorum in futurum. Innovamus preterea, confirmamus et ratificamus per presentes omnes donaciones et privilegia et omnia iura, que ab inicio fundacionis monasterii Stolpensis eidem monasterio a nostris progenitoribus et aliis quibuscunque Christi fidelibus usque nunc sunt donata. Recepimus eciam conventum Stolpensis ecclesie et specialiter monachos et conversos [ecclesie] S[to]l[pensis necnon o]mnia bona sua presencia et futura in graciam nostram ac successorum nostrorum perpetuam protectionemque specialem, rogantes Christi fide[les . . . .] suis et favorem nec paciantur quoquomodo indebite molestari. Ut autem hec nostra racionabilis confirmacio rata et incon[vulsa . . . .], presentem conscribi iussimus litteram et eam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Testes sunt [. . . . .]us, cappellanus noster, Iohannes Ursus, Theodericus

Ursus, Hinricus Ursus, Luchte, Arnoldus de [Grambowe] . . . . , Iohannes Troye et filius suus Nycolaus et alii quam plures fide digni. Datum [Wolgust] . . . . [MCCCXIIII] . . . . .

Nach dem unten abgerissenen Originale in der Kgl. Bibliothek zu Berlin (Handschriften-Abteilung: Urkunden B 12). Siegel fehlt. In dem Inventarium des Joachim Berckhan von 1572 im Staatsarchive zu Stettin (Mscr. V 6) Bl. 104 ist verzeichnet: **Wartislavi Vidimus und Confirmatio uber hertzog Bugslaf Donatio wegen 860 huefen in terra Dabern. Datum Wolgust 1314. Sigil ist zurbrochen.** Mithin ist die Urkunde ins Jahr 1314 zu setzen.

2924.

1314.

Herzog Otto I. bestätigt seine Schenkung von 1312 Juli 7 (oben S. 61 Nr. 2738) für das Kloster Verchen.

Papst Clemens V. bestätigt dieselbe Schenkung.

De eodem litterae Ottonis. Item confirmatio Clementis papae de dato 1314.

Nach Joachim Berckhans Inventarium im Staatsarchive zu Stettin (Mscr. V 6) Bl. 167 v.

2925.

1314.

Herzog Otto I. schenkt der Kirche zu Schönfeld drei Hufen.

Hertzog Otten brief, darin er der kirchen zu Schonefelde gibt III huefen mit aller gerechtigkeit. 1314.

Nach Joachim Berckhans Inventarium im Staatsarchive zu Stettin (Mscr. V 6) Bl. 151.

2926.

1314.

Pridbor von Vilmnitz verkauft dem Heinrich Schmerschneider die Mühle zu Groß-Karow und zwei Hakenhufen für 100 Mark.

Pritborus dictus de Vilmenitz verkoft Heinoni Schmerschnider und sinen erven hereditatem molendini in Magno Charow cum piscina et II uncos agrorum pro centum marcis denariorum hereditario iure possidendam, schal keine gastinge dhon noch furen machen, mach koste und kindelbier holden und sin vehe verkopen und verbun[1]), wor he wil, schal geven jerlich dem closter VII punt farine et VII punt brasei, similiter de duobus uncis unum tremodium siliginis, unum tremodium avene et unum talentum denariorum in festo Martini.

[1]) wohl **verbuten** = vertauschen.

In dem „Extrakt von den versegelden breven des Klosters Bergen up Rügen" (früher Wolgaster Archiv Tit. 72 Nr. 127, jetzt Loeper Mscr. 214) Bl. 7.

2927.

1315 Januar 2 Camin.

Der Caminer Domherr Heinrich von Bevenhausen überträgt dem Caminer Domkapitel seine Güter Gützlaffshagen, Koldemanz und die Mühle Upatel.

In nomine domini amen. Omnibus Christum profitentibus presencia visuris vel audituris Hinricus dictus de Bevenhusen, canonicus Caminensis ecclesie, filius Frederici de Bevenhusen, salutem in eo, qui pro salute humani generis in cruce mortem paciens exspiravit. Quoniam propter hominum mortalitatem labilemque memoriam ac ipsorum varias voluntates ea, que sunt racionabiliter ordinata, sepius perversis cavillacionibus inmutantur, expedit ut, super hiis, que gesta sunt, ad memoriam futurorum fiant publica munimenta. Hinc est quod ad noticiam singulorum tam presencium quam futurorum tenore presencium cupimus pervenire, quod nos de mera ac libera voluntate nostra et de consensu venerabilis domini Hinrici, Caminensis ecclesie episcopi, qui est dominus tam in rebus temporalibus quam spiritualibus, dedimus ac iusto donacionis titulo appropriavimus ecclesie Caminensi eiusque capitulo omnes proprietates villarum videlicet Guszlaveshagen et Colremanneshagen cum molendino dicto Upatelismole cum suis limitibus, terminis et metis, silvis, nemoribus, pratis, pascuis, agris cultis et incultis, piscaturis et aquis ad hec pertinentibus, cum omni fructu et usufructu et omni iure feodali et hereditali, quod in vulgo erve dicitur, sicut predictas villas et molendinum hactenus habuimus, in ecclesiam Caminensem et eius capitulum rite et racionabiliter transferentes. Ut autem hec nostra donacio firma et inmobilis cunctis temporibus perseveret, presens scriptum inde confectum appensione[1]) sigilli nostri fecimus ad perpetuam memoriam stabiliri. Datum Camin anno domini millesimo tricentesimo decimo quinto, in crastino circumcisionis domini. Testes huius facti sunt honorabiles viri Tesmarus et Tessin, Lubbe dictus Glasenap, Fredericus dictus de Bevenhusen, milites, et Teszlaus, frater predicti Frederici militis.

[1]) Vor appensione überflüssiges in. Matr.

Nach der Caminer Originalmatrikel im Staatsarchive zu Stettin (Mscr. I 8) P. I Bl. 38; Caminer Matrikel ebendaselbst (Mscr. I 8 a) P. I Bl. 47; Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1267.

2928.

1315 zwischen Januar 5 und März 2.

Das Heil. Geist- und das St. Georg-Hospital zu Greifswald erhalten 20 Mark Rente für 200 Mark aus dem Eckhause Dietrichs von Lübeck am Mühlentore.

Hereditas Thidemanni de Lubeke sita ante valvam mollendinorum in angulo, que quondam fuerat Volquini de Upatel, est obligata domui sancti Spiritus et beati Georrii nostre civitatis pro CC^{tis} marcis denariorum, de quibus dictis domibus annis singulis XX^{ti} marcarum redditus ad quandam pitanciam bis in anno erogabit. Pro defectu istius hereditatis promiserunt dominus Lambertus de Lecenizce, Ditmarus de Trebetow et Hermannus Westerholt satisfacere predictis domibus in predicta pecunia, cum exsolvi debet et exponi.

Nach dem ältesten Greifswalder Stadtbuche (Liber memorabil. XIV) Bl. 43 v.

Gedruckt Pomm. Genealogieen II S. 120.

2929.

1315 zwischen Januar 5 und März 2.

Das Heil. Geist-Hospital zu Greifswald erhält eine Mark Rente aus Dietrich Prützes Hause in der Steinbeckerstraße.

Domus sancti Spiritus nostre civitatis habet in area sive hereditate Thidemanni Pricen sita in platea lapicidarum unius marce redditus perpetuos quovis anno.

Nach dem ältesten Greifswalder Stadtbuche (Liber memorabil. XIV) Bl. 43 v.

2930.

1315 zwischen Januar 5 und März 2.

Das Heil. Geist-Hospital zu Greifswald erhält eine Mark Rente aus dem Hause Eler Schmidts aus Demmin am Vettentore, wiederkäuflich für zehn Mark.

Domus sancti Spiritus habet in hereditate Heleri Fabri de Dymin sita ante valvam pinguium[1]) unius marce redditus quovis anno in pascha, quos redimere potest pro X marcis denariorum pro suo beneplacito et profectu[2]).

[1]) piguium. Stadtbuch. [2]) profecto. Stadtbuch.

Nach dem ältesten Greifswalder Stadtbuche (Liber memorabil. XIV) Bl. 43 v.

2931.

1315 Januar 7 Stettin.

Herzog Otto I. befreit die Stadt Stettin von Ungeld und Zoll und bestätigt ihr die Münzgerechtigkeit.

Otto dei gracia dux Slavorum et Cassubie omnibus presentem litteram visuris salutem in domino sempiternam. Cum fideles nostri consules et universi burgenses civitatis Stetin ungeldum, theloneum et monetam in Stetin, que ipsis ad certos annos commiseramus, nobis redimiserint benivola voluntate, nos volentes eorum benivolencie vicissitudine respondere duximus eisdem subnotatas gracias liberaliter concedendas: inprimis quidem omnes ac singuli burgenses civitatis Stetin liberi erunt ab ungeldo et theloneo perpetualiter, sicut fuerunt usque in presentem diem, prout possunt autenticis litteris demonstrare; amplius ungeldum ipsum et theloneum non maiorabitur nec augmentabitur, sed servabitur in eo statu et quantitate, sicut hucusque antiquitus est servatum. Item antedicta officia, ungeldum et moneta, manebunt

perpetuo in Stetin. Si vero fecerimus alibi denarios cudi, moneta illa ad monetam in Stetin debebit pertinere. Nulli eciam dicta tria officia committemus, nisi sit civitatis Stetin incola et burgensis, ita tamen si valuerit nobis tantum dare, quantum extraneus dare vellet. Si autem antedicta officia alicui extraneo quandoque committere contigerit, illum oportebit in Stetin burgensitatem impetrare et ibidem facere mansionem. Preterea cuicunque sepedicta officia commissa fuerint et locata, ille iuste satisfaciet omnibus, qui in ipsis officiis redditus habent, taliter quod medietatem suorum reddituum in festo sancte Walburgis virginis et medietatem in festo sancti Martini episcopi recipiat unusquisque. Ut igitur hec premissa robur perpetue firmitatis optineant, nos presens scriptum inde confectum sigilli nostri munimine iussimus roborari. Testes sunt dominus Iohannes, cantor ecclesie Stetinensis, dominus Ulricus, nostre curie capellani, Hinricus de Pokelenth, Gherardus de Berthecow, Conradus Ubesco, Conradus Flamingus, milites, cum pluribus aliis fide dignis. Actum et datum in Stetin anno domini M° CCC° quintodecimo, in crastino Epiphanie domini.

Nach dem Originale im Stadtarchive zu Stettin (Nr. 74) mit dem Siegel des Ausstellers am Pergamentstreifen. Abschriften: Diplomat. civit. Stett. im Staatsarchive zu Stettin (Mscr. I 37) P. I Bl. 94 Nr. 57; ebendaselbst Stettiner Archiv P. I Tit. 5 Nr. 15; P. I Tit. 41 Nr. 2 Vol. IV; P. I Tit. 94 Nr. 80; P. I Tit. 128 Nr. 39 (Auszug); Rotes Buch im Stadtarchive s. r. Urkunden Nr. 1 S. 21; Akten des Stadtarchivs (im Staatsarchive deponiert) Tit. I Sekt. 1 Nr. 2 Bl. 25.

2932.

1315 Januar 9 Barth.

Pridbor von Vilmnitz, Johann von Gristow, Nikolaus von Putbus und neunzehn andere Ritter bürgen dem Demminer Bürger Heinrich Simon für eine Schuld des Fürsten Wizlaw III. von Rügen von 1000 Mark Wendisch.

Nos milites Pridborus de Velmenitz, Iohannes de Gristowe, Nycolaus de Pudbuske, Sifridus de Pløne, Henninghus de Pudbuske, Benedictus de Rodenbeke, Hinricus Wlf, Hermannus de Roghelin, Hinricus cum Plate, Iohannes Bruneswich, advocatus, Ernestus Budde, Iohannes Dotenberch, Vicco Molteke, Gunterus de Levetzowe, Hinricus Tune, Thy(dericus) Sucow, Hinricus Sucow, Hinricus Morder, Hermannus Wokenstede, Reyfridus de Penitze, Iohannes Kabolt, Ernestus Budde de Hoykenhagen recognoscimus per presentes, nos promisisse in solidum sive coniunctim honesto viro Hinrico Symonis, burgensi in Demmin, et suis veris heredibus ex parte domini nostri Wizlai, principis Ruyanorum illustris, pro mille marcis slavicalium denariorum in crastino beati Martini proximo venturi in parata pecunia vel pignore sufficienti pro eisdem denariis sine iniacencia finaliter persolvendis. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Bard anno domini M° CCC° XV°, feria quinta post Epyphaniam domini.

Nach dem Codex Rugianus Bl. 22 v Nr. 77; Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1270.

Gedruckt Fabricius IV 3 S. 21 Nr. CCCCLV (676).

2933.

1315 Januar 21 Stralsund.

Die Ritter Ebelin von Fiddichow und Burchard von der Osten quittieren für sich und 31 Genossen über den von der Stadt Stralsund erhaltenen Sold.

Universis, quibus presencia fuerint demonstrata, Ebelinus de Viddechov, Borchardus de Osta, milites, salutem in domino sempiternam. Tenore presencium recongnoscimus et fatemur una cum nostris sodalibus stipendiariis in numero XXXI sustulisse sallarium, pro qualibet marca argenti IIII marcas denariorum slavicorum, a consulibus civitatis Strallessunt sive ab ipsa civitate, cum hoc exsolventes pingnorum quitacionem et equorum perdicionem cum dampni reposicione. De quibus omnibus nobis et nostris sociis datis et exsolutis ipsos quitos dimittimus et solutos. In quorum certitudinem sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum et actum Stralessunt anno domini M° CCC° XV°, in die Angnetis virginis.

Nach dem Originale im Ratsarchive zu Stralsund (Schr. I Schiebl. 24). Die abhangenden Siegel sind abgefallen.

Gedruckt Fabricius IV 3 S. 67 Nr. CCCCLV b (676 b).

2934.

1315 Januar 25 Vilmnitz.

Pritbor von Vilmnitz schenkt mit Zustimmung seines Bruders Nikolaus von Putbus seinem Kapellan Paul acht Hakenhufen in Tangnitz und Cyceradicz, aus denen dieser lebenslänglich jährlich 20 Mark Wendisch erhalten, die aber nach seinem Tode an das Kloster Bergen fallen sollen.

Nos Pritborus dictus de Vilmenycz omnibus Christi fidelibus presens scriptum cernentibus tam presentibus quam futuris salutem in domino sempiternam. Recognoscimus presentibus publice protestantes, quod nos prehabita deliberacione necnon consensu et voluntate dilecti fratris nostri domini Nycolai de Pudbusk domino Paulo, capellano nostro, contulimus in villa Tangomicz sex uncos et in villa Cyzeradicz duos uncos agrorum, de quibus singulis annis summam viginti marcarum expedite slavicalium denariorum temporibus sue vite[1]). Post discessum vero predicti domini Pauli volumus, ut sine aliqua contradictione vel inpedimento quorumcunque, cuiuscunque condicionis sint, preeminencie vel status cuiuscunque, predicti octo unci cum eorum redditibus perpetuo cedant conventui in Montibus dominarum, ut eo diligencius ipse conventus et capellani earundem nostri anniversarium et dilecte uxoris nostre Mechtyldis de Parleberghe nuncupate et domini Boranthe, nostri patrui dilecti, ac nostrorum progenitorum memoriam peragant salutarem. In refectionis beneficium singulis annis circulariter evolutis unam lagenam bone cervisse et duo fercula habeant diebus cuiuslibet nostri anniversarii de uncis octo sepius memoratis, predictis equidem perhenniter duraturis. In cuius rei evidenciam pleniorem, ut predicta donacio inconvulsa iugiter perseveret nec ingenio alicuius malignantis valeat infirmari, presens scriptum ac instrumentum exinde confectum conscribi fecimus ac sigilli nostri et fratris nostri karissimi, domini Nycolay de Pudbusk, robore communiri. Testes huius sunt Iohannes, prepositus ibidem, dictus Obelicz, dominus Udo, miles, Reymarus et Paulus, nostri cappellani,

Eghardus de Porecz, Iohannes Horst et quam plures alii nichilominus fide digni. Datum et actum Vilmenycz anno domini M° CCC° decimo quinto, conversionis beati Pauli apostoli videlicet in die sancto.

1) Zu ergänzen ist etwa percipiet.

Nach der Originalmatrikel des Klosters Bergen im Staatsarchive zu Stettin (Dep. Kl. Bergen) Bl. 26 v Nr. XXXVII.

Gedruckt Fabricius IV 3 S. 21 Nr. CCCCLVI (677).

2935.

1315 Januar 26.

Friedrich von Voß auf Wolde, Nikolaus und Gerhard von Voß verkaufen ihrem Oheim Friedrich von Voß auf Kenzlin ihre Güter in Grammenthin.

In nomine sancte et individue trinitatis. Omnibus Christi fidelibus presencia visuris vel audituris salutem in domino Ihesu Christo. Necesse est enim, ut ea, que aguntur in tempore, ne simul labantur[1]) cum tempore, ut ore testium aut testimonio scripturarum confirmentur. Nos itaque Vicco Vos, miles, de Wolde, Nicolaus et Gerhardus fratres dicti Vulpes recognoscimus in hiis scriptis, quod ex nostra bona voluntate et libero arbitrio vendidimus omnia bona in villa Gramentin[2]) et in terminis ipsius nostro dilecto patruo domino Frederico Vos, militi, de Kencelin cum omni iure ac iusticia, libertate et utilitate, lignis, pratis, pascuis, piscinis, si fuerint et qualicunque modo debeant[3]) nominari, silvis, nemoribus, palludibus, agris cultis et incultis pariter et colendis sine omni servicio et castrorum opere cum iudicio maiori et minori, sicut et nos et antecessores[4]) nostri dinoscebantur possedisse, ita videlicet quod pro qualibet marca redituum dominus Fredericus vel sui legitimi coheredes sive successores dabunt duodecim marcas slavicalium denariorum, excepta precaria et bonis domini Mathie Vos militis, fratris nostri dilecti, que rite et racionabiliter poterit demonstrare. Igitur si princeps precariam pheodaliter porrectam tollere decreverit, quod aliquociens contingit, tunc cives de predicta villa Gramentin non nisi semel tantummodo tenentur erogare, de qua nos eosdem cives de Gramentin tenemur reddere liberos et indempnes[5]). Insuper nos ordinare tenemur, ut Lodewico, filio fratris nostri Iohannis Vos militis felicis memorie, ut sibi predicta bona pheodaliter conferantur, et collatis debet ad manus sepedicti domini Frederici, patrui nostri, et legitimis suis heredibus resignare. Ceterum, si soror predicti Lodewici, qui ambo in nostra tutela seu curacione existunt, aliquociens bona in Gramentin inpecierint vel aliquis eorum nomine, tenemur finaliter eisdem exbrigare, item sexdecim mansi expositi domino Hin(rico) et Con(rado) fratribus et domino Con(rado) iuniori, militibus, de Stovenhagen nomine pignoris, scilicet pro quadringentis marcis slavicalium denariorum, quos redimere potest, sicut et nos redimere potuissemus, et quod suprafuerit de predictis mansis, noster dilictus patruus iam sepedictus in ultimo termino persolucionis, hoc est in crastino beati Martini, prout placitatum est, nobis satisfaciet et persolvet. Item quicumque predicta inpecierit bona, nos tenemur exbrigare infra diem et annum, prout consuetudo terre postulat et requirit. Item in nostra possessione pheodali possidere tenemur, quousque nos vel ipse, ut inpheodetur, a domini pheodi, scilicet domino duce[6]) Stetinensi, poterimus procurare. Ut autem nostra vendicio

et eorum empcio, videlicet domini Friderici et suorum heredum, non infringatur, sigilla nostra presentibus sunt appensa. Testes huius sunt dominus Mathias Vos, cuius sigillum cernitur, dominus Iohannes et Reinardus fratres dicti Vulpes, Paridam Luscus, Iohannes de Wacholte, Ebelingus de Geben, Arnoldus de Osten parvus, milites, Servacius, Hinricus de Gywirz, dominus Blixnen, scriptor littere presentis, et alii quam plures fide digni. Datum anno domini MCCCXV, in die Policarpi martiris.

1) labuntur. Orig. 2) Grametin. Orig. 3) debeat. Orig. 4) antecessoris. Orig. 5) indempnos. Orig. 6) duci. Orig.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Stettin s. r. Privata Nr. 8. Von den drei an blauen Hanffäden anhängenden Siegeln fehlt das mittelste. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1271.

2936.

1315 Februar 23 Gülzow.

Bischof Heinrich von Camin belehnt die Brüder Burchard und Johann von Kahlden mit 15 Hufen in Klein-Basepohl zur gesamten Hand gegen Zahlung eines jährlichen Rekognitionsgeldes von einer Mark.

Universis Christi fidelibus presencia visuris seu audituris nos Hinricus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus salutem in domino sempiternam. Cum ea, que fiunt in tempore, ne simul cum lapsu temporis defluant a[1]) memoria hominum, que est labilis, expedit et perutile est, ea scripti memoria perhennari. Noscant eapropter Christi fideles presentes et futuri, quoniam deliberacione prehabita sufficienti necnon de maturo et unanimi consensu nostri capitulii Caminensis contulimus Borchardo et Iohanni fratribus dictis de Kalant quindecim mansos in minori villa Bosepule sitos copulata manu, prout in suis iacent terminis et sunt distincti cum omnibus suis utilitatibus, videlicet pascuis, lignis, aquis, agris, piscaturis, et cum omni iure, iudicio maiori et minori et cum iudicio manus et colli, et exemptos et liberos ab omni servicio et ab omni precaria prefati fratres et eorum veri heredes antedictos mansos perpetuis temporibus feliciter possidebunt. Idcirco iam dictis fratribus supradictam libertatem contulimus, quia ipsi et ipsorum progenitores iam dictos mansos a nostris predecessoribus multis iam retroactis temporibus prefata libertate libere possederunt. Addicimus eciam, quod nos neque successores nostri sepedictos mansos ab ecclesia vendere vel alienare non debemus. In signum vero recognicionis et subiectionis sepedicti fratres et ipsorum veri heredes unam marcam slavicalis monete nobis et nostris successoribus in Dymin in festo beati Martini annis singulis ministrabunt. Huius rei testes sunt honorabiles viri domini Hildebrandus, prepositus, Conradus, decanus, Fredericus de Stalberch, Iohannes de Starse[2]), Fredericus de Egstede, Pruso, scolasticus, magister Conradus, Wisslaus, Reymarus de Wacholte, magister Iohannes, Iohannes de Wacholte, magister Heyso, cantor, canonici ecclesie nostre Caminensis. Ut autem hec acta a nobis vel a nostris successoribus inviolata permaneant, nostri et capituli nostre ecclesie Caminensis sigillorum appensione presencia confirmamus. Datum Gulsowe anno domini M° CCC° XV°, in dominica qua cantatur Oculi mei semper.

1) Vor a überflüssiges et. Orig. 2) Scarse. Orig.

Nach dem Originale (in Bücherschrift) im Staatsarchive zu Stettin s. r. Kl. Jvenack Nr. 2. Das stark beschädigte Siegel des Bischofs hängt am Pergamentstreifen, das des Kapitels ist abgefallen.

Gedruckt v. Eickstedt, Urkundensammlung I S. 106 Nr. 9; Meklenb. Urkundenbuch VI S. 133 Nr. 3740.

2937.

1315 Februar 23 Gülzow.

Bischof Heinrich von Camin transsumiert die Urkunde des Bischofs Hermann von 1279 November 10 für das Nonnenkloster zu Cöslin und fügt eine Schenkung von 40 Hufen zwischen der Radüe und Radeske hinzu als Ersatz für 20 Hufen, die ihm das Kloster im Dorfe Mellen überlassen hat.

(Voran steht die Urkunde Bischof Hermanns von 1279 November 10, Pomm. Urkundenbuch II S. 411 Nr. 1146, dann folgt:) Nos vero Hinricus[1]) dei gracia Caminensis episcopus una cum consensu honorabilium virorum dominorum Hyldebrandi, prepositi, Conradi, decani, tociusque nostre ecclesie Caminensis capituli predictis abbatisse et conventui in recompensam viginti mansorum in villa Molne sitorum, quos nobis et nostris successoribus bono animo[2]) dimiserunt, proprietatem quadraginta mansorum infra fluvios Roduyge ac Raduske, ubicunque comparare poterint, donavimus, contulimus et dimisimus cum sua iurisdicione perpetuis temporibus pacifice ac libere possidendam. Huiusmodi nichillominus recongnicionem[3]) et donacionem, quas a venerabili patre domino Hermanno, nostro predecessore, devotis virginibus deifice et racionabiliter congnovimus[4]) fore factas, una cum nostra donacione predicta ratificamus et in nomine domini confirmamus per presentes, inhibentes sub pena anathematis, ne quispiam prefatam piam donacionem seu recognicionem ac nostram confirmacionem infringere, molestare aut perturbare ausu temerario audeat quoquomodo. Testes vero huius nostre confirmacionis sunt honorabiles viri domini Hyldebrandus, prepositus, Conradus, decanus, Fredericus de Eykstede[5]), Iohannes de Wacholt, magister Iohannes, magister Heyso[6]), cantor, nostre ecclesie canonici, Godfridus, decanus, et Herderus, canonici Colbergenses, nobilis vir Hermannus comes de Eversten, Hasso de Wedele, Luchto senior, Wedelstede, Reymarus de Wostenige[7]), Thezen, noster advocatus, milites, Thezlaus[8]) de Bevenhusen et Steffanus[9]) de Karkowe, famuli, et quam plures alii fide digni. In evidenciam omnium premissorum presentem litteram nostro et capituli nostre ecclesie[10]) Caminensis sigillis fecimus communiri. Datum Gulsow anno domini M° C° C° C° quinto decimo, in dominica qua cantatur Oculi.

1) Heynricus. B. 2) bonanimo. B. 3) recognicionem. B. 4) cognovimus. B. 5) Egstede. B. 6) Heyzo. B. 7) Wstenyge. B. 8) Tesslaus. B. 9) Stephanus. B. 10) ecclesie nostre. B.

Nach dem Originale (A) im Staatsarchive zu Stettin s. r. Kl. Cöslin Nr. 15. Das Siegel des Bischofs ist abgefallen, das des Domkapitels hängt an grün-rosaseidenen Schnüren. Zweite Ausfertigung von anderer Hand (B) ebenda (Siegel des Bischofs an rosaseidenen Schnüren, Siegel des Domkapitels fehlt). Originaltranssumt von 1391 Dezember 12 ebenda Nr. 78. Abschriften: Matrikel des Cösliner Nonnenklosters (Loeper Mscr. 219) Bl. 83 v; Haken, Diplomatarium Cussalinense (Kgl. Bibliothek zu Berlin: Mscr. boruss. Quart 4) S. 34 Nr. 14.

Gedruckt Oesterding, Pomm. Mag. II S. 6 (ohne die transsumierte Urkunde); v. Wedel, Urkundenbuch zur Geschichte des Geschlechts von Wedel II 1 S. 73 Nr. 123 (Reg.).

2938.

1315 Februar 23 Gülzow.

Bischof Heinrich von Camin transsumiert die Urkunde Bischof Hermanns von 1284 Juli 15 für das Nonnenkloster zu Cöslin.

(Voran steht die Urkunde Bischof Hermanns von 1284 Juli 15, Pomm. Urkundenbuch II S. 531 Nr. 1309.) — — — Nos vero Henricus[1]) dei gracia Camynensis[2]) ecclesie episcopus una

cum consensu honorabilium virorum dominorum Hildebrandi[3]), prepositi, Conradi, decani, tociusque nostre ecclesie Camynensis[2]) capituli huiusmodi recognicionem et donacionem, quas a venerabili patre domino Hermanno, nostro predecessore, devotis virginibus deifice et racionabiliter cognovimus fore factas ratificamus et in nomine domini presentibus confirmamus, inhibentes[4]) sub pena anathematis, ne quispiam prefatam piam donacionem seu recognicionem ac nostram confirmacionem infringere, molestare aut perturbare ausu temerario audeat quoquomodo. Testes vero huius nostre confirmacionis sunt honorabiles viri domini Hildebrandus[5]), prepositus, Conradus, decanus, Fredericus de Eksteden[6]), Iohannes de Wacholde[7]), magister Iohannes, magister Heyso, cantor, nostre ecclesie Camynensis[8]) canonici[9]), Gotfridus[10]), decanus, et Herderus, canonici Colbergenses, nobilis vir dominus Hermannus comes de Eversten, Hasso de Wedele, Luchto senior, Wedelstede, Reymarus de Wstenige, Tezen, noster advocatus, milites, Tezlaus de Bevenhusen et Stephanus de Karkowe, famuli, et quam plures alii fide digni. In evidenciam omnium premissorum presentem litteram nostro et capituli ecclesię nostre Camynensis[2]) sigillis fecimus communiri. Datum Gulsowe anno domini M° CCC° XV°, in dominica qua cantatur Oculi.

[1]) Heynricus. B. [2]) Caminensis. B. [3]) Hyldebrandi. B. [4]) inhybentes. B. [5]) Hyldebrandus. B. [6]) Egstede. B. [7]) Wacholte. B. [8]) Camynensis fehlt. B. [9]) canonici fehlt. A. [10]) Godfridus. B.

Nach dem Originale in der Bibliothek der Gesellschaft für Pommersche Geschichte (deponiert im Staatsarchive zu Stettin) s. r. Loeper Mscr. 7 Nr. 7 (A) mit dem Siegel des Bischofs an grünen Seidenfäden, das Siegel des Kapitels fehlt. Eine zweite Ausfertigung (B) ebendaselbst s. r. Loeper Mscr. 7 Nr. 8, von der die Siegel des Bischofs an grünen und des Kapitels an roten Seidenfäden abgefallen sind; das letztere liegt lose bei. Originaltranssumt von 1377 August 15 ebendaselbst s. r. Loeper Mscr. 7 Nr. 9. Abschrift: Haken, Diplomatarium Cussalinense (Kgl. Bibliothek zu Berlin: Mscr. boruss. Quart 4) S. 643 Nr. 139. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1266.

2939.

1315 Februar 26 Anklam.

Die Brüder Arnold und Detlev von Buggenhagen und Hans und Arnold von Költer verkaufen dem Kloster Usedom für 175 Mark den Schmollensee, sowie das Recht, mit kleinen Netzen im Lassanschen Wasser zu fischen.

In nomine domini amen. Omnibus Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, Arnoldus et Detlevus fratres dicti de Bughenhagen, Henninghus et Arnoldus fratres dicti Colnere salutem in eo, qui neminem vult perire. Ne presentis temporis negocia consumat oblivio, scriptis solent auctenticis roborari, ut ad posterorum noticiam transmittantur. Noverint universi, nos, prehabito consilio maturo nostrorum amicorum, ex parte nostra ac fratrum nostrorum et heredum nostrorum et eorundem presencium vel futurorum ecclesie conventuali in Usenam vendidisse pro centum et septuaginta quinque marcis denariorum monete slavicalis stagnum dictum Smolne cum omni iure necnon utilitate atque libertate, sicuti hucusque possidebamus, nichil nobis in eo in posterum reservantes, perpetuo possidendum. Insuper vendidimus pro pecunia antedicta dicte ecclesie conventuali Usenemensi usum piscandi in aqua nostra, que proprie Lassaniscewater nuncupatur, in hunc modum ita videlicet, quod dictus conventus et eorum subditi trahendi cum instrumentis recium, que vulgariter alwade, seyze, wloke, asgarne, vanghernicze, růse, alrepe et worpnette appellantur, sine contradictione qualibet nostrorum parentum vel heredum liberam habeant potestatem. Preterea, si que nove piscature in posterum

fuerint adinvente, extunc prout vicini piscacione uti in aqua nostra predicta permittuntur, ita sepedicti conventus et eorum subditi semota omni intricacione libere perfruentur. Si vero, quod absit, predicti conventus aut ipsorum subditi cum aliis retibus, exceptis prenominatis et adinventis, ut predictum est, in nostra aqua prius dicta piscaverint, cum pignorum perceptione nobis et nostris heredibus seu successoribus satisfacient suis pro excessibus, veluti ordo iuris postulat et requirit. Ut autem hec predicta omnia a nobis et nostris fratribus nostrisque heredibus et eorundem rite et racionabiliter ordinata inviolabiliter observentur, presentem litteram conscribi iussimus et eam sigillorum munimine fecimus roborari. Testes sunt dominus Iohannes, plebanus in Lassan, dominus Thidericus, vicarius ibidem, sacerdos, Wernerus Lepel, Sabellus Lepel, Thidericus Lepel, Arnoldus de Granbowe, Priddole, Iacobus de Westinghebrughe, Hinricus et Hermannus de Zaginz, milites, Rodolfus de Rubecowe, Gerhardus Lepel, filius Sabelli Lepel militis, Gerhardus Lepel, filius Thiderici Lepel militis, Henninghus Lepel, Hermannus de Zaginz, armigeri, Arnoldus Cattenmarket, Marquardus, gener Rostokis, Iohannes de Svina, Iohannes de Curia, cives in Usenam, Willekinus apud Aquam, Nicolaus de Wene, Volmarus, frater eius, cives in Lassan, et quam plures alii fide digni. Datum Tanglim anno domini M° CCC° XV°, feria proxima quarta post festum beati Mathie apostoli gloriosi.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Stettin s. r. Kl. Pudagla Nr. 49. Die vier an Pergamentstreifen anhängenden Siegel fehlen. Pudaglaer Originalmatrikel ebendaselbst (Mscr. I 30) Bl. 26 Nr. XXII A. Originaltranssumt von 1334 Januar 5 ebendaselbst s. r. Kl. Pudagla Nr. 94; Pudaglaer Originalmatrikel Bl. 36 Nr. XXXII B.

Regest bei v. Köller, Urkundenbuch I S. 1 Nr. 5.

2940.

1315 (Februar).

Fürst Wizlaw III. von Rügen und König Erich von Dänemark verhandeln wegen eines Vergleichs des ersteren mit dem Markgrafen von Brandenburg und eines eventuellen Bündnisses gegen diesen.

Hertug Vitzlaff skreff konning Erich til oc gaff hannem sin fulmact, at forlige hannem med margreffven til minde eller rette, dog at disse hans methjelpere, som vaare nogen margreffviske aff adel, maatte inddragis Frederich, Geert, Hennecke, Albret Alversleben, Henrich Dosenrøde[1]), Johannes oc Hennecke Krockern; kunde hand icke forlige dem inden Gregorii dag, som er berammet, da skulde kongen hjelpe hannem med 600 mænd. Hand loffvede, at, naar krigen bleff endt, vilde hand aff hans lande evindeligen tjene kong Erich imod hver mand, som hans rette herre.

Kong Erich gaff hertug Vitzlaff it breff igen: hand skulde hjelpe hannem til fred med hertug Voldemar oc at bekomme Strolsund oc Ryen fri igien. Kunde hand icke med dagtinget forskaffe hannem det til verige, skulde hand hjelpe hannem med 600 mand. Med kongen hafver beseglet Nicol(aus) Oluffsøn, dapifer, Gunderus Levitzov, Henrick von Thunen[2]), Henrich Mortere, Uldrich Molzan, Conrad Prene, Nicol(aus) Radvigsøn. Jørgen Hasenkopf oc Uldrich Bernekove.

1) Vielleicht statt Henning Droiseke? 2) Hennick von Thinen. Hvitf.

Nach Hvitfeldt, Danmarcks rigis krønicke S. 378. Auch gedruckt Riedel, Cod. dipl. Brand. II 1 S. 371 Nr. 455; Fabricius IV 3 S. 22 Nr. CCCCLVII (678) (deutsch); Urkundenbuch zur Geschichte des Geschlechts von Kröcher I S. 64 Nr. 113; v. Mülverstedt, Cod. dipl. Alvenslebianus I S. 199 Nr. 369 (Reg.).

2941.

1315 März 2.

Herzog Otto I. belehnt Johann von Wussow mit dem Dorfe Curow und der Bede vom Kruge und 14 Hufen daselbst.

Otto dei gratia dux Slavorum et Cassubie universis audituris praesentia vel visuris salutem in domino sempiternam. Interest nostra, benefitiorum nostorum acceptoribus literis autenticis provide praecavere, ut quiete gaudeant ac tranquille his, quae de manu nostrae magnificentiae acceperunt. Sciri igitur volumus et in perpetuis memoriis firmiter retineri, quod nos fideli nostro Iohanni de Wossow suisque veris haeredibus omnibus contulimus legitimo inpheudationis titulo villam Curow cum advocatia et cum omnibus iuribus et appenditiis suis in aquis, piscationibus, paludibus, pratis, pascuis, sylvis, agris cultis et incultis, et exactionem praecariam de taberna et de quatuordecim mansis eidem villae adiacentibus extra duodecim mansos duarum curiarum possidendas perpetuo feliciter et quiete cum eisdem terminis seu terminorum limitationibus, quibus eandem villam dominus Henningus de Curow, miles, felicis memoriae et sui filii hactenus possederunt. Caeterum, si dictam villam per successionem temporis Iohannes de Wossow aut sui haeredes vendiderint, nos ipsi emptori eadem bona cum omnibus libertatibus et conditionibus supradictis et cum exactione praecaria de quatuordecim mansis et taberna liberaliter et gratuite conferemus. Ne ergo saepedictum Iohannem aut suos haeredes iniuste contingat in posterum molestari contra aliquid premissorum, nos eosdem munire dignum duximus his litteris nostri sigilli munimine roboratis. Testes huius rei sunt dominus Thidericus, abbas in Colbatz, Thidericus Luchte, Hinricus de Pokelente, Conradus Hubesseke, Conradus Flamingus, milites, Thessico, famulus, cum pluribus aliis fide dignis. Datum anno domini M° CCC° quintodecimo, dominica qua cantatur Laetare.

Nach der „Registratur Adam Wussowen Lehen und Briefe“ Bl. 37 im Staatsarchive zu Stettin (Stettiner Archiv P. I Tit. 57 Nr. 15); Abschrift im Stettiner Lehnsarchiv Tit. VII Sekt. 70 Nr. 8a Bl. 4; Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1257.

2942.

1315 März 2.

Heinrich und Burchard von der Osten verbünden sich mit der Stadt Stralsund gegen den Fürsten Wizlaw III. von Rügen.

Wie Hinric unde Borchart, riddere, de van der Oste heyten zin, dun witlic allesweme unde bekenne in dessen breven, dat we mit unser vordacht uns vorbunden hebben mit der meynen stat unde borgeren umme Stralessunde, also dat we uns nicht liken oder zunen scolen mit dem heren, hern Wizslave, deme vorsten van Ruyen, wene helpen en eyner zune oder likes umme dat unrech unde scelingge, de zee under lang hebben oder de van Ruyen an en ghedan heft. Wer och, des ghot nichtne wille, dat de werde vorste marchgrave Woldemer van Brandenborch vorstorve oder der stat aveghinge, so scole we mit unsen vrunden unde na al unser macht lik en zilven by en bliven unde er nicht aveghan, malc en helpe dem andern

eyn liken zûne. Oppe dat dit stede unde vast blive, zo hebbe wet bezegelet mit unsen ingezegelen, dat ghedan hiis imme jare na ghodes bort dusent jar drehundert jar imme vifteynden jare, tho mitvasten.

Nach dem Drucke bei Fabricius IV 3 S. 22 Nr. CCCCLIX (680). Das Original ist im Ratsarchive zu Stralsund z. Z. nicht aufzufinden.

2943.

1315 zwischen März 2 und Juli 2.

Der Ratmann Johann Hilgemann zu Greifswald wird zum Vormunde für Johann Steinberg, Sohn eines in Flandern verstorbenen Greifswalder Bürgers, bestellt.

Coram nobis conparuit Hyn(ricus) Stenberch, burgensis in Tremonia, frater quondam nostri concivis dicti Stenberch bone memorie, qui in Flandria sine disposicione sui testamenti migravit ab hac luce, qui ius provisoris pueri sui fratris predicti ab aliis parentibus ex parte matris eius favorabiliter est consecutus et constituit Iohannem Hilgheman, nostri consilii socium, dicti pueri Iohannes nomine in provisorem. Et obligavit idem Iohannes Hilgheman dicto puero suam hereditatem, videlicet domum lapideam sitam in platea nodi, pro centum et LX^a marcis denariorum. Si vero dictus Iohannes Hilgheman medio tempore carnis debitum exsolveret, sui fratres post eum erunt tutores sive provisores pueri supradicti. Ceterum si dictus Hyn(ricus) Stenberch, predicti pueri patruus, post temporis elapsum provisor dicti pueri sui fratris esse vellet, in hoc ipsum Iohannes Hilgheman, sui fratres nec aliquis alius inpediret. Insuper quicunque fuerit provisor sepedicti pueri, pro suo tempore faciet amicis propinquioribus, secundum quod ordo nostri iuris expostulat et requirit.

Nach dem ältesten Greifswalder Stadtbuche (Liber memorabil. XIV) Bl. 44.

Auszug gedruckt Pomm. Genealogieen IV S. 56.

2944.

1315 März 3.

Die Schöffen zu Magdeburg schreiben dem Johann Wussow und Heinrich, Schultheißen von Stettin, daß die von einer Stadt fortgezogenen Bürger gleiches Recht, wie die ortsanwesenden haben, und daß ein Bürger für Güter, welche er in einer anderen Stadt hat und deretwegen er dort bereits gesteuert hat, an seinem Wohnsitze nicht nochmals herangezogen werden kann.

Discretis viris et honestis Io(hanni) dicto Wussow et Hinrico, praefectis in Stetin, scabini civitatis Magdeburgensis obsequiosam ad quaevis beneplacita voluntatem. Ad primam interrogationum[1]) vestrarum coram nobis tractatarum taliter respondemus, quod, si burgenses habentes bona et haereditates in civitate aliqua eandem civitatem exirent, hi de bonis huiusmodi et haereditatibus in civitate relictis facerent omnem iusticiam, quam incolę sive hii, qui in civitate habitarent, de suis bonis facerent iuxta statuta civitatis; tales, qui a civitate discesserunt, non possunt iure aliquo coherceri seu compelli ad hoc, ut corporalem residentiam

in huiusmodi bonis suis in civitate sitis faciant aut quod ea vendant contra ipsorum propriam voluntatem. Ad secundam dicimus, si aliqui burgenses sint habentes bona et redditus in civitatibus aliis, ex quo in illis civitatibus, in quibus dicti redditus siti sint, tenentur ad vigilandum, dandum collectas et ad alia faciendum, quae sunt iura civitatis, de hiis bonis in illa civitate, in qua tales burgenses, quorum talia bona sunt, habitant, non tenentur ad aliquam iusticiam faciendam. Si autem bona et redditus sint ipsis in rure aut villis aliquibus, de hiis tenentur in civitate, in qua habitant, dare collectas debitas, licet alibi bene sumptus aliquos aut iusticiam faciant de eisdem. In quorum testimonium sigillum nostrum appendi fecimus huic scripto. Datum anno domini M° CCC° XV°, feria 2da proxima post Laetare.

1) interrogationem. Abschr.

Nach der „Registratur Adam Wussowen Lehen und Briefe" Bl. 40 im Staatsarchive zu Stettin (Stettiner Archiv P. I Tit. 57 Nr. 15).

2945.

1315 März 7 Altdamm.

Der Ritter Johann von Böke und sein Sohn Jakob bezeugen, daß sie vom Kloster Colbatz den Kaufpreis für das Dorf Groß-Rischow vollständig empfangen haben.

Universis Christi fidelibus presencia percepturis Io(hannes) de Boke, miles, Iacobus, filius eiusdem, salutem in eo, qui est omnium salus. Notum esse cupimus universis tam presentibus quam futuris, quod villa Magna Riscow, sicud a venerabili domino abbate dicto Hinrico bone memorie et eius conventu in Colbas, mediante illustri principe domino Ottone, duce[1]) Stetinensi, a nobis et nostris coheredibus racionabiliter est empta, cum omnibus eiusdem ville attinenciis nunc et in futuro habitis vel habendis, videlicet agris cultis et incultis, pratis, pascuis, aquis, molendinis ceterisque quibuscumque utilitatibus et bonis infra limites iacentibus, ita est nobis et nostris coheredibus a venerabili domino abbate et suo conventu integraliter usque ad novissimum quadrantem persoluta. Ideo recognoscimus publice presentibus protestando, quod nos et nostri heredes omni renunctiamus inpeticioni et ab omni pugnacione cessavimus[2]) et iam cessamus. Quapropter venerabili domino abbati de Colbas et suo conventui actiones[3]) graciarum referimus multiformes. Ne autem a nobis et nostris successoribus heredibus questionis, calumpnie, ambiguitatis seu inpeticionis cuiuscunque materia rancorisque seu diffidencie valeat suboriri, presens scriptum inde conscribi fecimus dominique principis magnifici et nostri ac strennuorum militum, videlicet Lamberti de Wedele, Wedechonis de Wedele, Alberti de Berticow, Gernandi de Massow, qui huius solucionis et amicabilis composicionis mediatores fuerunt et arbitri, sigillorum roboribus fecimus communiri. Testes sunt milites suprascripti Ubesco, Gerardus de Berticow, Dechenhardus, Hinricus de Wedele, milites, et quam plures alii fide digni. Datum et actum Dammis anno domini M° CCC° XV, sexta feria post Letare.

1) duce fehlt. Matr. 2) cassavimus. Matr. 3) actionem. Matr.

Nach der Colbatzer Originalmatrikel Bl. 29 v Nr. 121; Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1272.

Gedruckt v. Wedel, Urkundenbuch zur Geschichte des Geschlechts von Wedel II 1 S. 74 Nr. 125 (Reg.).

2946.

1315 März 8 Stettin.

Herzog Otto I. bestätigt der St. Marienkirche zu Stettin den vierten Teil des Dorfes Hohenselchow, den diese von dem Ritter Henning von Stolzenhagen gekauft hatte.

In nomine sanctę et individuę trinitatis amen. Otto dei gratia dux Slavorum et Cassubiae ac dominus Stettynensis omnibus in perpetuum. Quamvis reliquis ecclesiis ex debito teneamur per succursum rerum temporalium subvenire, specialiter tamen nostra interest respicere et beneficio prosequi ampliori ecclesiam, quam noster charissimus pater dominus Barnim, dux Slavorum et Cassubiae inclitus, fundavit, et in qua ipse et nostri fratres charissimi dominus Bugslaus et Barnim, incliti Slavorum et Cassubiae duces pie memoriae, corporaliter requiescunt. Noverint igitur nationes praesentes pariter et futurae, quod nos ad dei omnipotentis laudem et honorem beatę Mariae suae matris virginis gloriosae ob spem divinae misericordiae facilius impetrandae et incliti principis domini Barnim, patris nostri, ac fratrum nostrorum illustrium necnon et aliorum nostrorum progenitorum pariter remedium peccatorum dedimus et tytulo donationis appropriavimus ecclesiae sanctae Mariae in Stettyn et dilectis nobis in Christo praeposito, decano totique capitulo ecclesiae supradictę quartam partem villę Sellechow cum terminis pertinentibus ad eandem, videlicet pascuis, pratis, agris cultis et incultis, silvis, nemoribus, aquis, stagnis, aquarum decursibus, molendinis constructis et construendis, cum advocatia et omni iure maiori et minori et libertate, quas libertates omnes, etiam dicta bona ab omni praecaria et exactione rustica vel urbana et quavis alia, quocunque etiam nomine censeantur[1]), perpetuo, quiete ac pacifice possidendam, quam canonici praedictae ecclesiae Stettyn a Henningo milite dicto de Stoltenhagen, nostro vasallo, tytulo verae emptionis compararunt, ut ipse coram nobis, praesentibus nostris vasallis, publice fatebatur et una cum fratre suo Degenhardo milite, nostro etiam vasallo, nomine suo et haeredum suorum dicta bona ad utilitatem et profectum dictorum canonicorum ecclesiae Stettynensis praedictę cum omnibus fructibus, utilitatibus et iuribus, sicut ipse a nobis feudaliter habuit et possedit, ad manus et ad commodum seu utilitatem perpetuam saepedictorum canonicorum ecclesiae sanctae Mariae sępedictae libere resignavit, nihilominus in ipsos canonicos transferendo, quicquid patronatus iuris sibi vel suis haeredibus competebat vel in futurum competere poterat in ecclesia villae Selechowe praelibatę. Testes huius donationis sunt honorabilis vir dominus Theodericus, abbas de Colbaz, Wilhelmus Trampo, Gerardus de Bertekow, Henricus dictus Pokelente, Henningus et Wernerus dicti Bokeman, Betemannus de Scheninge, Tymmo, Conradus dictus Flemingus, magister nostrae coquinae, Berlinus, dominae nostrae pincerna, et Conradus dictus Ubeseko[2]), milites, Tesseko, noster cybarius, Hermannus, magister nostrae camerę, armigeri, et alii quam plures tam clerici quam layci fide digni. Ut autem haec nostra donatio a nobis et nostris haeredibus et successoribus quibuscunque firma et inconvulsa sempiterno tempore perseveret, praesens instrumentum inde confectum sigilli nostri appensione ecclesiae ac canonicis ecclesiae sanctae Mariae in Stettyn saepedictis duximus largiendum. Actum et datum Stettin anno domini M° CCC° quintodecimo, sabbatho ante dominicam, qua cantatur Iudica me Deus.

[1]) Hier ist etwa libertamus zu ergänzen. [2]) Weseko. Matr.

Nach der Matrikel des Marienstifts Bl. 29 im Archive des Marienstifts (Tit. I Sekt. 1 Nr. 1). Abschrift im Diplomatarium eccl. S. Mariae Fasc. II Nr. 48.

2947.

1315 März 16 Güstrow.

Die Fürsten Nikolaus II. und Johann II. von Werle verbünden sich mit dem Fürsten Wizlaw III. von Rügen.

Nos Nicolaus et Iohannes dei gracia domini de Werle notum esse cupimus universis, nos debere nobis dilecto affini domino Wyzlavo, venerabili Ruyanorum principi, adversus quoscunque ipsum inpugnantes totis viribus et auxilio, quo poterimus, adherere et generaliter puram et veram fidelitatem reddere ac per omnia inpertiri nec ullam sonam seu composicionem inire, nisi civitati Sundis, qua minus iuste et violenter spoliatus est, quiete et pacifice fuerit restitutus. In cuius testimonium evidens nostra sigilla presentibus, ut cernitur, sunt appensa. Datum anno domini M° CCC° XV°, in die palmarum, in civitate nostra Gustrowe.

Nach dem Codex Rugianus Bl. 6 Nr. 15; Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1263.

Gedruckt Riedel, Cod. dipl. Brand. II 1 S. 496 Nr. 594; Fabricius IV 3 S. 28 Nr. CCCCLX (681); Meklenb. Urkundenbuch VI S. 139 Nr. 3744.

2948.

1315 März 24 Torgelow.

Bischof Heinrich von Camin bewilligt allen denjenigen, welche die St. Johanniskapelle zu Tangermünde besuchen und deren Bau unterstützen, vierzigtägigen Ablaß.

Hinricus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus presencia visuris salutem in domino sempiternam. Gratum obsequium et deo pium tociens opinamur inpendere, quociens mentes fidelium ad devocionis karitatisque opera excitamus. Hinc est quod de omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum utique confisi clemencia omnibus vere penitentibus et contritis, qui capellam castri Tankermundis in honore beati Iohannis apostoli et ewangeliste erectam cum devocione visitaverint et eidem ad structuram ipsius manus porrexerint adiutrices, quadraginta dies indulgencie de iniunctis sibi penitenciis, dummodo dyocesani consensus affuerit, in domino misericorditer relaxamus. In cuius evidenciam nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum Turglow anno domini M° CCC° XV°, in secundo die pasche.

Nach dem Originale im Geh. Staatsarchive zu Berlin s. r. Tangermünde Nr. 5, mit dem abhangenden Siegel des Ausstellers.

2949.

[1315 April 19 Ribnitz].

Fürst Wizlaw III. von Rügen läßt dem Könige Erich von Dänemark Burg und Land Loitz zu Fahnlehnrecht auf, gibt die ihm verpfändeten Länder Marlow, Sülz und Gnoien zurück und wird vom Könige auf ein Jahr mit Schloß und Land Schaprode belehnt.

Oc som tilforne beret er, at kong Erich haffde forlænt hertug Vitzlaff med lante Loisitz, saa oplod den aff Ryen nu til kong Erich forneffnde lante Loisitz igien, oc lydde breffvet: at hertug Vitzlaff, første aff Ryen, oplod hannem samme tid det slaat Loisitz med alt herskaff, som der til haffver ligget aff arrilde, med alle hans vasallers vilie oc samtycke, oc hafver hand det antvordet udi hender konning Erich, lige som hand oc hans forfædre friligen hafve nydt forskreffne gods aff kongerne aff Danmarck med fuld fanelæns ret, som hand oc bekjender sig alt andet hans gods at hafve aff Danmarckis rige, icke kjendendis nogen anden verdslig herre, end hannem. Dette breff hafve beseglet med hannem hertug Erich aff Saxen, her Henrich aff Mekelnborg, oc de aff Verle, Ottho aff Hoya, Rudolff aff Dipholt, N(icolaus), greffve til Sverin, Henneke, herre aff Holsten, Sigvort Pløne, Henrich Dechowe[1]), Ernst Budde[2]), N(icolaus) de Divitz[3]), Regenfrid Pentz, Sukove[4]) oc Gothen Mortere, Johan Mortere, Conrad Molticke oc Henrich Vulff. Hand oplod i lige maade til kongen Marlov[5]), Sylten oc Gnøyen, som hand haffde i pant for 7000 marck slaviske penninge, hvilcke hannem er betalet[6]). Kong Erich forlænte Vitzlaff med det slot oc land Skaprud paa it aars tid, som Anders Anderssøn i Vexie haffde.

1) Degene. Hvitf. 2) Bogi. Hvitf. 3) Dovitz. Hvitf. 4) Sikove. Hvitf. 5) Markov. Hvitf. 6) detalet. Hvitf.

Nach Hvitfeldt, Danmarckis rigis krønicke S. 372 (zu 1314). Auch gedruckt Fabricius IV 3 S. 23 Nr. CCCCLXI (682), CCCCLXIV (685), S. 24 Nr. CCCCLXV (686) (deutsch); Hoyer Urkundenbuch VIII S. 93 Nr. 126 (Reg.); Meklenb. Urkundenbuch VI S 148 Nr. 3753.

Vergl. auch Band IV S. 420 Nr. 2608 und oben S. 187 Nr. 2911.

2950.

1315 April 19 Ribnitz.

König Erich von Dänemark gibt dem Fürsten Wizlaw III. von Rügen das Land Loitz als Fahnenlehn.

E(ricus) dei gracia Danorum Sclavorumque rex omnibus presens scriptum cernentibus salutem in domino sempiternam. Noverint universi, quod nos terram. castrum, civitatem Lozitz, cum omnibus hominibus et vasallis, sicuti iacuit tempore ab antiquo, dilecto nostro cognato domino Wyzlao, principi Ruyanorum, iure concedimus pheodali, quod phaneleen dicitur, quo cetera bona sua a nobis nomine corone regni nostri Dacie dinoscitur recepisse. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Ribbeniz anno domini millesimo CCC° quinto decimo, sabbato proximo ante diem beati Georgii in presencia nostra.

Nach dem Codex Rugianus Bl. 1 v Nr. 5; Abschrift in der Universitätsbibliothek zu Greifswald: Mscr. Pom. Fol. Nr. 149 Bl. 29; Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1263.

Gedruckt Dähnert, Samml. Rüg.-Pomm. Landesurk. Suppl. Bd. IV S. 9 Nr. 1; Schwartz, Pomm. Lehnshistorie S. 1441; Gesterding, Pomm. Magazin II S. 69; Riedel, Cod. dipl. Brand. II 1 S. 497 Nr. 595; Fabricius IV 3 S. 23 Nr. CCCCLXII (683).

2951.

1315 [April Ribnitz].

Fürst Wizlaw III. von Rügen läßt dem Könige Erich von Dänemark seine Pfandschaften auf Seeland und Moen auf.

Hertug Vitzlaff oplod til kong Erich Steffnsherret, Bieffverskovsherret, Møen, Kjøge, som hand haffde i pant aff hannem oc for brudeskat, oc casserer alle de breffve, hand oc hans forfædre der paa haffde hafft. Dette breff er dateret aar 1315.

Nach Hvitfeldt, Danmarckis rigis krønicke S. 379.

Gedruckt Fabricius IV 3 S. 23 Nr. CCCCLXIII (684) (deutsch).

2952.

1315 April 19 Colberg.

Nikolaus von Varchmin und seine Vettern schließen mit dem Kloster Dargun einen Vergleich über die streitigen Grenzen zwischen Bast und Banzin.

Universis Christi fidelibus presens scriptum visuris seu audituris nos Nicolaus et patrui mei Hinricus, Albertus, Nicolaus, Hermannus et Thidericus dicti de Verchemyn eam, que sequitur, noscere veritatem. Ne questiones abolite iterum reviviscant et morbum paciantur sopite controversie recidivum oportunum est, ut ea, que racionabiliter statuuntur, scriptis autenticis roborentur, ut mortalium deficiente memoria scriptura perhibeat testimonium veritati. Eapropter recognoscimus presentibus et cum manifesta recognicione publice protestamur, quod nos de unanimi consensu absque mala simulacione et omni iniqua circumvencionis intencione agros et nemus terminis Bandessyn adiacentes nobis usurpatos voluntarie resignavimus ad manus dominorum Dargunensium perpetuis temporibus possidendos, sicut in ipsorum privilegiis desuper confectis possunt lucidius declarare, quos putative nostris proprietatibus vendicaveramus, non animo malignandi. Quorum agrorum et nemorum incepcio consignata in fago tripertita inchoatur, que conterminat villas subnotatas, scilicet Bandessyn, Verchemyn et Poppendikeshaghen, circa quam fagum crux pro manifestiori assignacione terre est affixa; a quo signo usque ad aliam crucem protenduntur iuxta quandam quercum terre infixam, que quercus tantummodo ramos in superioribus emittit; abhinc usque ad terciam crucem, inter quas est quedam quercus arida et decorticata in superioribus ramis, concussa a ventorum turbine, situata; deinde usque ad aliam crucem, inter quas quedam quercus per tonitrum concussa est sita, pro terminorum signo antiquitus consignata et statua quercina interiecta; ab hac cruce quarta usque ad quintam, inter quas truncus videtur radicatus et statua terre infixa; dehinc usque ad sextam crucem, inter quas tres statue quercine terre infixe consignantur; deinde usque ad septimam crucem, inter quas tres statue quercine terre infixe similiter sunt statute, ad quam crucem termini harum villarum, videlicet Conradeshaghen, Verchemyn et Bast, concurrunt; ab hac cruce usque ad inferiorem Ryam defluentem usque ad medium fluvium Nitzene. Prenarratas enim distinctiones ratas et perpetuis temporibus perseverantes cupimus observandas. Ut autem

lucidius predicti termini declarentur universaliter, per fossatum quoddam ad omnia signa traductum sigillatim a predictis dominis Dargunensibus distinguntur. Preterea colonos pro exstirpacione horum agrorum advocatos sedabimus[1]) satisfaciendo in amicicia vel in iure, qui in iuris actione vel in amicabili conposicione desiderant permanere. Pro simili eciam resignacione fratris nostri Hermanni infirmi nos et nostros heredes perpetuo obligamus. Ut autem hec nostra resignacio et amicicie conposicio inter nos et dominos Dargunenses cercius perpetuo observetur, ad manus domini Lubbonis dicti Glasenap et Hartmari Scotzowe data fide et certitudinis promisso confirmamus. Nichilominus, quia nos quinque fratres sigillis propriis caremus, appensione sigilli patrui nostri Nicolai et dominorum Tessonis de Strachemyn, Petri de Kamik, fratris eius, Lubbonis dicti Glasenap prefati, militum, usi sumus. Insuper, ut hec voluntaria predicta nostra resignacio et amicicie conposicio firmius et manifestius perpetuis perseveret temporibus, domini consules Colbergenses, coram quibus hec acta sunt, suum sigillum cartule presenti appendere curaverunt. Huius vero ordinacionis sive conposicionis sunt testes domini Godefrydus, decanus, Conradus dictus Nyenkerken, canonici Colbergenses, Hinricus, viceprepositus in Colbergh, Lubbo Glasenap, Petrus de Kamik, Tesso de Strachemyn, milites, et Hartmarus Scotzowe, Swantus, filius Petri de Kamik, Byssepraw, filius Tessonis de Strachemyn, famuli, et alii quam plures fide digni. Actum et datum in Colbergh sub anno domini M° CCC° XV°, XIII° Kalendas May.

1) cedabimus. Orig.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Stettin s. r. Kl. Dargun Nr. 7. Von den am Pergamentstreifen angehängten acht Siegeln fehlen zwei. Die übrigen sechs aus grünem Wachs, darunter auch die im Texte nicht erwähnten des Colberger Propsts Friedrich von Eickstedt und des Dekans Gottfried, sind wohlerhalten. Vaster Matrikel (Loeper Mscr. 75) Nr. 26; Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1273.

Gedruckt Meklenb. Urkundenbuch VI S. 146 Nr. 3752, wo auch die Siegel beschrieben sind.

2953.

1315 April 21 Camin.

Die Ritter Heinrich, Michael und Gerhard von Manteuffel verpflichten sich, dem Caminer Domkapitel für den Zehnten in Cölpin jährlich zwei Mark zu zahlen.

Nos Hinricus, Michael et Gerardus, milites, dicti Manduvel omnibus, ad quos presencia pervenerint, recognoscimus publice protestantes, quod nos super decima ville Culpin et metarum seu terminorum eius cum honorabilibus dominis videlicet Hildebrando, preposito, Conrado, decano, et capitulo ecclesie Caminensis taliter concordavimus, ut eidem capitulo nos et nostri successores legitimi annis singulis qualibet dilacione postposita pro dicte ville Culpin decima et terminorum suorum duas marcas usualis monete iugiter solvere in festo beati Martini debeamus, ad quod faciendum nos unanimiter presentibus obligamus et, quia omnes utimur sigillo, idem ad maiorem premissorum evidenciam presentibus duximus apponendum. Datum Cammin anno domini millesimo tricentesimo decimo quinto, proxima secunda feria post Cantate.

Nach der Caminer Originalmatrikel im Staatsarchive zu Stettin (Mscr. I 8) I Bl. 18 v; Caminer Matrikel ebendaselbst (Mscr. I 8 a) I Bl. 25; Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1268.

Gedruckt Riedel, Cod. dipl. Brand. I 24 S. 10 Nr. 15.

2954.

1315 April 23.

Bischof Heinrich von Camin verkauft dem Colberger Dekan Gottfried acht Hufen in Völzkow für 112 Mark Silber, bestätigt den Empfang der Kaufsumme und genehmigt die Errichtung einer Vikarie in der Domkirche zu Camin.

Hinricus dei gracia episcopus Caminensis universis, ad quorum noticiam presens scriptum pervenerit, salutem in domino sempiternam. Ne res geste racionabiliter in oblivionem deveniant aut in dubium revocentur, expedit eas scripture auctentice testimonio roborari. Hinc est quod universitati vestre notum esse cupimus litteras per presentes, quod nos de consilio et consensu communi domini Hildebrandi, prepositi, Conradi, decani, necnon capituli ecclesie nostre Caminensis domino Gotfrido, decano Colbergensis et canonico Caminensis ecclesiarum, octo mansos in villa nostra Volcecow cum omnibus suis redditibus et proventibus, qui nunc sunt vel fieri in ipsis poterunt in futurum, et cum suis universis attinenciis et pertinenciis in agris, pratis, pascuis, lignis, silvis, cossatis et cum omnibus aliis commodis et utilitatibus spectantibus et pertinentibus ad eosdem liberos et exemptos ab omni exactione angaria et perangaria[1]) et servitute[2]) qualibet, quocunque nomine censeatur vel dici possit, et nominatim ab exactione, que vulgariter bede dicitur, et cum omni iudicio maiori et minori vendidimus iusto empcionis titulo pro centum et duodecim marcis argenti. Quam pecuniam totam recognoscimus per predictum decanum nobis esse persolutam et per nos conversam fuisse in utilitatem nostre et ecclesie Caminensis evidentem, hiis eciam adiectis condicionibus, quod prefatus decanus habet et habere debet liberam potestatem, de predictis octo mansis cum omnibus supradictis libertatibus et utilitatibus disponendi unam vicariam in ecclesia Caminensi vel aliud memoriale pro salute anime sue ac progenitorum suorum, prout ipsi placuerit faciendum. Et quicquid ipse modo premisso de prefatis mansis cum omnibus suis condicionibus, libertatibus et utilitatibus facere decreverit et fecerit, hoc nos exnunc ratum et gratum habemus et habere volumus perpetuis temporibus duraturum. Si autem prefatus decanus de iam supradictis octo mansis ipsorumque redditibus, proventibus ac libertatibus supradictis in vita sua nil ordinaverit aut neglexerit aliquid faciendum, post obitum ipsius capitulum ecclesie Caminensis supradictum perpetuam vicariam in ecclesia Caminensi instaurare et ordinare debebit, ad quam persona idonea in vicarium perpetuum per capitulum eligatur, cuius usibus sepedicti octo mansi cum omnibus suis proventibus, utilitatibus et libertatibus applicentur. Et nos Hildebrandus, prepositus, Conradus, decanus, et capitulum supradicti omnibus premissis consilium adhibuimus[3]) et consensimus. In cuius rei testimonium presens scriptum sigilli nostri et capituli munimine fecimus roborari. Datum anno domini millesimo tricentesimo decimo quinto, in die beati Georgii martiris.

[1]) proangaria. Matr. [2]) servitate. Matr. [3]) adhibimus. Matr.

Nach der Caminer Originalmatrikel im Staatsarchive zu Stettin (Mscr. I 8) P. III Bl. 31; Caminer Matrikel ebendaselbst (Mscr. I 8a) Bl. 281.

Vergl. oben S. 184 Nr. 2907.

2955.

1315 April 26 Schwan.

König Erich von Dänemark und Graf Johann III. von Holstein versprechen unter Bürgschaft mehrerer anderer Fürsten, darunter Fürst Wizlaw III. von Rügen, dem Grafen Nikolaus I. von Schwerin namens des Grafen Gerhard IV. von Holstein in drei Fristen insgesamt 4000 Mark Silber und 500 Mark Lübisch zu zahlen.

— — — — — — — — — — — — — — — — — — — —

In cuius rei testimonium nostra et nobilium virorum dominorum infrascriptorum, Erici, videlicet ducis Saxonie, Erici, ducis Sleswicensis, Christophori, ducis Hallandie, Wizslavi, principis Ruyanorum, Henrici, domini Magnopolensis, Nicholai et Iohannis, dominorum de Werle, et Adulphi, comitis de Sehenbergh, qui una nobiscum pro predicto argento promiserunt, sigilla presentibus sunt appensa. Datum Sewan anno domini millesimo C° C° C° quinto decimo, sabbato proximo post diem beati Marci ewangeliste.

Nach dem Originale im Hauptarchive zu Schwerin s. r. Fürstliche Forderungen. Von den neun an Pergamentstreifen hängenden Siegeln sind nur Bruchstücke von 5, 8 und 9 erhalten.

Gedruckt Meklenb. Urkundenbuch VI S. 150 Nr. 3755, und S. 93 Nr. 3695 (zu 1314 Juni 7) nach Hvitfeldt, Danmarckis rigis krønicke S. 371.

2956.

1315 Mai 2.

Fürst Wizlaw III. von Rügen verpfändet den Brüdern Heinrich und Gottfried von Dotenberg für das ihm zur Tilgung einer von ihm kontrahierten Schuld von 1500 Mark aufgelassene Dorf Cernekevitze die Bede und das Gericht von einigen Hufen in Glöwitz, Flemendorf, Langenhanshagen und Wobbelkow unter Vorbehalt der Wiedereinlösung.

Wi Wizlaf van godes gnaden en vorste van Ruyen bekennen unde bethugen openbare in desseme breve, dat we hebben gelaten den eraftichen knapen Henricke Dotenberghe unde Godeke Dotenberghe, de brodere sint, unde eren rechten erfnamen to rechteme lene de bede over dat dorp to Glovetze unde dat richte an hant unde an den hals, vortmer vif hove bede to Vlemingdorpe unde dat richte an hant unde an den hals, vortmer dre hove bede in ereme gode tom Johanneshaghen unde dat richte an hant unde an den hals, vortmer ene halve hove bede to Wobelkowe und dat richte an hant unde an den hals. Dit voresproken god hebbe we en ghelaten mit aller vriyheyt mit dem[1]) minnesten unde mit dem[1]) grottesten, also alse wet hebben ghehat unde unse alderen. Dit god hebbe we en ghelaten vor eres vader erve, dat se hebben ghelaten an dem dorpe to Cernekevitze vor unse sculde vor vifteynhundert marc penninghe, alse an usen landen gan. Und were dat also, dat we ift unse erfnamen den vorsprokenen knapen eder eren rechten erfnamen gheven de vorbenomeden vifteynhundert mark, so scholde de vorebeschrevene bede unde dat richte wesen los weyder to unser hant. Unde were aver dat so, dat de vorebenomeden knapen Henrich unde Godeke, de[2]) heten sint Dotenberch, unde ere rechten erfnamen mochten kopen god an unseme lande uppe dusent mark eder uppe twolfhundert, des hebbe we twidet en dor bede wille, dat we en dat lighen scolen also, alse set[3]) hebben ghehat, dar set van koypet. Uppe dat desse dinc vast unde umbeworen bliven, so hebbe we desse bref mit unsen inghesegelen bevestet. Dat is gheschen[4]) unde

gheschreven na goddes bort dusent jar drehundert jar in dem viftegheden jare, des neghesten daghes sunte Walburghe. De thughe desser dinc sint ghewesen her Syvert van Plone, her Reymer van Penitz, her Johan Dotenberch, her Johan van der Oysten, her Henrich Morder, riddere, unde anders vele eraftigher lude.

1) tem. Orig. 2) de fehlt. Orig. 3) se set. Orig. 4) ische schen. Orig.

Nach dem angeblichen Originale (in Bücherschrift) im Staatsarchive zu Stettin s. r. Privata. Siegel nebst Pergamentstreifen fehlt. Abschrift im Hauptarchive zu Schwerin s. r. Transact. extran. principum spec. Ruyanorum).

Gedruckt Fabricius IV 3 S. 24 Nr. CCCCLXVII (690).

2957.

1315 Mai 23 Sternberg.

Fürst Otto II. von Anhalt verpflichtet sich, den König Erich von Dänemark und die Fürsten Wizlaw III. von Rügen, Heinrich II. von Meklenburg und Nikolaus II. und Johann II. von Werle mit 100 Mann jenseits der Elbe zu unterstützen.

Wi Otto von der ghenade godes greve to Aschersleve unde vorste to Aneholt bekennen des in dissem openen breve, dat wi ghedeghedinget hebben mit deme weldighen koninghe Erike van Denemarken, unseme hern, unde mit hern Wizslawe, vorsten van Ruyen, unde mit hern Hinrike van Mekelenburgh unde mit hern Nicolaus unde hern Johanne, heren to Werle, alse hirna beschreven steyt, dat wi en denen scholen mit hundert mannen mit vordeket orsen unde mit al usen sloten en half jar na deme daghe, also se uns heten untseggen uppe al ere viende, de se nu hebben unde noch werden møghen binnen disser tit, unde scholen oc behulpen wesen al eren hulperen unde bi namen den van Alvensleve unde den van Croghere unde al eren vrunden und al den, de in erme denste sin. Wer it also, dat desse vorbenomeden hulpere uns dat weten laten, so schole wi en volghen mit hundert mannen af de sit der Elve upp use kost und up use verlust unde upp use win, wor se droften. Wer it oc also, dat de bischop van Megheburgh unde de vrien heren, de bi unseme lande beseten sin, ne [!] viende ene worden disser heren unde erer hulpere, so schøle wy en volghen mit viphtich mannen in ere lanth unde war se des droften. Wan se us dat verteynacht vor weten leten, so schole wi comen to Twiphlingen, unde dar schole se uns de cost gheven, unde wi scholen vorbat mit en riden up ere win, up ere vorlust unde upp ere kost, unde mit den anderen viphtich mannen, de wi dar to hus beholden, schole wi eren hulperen behulpen wesen, also hir vor heschreven steyt. Vortmer manne se uns hetet untseggen, so ne schole we it nicht sonen noch daghen noch vreden, it en si mit desser heren und erer hulpere willen. Wer it aver also, dat dat orloghe leng we en halp jar warede, so ne scholde wi noch unse man ere und erer hulpere viende nich werden durch nemande, de wile dat dat orloghe warde. Wer it aver also, dat se uns nicht heten untseggen, so schole wi eres denstes warden van unser vrowen daghe der erste, de nu tokompt, vord over en jar. Welke tit dat se binnen disseme jare uns heten untseggen, so schole wi en und eren hulperen behulpen wesen mit hundert mannen unde mit unsen sloten also hir vor beschreven steyt. Wunne wi welk slot, svo disse heren dat bedeghedinget in der sone, also schole wi dat stede holden. Dat wi dit ganz unde stede holden schullen, dat hebbe wi in truwen ghelovet unde mit uns her Jordan van Nendorpe de junge, her Henning van Nigengatersleve und her Hinrik van Warmestorpe mit samender

hant. To vollenkomener betughing alle disser ding hebbe wi dissen bref ghegheven, beseghelet mit unseme ingheseghele, de is gheschreven to Sternenberghe na godes bort dusent jar drihundert jar in deme viphteynden jar, des neghesten[1]) vridaghes der hochtit des hilghen lichamen.

[1]) negheste. Orig.

Nach dem Originale im Hauptarchive zu Schwerin s. r. Verträge mit Anhalt, mit am Pergamentstreifen hängendem Siegel.

Gedruckt Fabricius IV 3 S. 25 Nr. CCCCLXIX a (692 a); Riedel, Cod. dipl. Brand. II 1 S. 497 Nr. 596; Meklenb. Urkundenbuch VI S. 158 Nr. 3764; Urkundenbuch zur Geschichte des Geschlechts von Kröcher I S. 68 Nr. 115; v. Mülverstedt, Cod. dipl. Alvenslebianus I S. 200 Nr. 371; Cod. dipl. Anhalt. III S. 195 Nr. 301.

2958.

1315 [vor Juni 2] Warnemünde.

Herzog Wartislaw IV. vereinbart in Vollmacht des Markgrafen Waldemar von Brandenburg für den 2. Juni eine Zusammenkunft des Königs Erich von Dänemark, des Fürsten Wizlaw III. von Rügen und der Markgrafen mit ihren Verbündeten zu Brudersdorf.

Hertug Vartislaff aff Slaven oc Cassuben haffvendis fuldmact aff margreff Voldemar, forligte til Verneminde hertug Vitzlaff oc hans anhang med margreffverne oc deris anhang, at konning Erich, Vitzlaff oc margreffverne skulde møde til Broderstorp imellem Demin oc Gnøyen den 2. dag Junii oc inden 8 dage skulde de skjelne om alle deris artickle. Her Henrich af Meckelnburg skulde drage margreffven imod til Demin oc føre hannem til handelstedet. Hertug Vartislaff skulde møde kongen til Gnøyen oc følge hannem til stedet.

Nach Hvitfeldt, Danmarckis rigis krønicke S. 379.

Gedruckt Fabricius IV 3 S. 22 Nr. CCCCLVIII (679) (deutsch); Meklenb. Urkundenbuch VI S. 162 Anm. (deutsch).

2959.

1315 Juni 4.

Die Äbte Johann von Dargun und Dietrich von Neuenkamp transsumieren die Urkunde des Pfarrers Wulfhard von Schaprode von 1299 März 23 für das Kloster Hiddensee.

Omnibus presencia cernentibus fratres Iohannes, Dargunensis, et Theodericus, Novi Campi abbates, salutem in domino. Noveritis, nos subsequentes litteras debite sigillatas nec in aliqua sui parte viciatas vidisse et perlegisse, quorum tenor est iste — — — (Folgt Urkunde von 1299 März 23, Pomm. Urkundenbuch III S. 365 Nr. 1886.) — — — Datum sub sigillis nostris anno domini M° CCC° XV°, pridie Nonas Iunii.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Stettin s. r. Kl. Hiddensee Nr. 16. Siegel an Pergamentstreifen fehlen. Abschrift in der Universitätsbibliothek zu Greifswald: Cod. mscr. Kosegarten 49 I Bl. 98, 99.

Gedruckt Meklenb. Urkundenbuch VI S. 160 Nr. 3766.

2960.

1315 Juni 10 Brudersdorf.

Die Markgrafen Waldemar und Johann V. von Brandenburg schließen mit dem Könige Erich von Dänemark Frieden, der sich auch auf die beiderseitigen Bundesgenossen erstreckt.

Wie Woldemar unde Johan von der genade godis marchgreven tů Brandenborch unde tů Landisberch unde tů Lusiz bekennen in dissem openen breve, dat wie gedegedinget hebben mit unsem leven home, koninge Erike von Denemarke, ene rechte sůne vor uns unde alle use hulpen, heren unde arme lude, geistlich unde werlich, also hir na bescrevin steit. Man scal die stat tů deme Sunde weder an den von Rujen wisen unde sie scal eme hulden binnen achte dagen unde scal die brive der vorbindinge marcgreven Woldemaris unde der stat tu dem Sunde an beiden siden weder antworden, malkeme den sinen binnen dissen achte dagen. Wat och die von deme Sunde dem marcgreven sculdich sin, dat scolen sie em bereiden, dat en scal weder den koning noch weder den von Rujen nicht wesen. Die hus twe, die vor deme Sunde nies gebuwet sin, unde dat hus, dat die von dem Sunde up dat lant tů Rujen gebuwet hebben, unde Hitzacker unde Weningen unde dat hus, dat tů der Eldenenbrůgge nu gebuwet is, unde Kobelenbrůke, die scal man beginnen tů brekende nů in vridage unde scolen binnen achte dagen darna gebroken wesen. Vồrtmer die von dem Sunde scolen bliven bi alle erer rechtikeit, unde die von Rujen scal ere holde here wesen unde he scal ok bliven bi siner rechtekeit, unde sie scolen sine truwe borgere wesen. Vồrtmer die von des von Rujen wegene vordreven sin, scolen weder in die stat tů dem Sunde komen unde bi alle ereme gůde bliven unde bi erer rechtekeit. Umme alle scult unde umme allen scaden, die twischen dem von Růjen unde den von dem Sunde unde alle eren hulperen in beiden siden werrende is, dat scal uppe die ses heren stan, die hirna bescreven stån, uppe biscop Hinrike von Kamin, uppe hertegen Otten unde hertoge Warzlaw von Stetin, von user wegene, unde greven Claus von Zwerin unde hern Hinrike von Mekelenborch unde greven Otten von der Hoye, von unses homes des koninges wegen, alle dink tů untscedende beide dat vor unde na gescreven steit an minne oder an rechte. Die scolen komen tů Nigen Brandenborch viertein nacht na sente Johannis dage tů untscedende alle, dat werende is twischen uns unde alle unsen hulperen, af en siet, unde dem koninge unde alle sinen hulperen, af ander sit, sie sin heren oder arme liude, geistlik oder werlik, unde bi namen der sake von Alvensleve unde von Krocheren unde alle erer vrunt, unde en scullen nene nacht ute wesen, sie en hebbent untsceden mit minnen oder mit rechte. Tweien sie sic an dem rechte, dat scullen sie spreken bi eren truwen unde bi eren eden, dat sie nen rechter en weten oder bevragen en kunnen, unde scullen dat bringen an den overman, biscop Niclaus von Verden, die scal dat entsceden darna binnen vier weken, als it an ene kumt. Wat die sesse untsceden oder die overman, dat scal man wederdůn darna binnen vier weken. Wederdede die des nicht, uppe deme dat gedelet worde, so scal die inriden altehant met veftich ridderen, die davor gelovet hebben, wie marcgreve Woldemar tů Prenzlaw, koninc Eric tů Werdingenborch, die andere wendischen heren unde riddere tu dem Sternenberge unde nene nacht ute wesen, die en hebbent wederdan, dat up en gedelet is. Dat die von Rujen uppe die von dem Sunde sic nicht vorvan en scole tů unrechte von sente Micheles dage, die nů tukumt, vort over dre jar, darvor heft die von Rujen unde die koninc

hertogen Otten unde hertogen Warzlaw gesat, die hebben darvor gelovet. Wie en scolen uns nicht underwinden des koninges slote noch siner lant noch siner helpere slote oder lant tů unrechte; dat sylve scal use hoem de koninc uns wederdůn. Wie scolen der vorgenomeden von Alvensleben unde von Krocheren holde here wesen unde erer vrunt. Binnen der tit, dat dit nicht entworren wert, so en scole over sie nicht richten unde nicht panden oder neman von user wegen, unde allermalc scal bi sinem gůde bliven in beiden siden. Alle die vangenen, die nicht beret en hebben, scolen in beiden siden los wesen, allen si wol verwissen hebben. Dat wie dit stede holden unde unvorwandelet blive, dat hebbe wie untruwen gelovet met den heren, die hirna bescreven stan, met hertegen Otten von Stetin, hertegen Warslawen, greven Ulrike von Lindow, greven Guntere von Keverenberge, unde hebben desen bref besegelit mit usen insegelin. Disse brif ist gegeven tů Brudersdorpp na godes gebort dusent jar drihundert jar in dem vefteinden jare, des dingesdages vor sente Vites dage.

Nach dem Originale im Hauptarchive zu Schwerin s. r. Verträge mit Brandenburg Fasc. II, mit fünf Siegeln an Pergamentstreifen.

Gedruckt Fabricius IV 3 S. 25 Nr. CCCCLXIX b (692 b); Meklenb. Urkundenbuch VI S. 160 Nr. 3767; Urkundenbuch zur Geschichte des Geschlechts von Kröcher I S. 69 Nr. 117; Hans. Urkundenbuch II S. 99 Nr. 258 (Reg.). Nach einem dänischen Auszuge bei Hvitfeldt, Danmarckis rigis krønicke S. 371 mit dem falschen Datum 1314 Juni 11 gedruckt bei Riedel, Cod. dipl. Brand. II 1 S. 353 Nr. 442; Fabricius IV 2 S. 34 Nr. CCCCXLVI (668) (deutsch); v. Mülverstedt, Cod. dipl. Alvenslebianus I S. 201 Nr. 373 (deutsch).

2961.

1315 Juni 15.

Peter von Neuenburg vertauscht mit Zustimmung seiner Brüder Jasko und Lorenz dem Otto von Elnitz wegen seiner treuen Dienste das Dorf Damshagen bei Rügenwalde mit dem Dorfe Bangschin bei Danzig.

In nomine domini amen. Quoniam ea, que fiunt in tempore, per temporis elapsum a memoria defluunt hominum, nisi ea voce testium aut scripture testimonio perhennentur. Hinc est quod nos Petrus dictus de Nuwenburg notum esse cupimus universis presencium inspectoribus, quia nos communi accedente consensu ac voluntate fratrum nostrorum, videlicet domini [I]esconis et Laurencii, Ottoni dicto de Elnitz villam unam nomine Domazlowitz circa Ruenwaldis dederamus ob sua fidelia servicia, quam sibi, dum ibidem inconveniens esset, mutavimus cum alia villa nostra circa Dantzik sitam Bandyzin dictam — — — — — — — — —
— —
hec probabiliter sunt finita sub anno domini M° CCC° XV°, in die sanctorum Viti et Modesti martirum beatorum.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Danzig (Abt. 479). Die Urkunde ist offenbar in einen Bücherdeckel eingeklebt gewesen. Infolgedessen ist sie unten abgeschnitten, so daß Siegeleinschnitte nicht mehr sichtbar sind.

Gedruckt Voigt, Cod. dipl. Pruss. V S. 1 Nr. 1.

2962.

1315 Juni 25.

Herzog Otto I. bestätigt die Schenkung eines Hofes in der Unterwiek bei Stettin durch seine Mutter Mechtilde an die St. Marienkirche zu Stettin.

Nur bekannt aus dem Vermerk zur Abschrift der Urkunde von 1314 Februar 10 (oben S. 165 Nr. 2879) in der Matrikel des Marienstifts Bl. 66 v im Archive des Marienstifts (Tit. I Sekt. 1 Nr. 1): Dar feindt noch 2 Pergament-Brieff mit den vorhergehenden eines Lauts, aber ohne Sigill vorhanden, anno 1315, in crastino die beati Johannis baptistae, dadiret.

2963.

1315 Juni 27 Krakau.

Herzog Wladislaus Lokietek von Polen schließt ein Bündnis mit den Königen von Dänemark, Schweden und Norwegen und den Fürsten von Rügen, Pommern und Mecklenburg gegen die Markgrafen von Brandenburg.

In nomine domini amen. Cum sincera concordie unio principum in ipsos verum amorem nutriat, odium tollat, tranquillitatem et pacem subditis generet, terrisque ipsorum profectum augeat et salutem, hinc est quod nos Woldeslavus dei gracia Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie totiusque regni Poloniae dux necnon haeres Pomeraniae omnibus presentibus et futuris, ad quos presens scriptum pervenerit, volumus constare, quod cum victoriosissimis principibus, amicis nostris pre cunctis precordialibus et dilectis, dominis Dacie, Suecie et Norwegie regibus et magnificis principibus Ruyensi, Sclavie, Mekelburgensi et cum omnibus eorum coadiutoribus ordinationem inter eos habitam, ex una parte, et nos, ex altera, omni dolo procul moto inconvulsam irrevocabiliter et inviolabiliter volumus observare, quemadmodum inter nos utrimque per nostrum fidelem capellanum dominum Stanitzlaum extitit hactenus ordinatum per patentes literas nos firmiter et districte obligando, quod prefatos nostros dominos et amicos in nullo penitus volumus deserere, sed contra omnem hominem et personam eis inimicam vel inimicari volentem adstabimus, et precipue contra marchiones Brandenburgenses promittimus ipsos iuvare et spondemus omni consilio, auxilio et favore, quo poterimus ampliori, et nunquam cum eis pacem aut aliquam concordiam faciemus, nisi de ipsorum consilio favore pariter et consensu. Unde, si ipsorum excellentie adhuc de nobis aliquid hesitarent, requisiti, tempore et occasione se offerente oportuna, auxilio prestabimus, cum nuncium, cui fidem adhibuerint, ad nos duxerint destinandum. Ex superabundanti ordinationem habitam inter nos iuramento et nostrorum coadiutorio promittimus roborare. Promittimus eciam bona fide pro excellentissimo rege Ungarie, affine nostro charissimo, et pro omnibus nostris filiolis dei gracia principibus Cuyavie, Masovie, Osvantime, Bythonie et Raziborie pro nostrisque nepotibus Russie principibus, quod prehabitam ordinationem initam nobiscum tenebunt et inviolabiliter observabunt. Actum et datum apud Cracoviam anno domini MCCCXV, V. Calendas Iulii. Ad cuius rei evidentiam pleniorem presentibus nostrum sigillum autenticum duximus apponendum.

Gedruckt Hvitfeldt, Danmarckis rigis krønicke S. 381; Pötker, Neue Samml. ungedr. meckl. Schriften Stück II S. 21; Pontan, Rer. Dan. hist. VII S. 414; Westphalen, Mon. ined. IV S. 957; Torfaeus, Hist. rer. Norveg. IV S. 441; Riedel, Cod. dipl. Brand. II 1 S. 372 Nr. 457; Hildebrand, Dipl. Suec. III S. 218 Nr. 2020; Fabricius IV 3 S. 26 Nr. CCCCLXX (693); Meklenb. Urkundenbuch VI S. 164 Nr. 3770; Cod. dipl. maj. Pol. II S. 318 Nr. 976.

2964.

1315 Juli 2.

Der Rat der Stadt Jarmen schuldet der Witwe Christine des Greifswalder Ratmanns Winand von Dortmund und ihrem Bruder Dietrich Pape eine Last Roggen und 40 Mark.

Anno domini M° CCC° XV°, ipso die Processi et Martiriani martyrum, conparuerunt in nostra presencia honesti viri consules opidi Ghermin, presente domino Thiderico, ipsorum plebano, Hermannus Crowere dictus, Everhardus, proconsules dicti opidi, Nicolaus Hoveman, Hennekinus Bertoldi, Dankquardus Tabernator et senior Podin, publice confitendo, quod honeste matrone domine Christine, relicte Winandi de Tremonia, nostri consulis bone memorie, et Thidemanno dicto Papen, fratri eius, nostris conburgensibus, essent legitime obligati in una lasta siliginis et XL marcis denariorum de XX[ti] marcarum reditibus perpetuis, quas dicti nostri conburgenses habent in dicto opido Ghermin, quas sua pecunia racionabiliter conparaverunt et a consulibus et burgensibus dicti opidi perpetuis temporibus exsolvendas, quas videlicet denariorum XL marcas cum siligine predicto prius duobus annis preteritis eisdem nostris burgensibus suo tempore persolvere neglexerunt. Nunc autem ob amorem dictorum consulum predicti opidi, bonum pacis et concordie mutuo habende nos predicti consules, parte ex una, et nostri burgenses, ex altera, inter ipsos placitavimus favorabiliter et amice, ita quod sepedicti consules et burgenses de Ghermin solvere et dare promiserunt predicte domine Christine infra hinc et festum proximum beati Michahelis predictam lastam siliginis et in sequenti festo beati Martini ipsis ambobus redditus XXX[a] marcarum, item in sequenti et secundo anno, videlicet anno XVI°, in festo beati Martini redditus XXX[a] marcarum, item anno tercio eodem festo beati Martini eciam redditus XXX[a] marcarum, item anno quarto eodem beati Martini eciam redditus triginta marcarum, et sic XL marce denariorum cum siligine prius neglecte totaliter sunt solute, et deinceps sepedicti opidani de Ghermin predictis nostris burgensibus nihil magis dare tenentur, quam XX[ti] marcarum redditus annis singulis ab ipsis legitime conparatis. Quod dicta placita firma tenentur de anno ad annum, coram nobis sunt predicti consules publice arbitrati, quod, si non facerent, quod absit, dicti consules et burgenses de Ghermin promiserunt predictis nostris burgensibus, domine Christine videlicet et Thi(demanno), fratri eius, in laboribus, expensis, periculis et dampnis, si que exinde incurrerent, totaliter respondere et ab omnibus predictis eripere sine dampno.

Nach dem ältesten Greifswalder Stadtbuche (Liber memorabil. XIV) Bl. 44.

Auszug gedruckt Pomm. Genealogien IV S. 56.

2965.

1315 Juli 11 Neubrandenburg.

Die Klöster Verchen und Dargun vergleichen sich dahin, daß jenes den zum Schaden Darguns gegrabenen Ausfluß der Peene aus dem Cummerower See zuschüttet und nie erneuern will, jedes der beiden Klöster seine Aalwehre an dem Ausflusse behält und der Fischfang auf dem See beiden wie bisher verbleibt.

A. Ausfertigung des Klosters Verchen.

Heynricus[1]) dei gracia Caminensis ecclesie episcopus, Otto eiusdem gracia[2]) dux Slavorum et Cassubie ac dominus in Stetyn[3]), et Hyldegundis, priorissa, totusque conventus sanctimonialium in Verghen[4]) universis, ad quos presencia pervenerint, in perpetuum. Testante sacro canonis eloquio, quod non nisi pacis in tempore bene colitur pacis auctor, nec ignoramus, quod dissenciones et scandala pravis actibus aditum preparant, rancores et odia suscitant, illicitis moribus ausum prebent. Obolim siquidem inter venerabilem patrem dominum abbatem et conventum[5]) in Dargun, parte ex[6]) una, et priorissam ac conventum sanctimonialium in Verghen[7]), parte ex altera, pacis emulo procurante, gravis discordia super[8]) quadam[9]) captura piscium in prima parte Pene exstitit suscitata, que per nos instantissimo sollicitudinis[10]) studio sopita est in modum, qui sequitur, penitus et subducta. Et quia omnis res, per quascumque causas nascitur, per easdem dissolvi debet[11]) iuris ordine postulante, idcirco de consilio et consensu nostrorum fidelium unanimiter in hoc concordavimus, quod fossatum per priorissam et conventum sanctimonialium in Verghen[7]) pridem fossum et instauratum, in ipsorum domini abbatis et conventus in[12]) Dargun non modicum preiudicium et gravamen penitus demoliatur et obstruatur, ita plane, ut per ipsum nullus aqueductus ipsius amnis Verghenpenyz[13]) transeat vel pateat tempore sempiterno, et hoc cum ipsarum priorisse et sanctimonialium predictarum laboribus et expensis. Insuper bona fide promittimus, quod nec nos nec nostri successores aut heredes aliqua arte vel exquisita subtilitate ad hoc intendamus, ut ordinemus manifeste vel occulte[14]), ut ipsa aqua Verghenpenyz[13]) dicta per aliquos meatus extra suum naturalem et primordialem effluxum, in quo semper et[15]) nunc fluxit, effodiatur seu educatur, sed ipse antiquus meatus ipsius stagni[16]) Verghenpenyz[13]), sicut a principio, a quo non exstat memoria hominum, in eodem loco, in quo nunc effluit, maneat in generacione seculorum, preterea adicientes[17]) de duabus capturis angwillarum[18]) nunc in prima parte Pene, sicut ab antiquo, existentibus, que alwere vulgo nuncupantur, quarum una ad ipsum dominum abbatem et suum conventum, altera vero ad priorissam et suum conventum supradictos pertinere dinoscitur, quod quelibet pars suam capturam habeat cum piscatura stagni, sicut hactenus habuerunt[19]), ac unaqueque pars, tam domini abbatis et sui conventus quam sanctimonialium[20]), suam capturam pro ipsorum seu ipsarum beneplacito purgandi et[21]) emendandi liberam habeat facultatem, ita sane, quod, cum una parcium suam capturam de sceno purgare volencium [!], proiciendo in capturam alterius nequaquam sit inproba vel molesta. Testes autem huius ordinacionis tam rite et racionabiliter facte sunt dominus Theodericus, abbas Novicampi, Conradus, decanus ecclesie Caminensis, Hinricus Vos, Bertoldus de Ertenenborch, Paridam et Paridam dicti de Wacholte[22]), milites, et quam plures alii fide digni. Et ne presenti nacioni et felici successioni in posterum in premissis calumpniandi aliqualis materia prebeatur, presens instrumentum tam lucide confectum per appensionem nostrorum sigillorum duximus muniendum. Actum et datum in Nygen[23]) Brandenborch, anno domini millesimo[24]) tricentesimo[25]) quinto decimo, in translacione beati Benedicti abbatis.

[1]) Henricus. B. [2]) eadem dei gracia. B. [3]) Stetin. B. [4]) priorissa sanctimonialium totusque conventus in Verchene. B. [5]) suum conventum. B. [6]) ex fehlt. B. [7]) Verchenyz. B. [8]) supra. A. [9]) quedam. B. [10]) solicitudinis. B. [11]) debeat. B. [12]) de. B. [13]) Verchenpenyze. B. [14]) oculte. B. [15]) semper sicut et. B. [16]) stangni. A. [17]) addicientes. B. [18]) agwillarum. B. [19]) possederunt. B. [20]) ipsarum sanctimonialium. B. [21]) et fehlt. B. [22]) Wachlolte. A. [23]) in Nygen fehlt. B. [24]) anno incarnacionis domini milesimo. B. [25]) C⁰ C⁰ C⁰. B.

Nach dem Originale (A) im Hauptarchive zu Schwerin s. r. Kl. Dargun, mit den Siegeln der Aussteller an weißen Hanffäden. Eine zweite Ausfertigung (B) ebendaselbst, an welcher das Klostersiegel fehlt.

Gedruckt Meklenb. Urkundenbuch VI S. 166 Nr. 3772 A.

B. Ausfertigung des Klosters Dargun.

Universis presencia visuris frater Iohannes, abbas in Dargun, totusque conve[ntus in perpetuum. Testante sacro canonis] eloquio, quod non nisi pacis in tempore bene colitur pacis autor, nec ignoramus, quod [dissenciones et scandala pravis actibus aditum preparant, ran]cores et odia suscitant, illicitis moribus ausum prebent. Obolim siquidem inter relig[iosas priorissam et conventum sanctimonialium in Verchene], parte ex una, et nos ac nostrum conventum, parte ex altera, pacis emulo procurante, g[ravis discordia super quadam captura piscium in prima parte Pene exstitit] suscitata, que in modum, qui sequitur, penitus est sopita. Et quia omnis res, per [quascunque causas nascitur, per easdem dissolvi debet iuris ordine] postulante, idcirco in hoc concordavimus, quod fossatum per priorissam et conventum sanctim[onialium in Verchene in nostrum ac nostri conventus non modicum preiudi]cium fossum pridem et instauratum demoliatur et obstruatur penitus, ita [plane, ut per ipsum nullus aqueductus ipsius amnis Verghenpenyz] transeat vel pateat tempore sempiterno et hoc cum ipsarum priorisse et sanctimoniali[um laboribus et expensis. Insuper promittimus, quod nec nos nec nostri suc]cessores aliqua arte vel subtilitate ad hoc intendamus, ut ordinemus clam [vel manifeste, ut ipsa aqua Verghenpenyz dicta per aliquos meatus] extra suum naturalem et primordialem effluxum, in quo semper sicut et nunc fluxit, [effodiatur seu educatur, sed ipse antiquus meatus ipsius stagni Verghen]penyz, sicut a principio, a quo non exstat memoria hominum, in eodem loco, in quo [nunc effluit, maneat in generacione seculorum, preterea adicientes] de duabus capturis angwillarum nunc in prima parte Pene, sicut ab antiq[uo, existentibus, que alwere vulgo nuncupantur, quarum una ad nos] et nostrum conventum, altera vero ad priorissam et suum conventum pertinere dinoscitur, [quod quelibet pars . . . .] suam capturam habeat cum piscatura stagni, sicut hactenus hab[uerunt, ac unaqueque pars suam capturam pro ipsorum seu ipsarum beneplacito pur]gandi et[1]) emendandi liberam habeat facultatem ita sane, ut . . . . invicem non molestemus. Testes autem huius ordinacionis tam rite [et racionabiliter facte sunt dominus Theodericus, abbas Novicampi, Conradus, de]canus ecclesie Caminensis, Henricus Vos, Bertoldus de Erteneborch, P[aridam et Paridam dicti de Wacholte, milites, et quam plures alii fide digni.] Et ne presenti nacioni et felici successioni in posterum in premissis ca[lumpniandi aliqualis materia prebeatur, presens instrumentum tam lucide con]fectum per appensionem sigillorum venerabilis domini Heynri[ci, Caminensis ecclesie episcopi, et domini Ottonis, ducis Slavorum et Cassubie,] una cum nostro sigillo duximus muniendum. Actum et datum [in Nygen Brandenborch, anno domini MCCCXV, in translacione beati] Benedicti abbatis.

[1]) et fehlt. Orig.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Stettin s. r. Kl. Dargun Nr. 7 a. Die rechte Hälfte der Urkunde fehlt, von der linken sind die Siegel nebst Befestigung abgerissen. Die in [—] gesetzten Stellen sind aus der Verchener Ausfertigung, soweit möglich, ergänzt.

Gedruckt Meklenb. Urkundenbuch VI S. 168 Nr. 3772 B.

2966.

1315 August 9.

Gräfin Helene von Bernburg, Tochter Fürst Wizlaws II. von Rügen, stirbt.

Anno domini 1315 obiit Helena, d(omina) Ruye[1]), uxor illustriss(imi) principis Bernhardi, vigilia Laurentii. Cuius anima requiescat[2]) (in pace). Amen.

[1]) d. Kuy e. Hoppenrod. [2]) requiescit. Hoppenrod.

Nach dem Grabsteine im Kloster Wiederstedt gedruckt bei Hoppenrod, Stammbuch oder Erzölung aller namhaffter und berümpter Fürsten, Graffen usw. (Straßburg 1570, fol.) S. 20. Auch gedruckt C. Sagittarius, Hist. principum Anhalt. (1686) S. 40; S. Lenz, Becmannus enucleatus (1757) S. 249; Meklenb. Jahrbücher XXV S. 67; Meklenb. Urkundenbuch VI S. 169 Nr. 3773.

2967.

1315 August 27 ad Duas Rotas.

Markgraf Waldemar von Brandenburg setzt die Zahlungstermine für die 7000 Mark Brandenburgischen Silbers fest, für die er dem Herzoge Otto I. das Land und die Stadt Bernstein verkauft hat.

Nos Woldemarus dei gracia marchio Brandenburgensis recongnoscimus presentibus publice protestantes, quod dilectus patruus noster, Otto dux Slavorum et Kassubie, terram Bernstein cum civitate pro septem milibus marcarum argenti Brandenburgensis et ponderis a nobis iusto empcionis titulo rite et racionabiliter conparavit in terminis infrascriptis persolvendis, videlicet duo milia marcarum argenti Brandenburgensis vel argentum purum aut denarios grossos secundum valorem suum pro argento Brandenburgensi, in festo Martini proximo, terciam vero partem superstitum quinque milium marcarum in festo purificacionis proximo subsequenti, aliam terciam partem in festo pasce subsequenti et ultimam terciam partem in festo nativitatis beati Iohannis baptiste nos pagare debebit noster patruus iam dictus, tali condicione interiecta, quod si prefatus noster patruus illa quinque milia marcarum in argento Brandenburgensi pagare non posset, pro marca qualibet argenti nobis dabit quatuor marcas denariorum slavicalium sepedictus patruus noster in terminis suprascriptis. Ceterum vasallos in dicta terra constitutos non expeditos, sicut alios nostros vasallos, quod rite et racionabiliter poterunt demonstrare, ante festum beati Martini proximum debebimus finaliter expedire et dimittere expeditos dilecto patruo nostro memorato. In testimonium premissorum nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum ad Duas Rotas anno domini M° CCC° XV°, feria quarta proxima post Bartholomei.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Stettin s. r. Ducalia. Das Siegel nebst Pergamentstreifen ist abgefallen. Abschrift in dem Diplomatarium Klemptzenianum in der Odebrechtschen Familienbibliothek zu Greifswald (193 a) Bl. 159 v.

Gedruckt Riedel, Cod. dipl. Brand. II 1 S. 374 Nr. 459 (unter dem Datum: August 30).

2968.

1315 August 27 prope Duas Rotas.

Markgraf Waldemar von Brandenburg verkauft dem Herzoge Otto I. das Land Bernstein für 7000 Mark brandenburgischen Silbers.

Ad geste rei memoriam sempiternam. Nos Woldemarus dei gracia Brandenburgensis et Lusacie marchio ad universorum noticiam tenore presencium publice volumus pervenire, quod inclito principi domino Ottoni, duci Sthetynensi, patruo nobis karissimo, eiusque . . legitimis heredibus dimisimus et per presentes litteras dimittimus terram districtus Berenstein cum omnibus suis distinctionibus, terminis et limitibus, prout eamdem illustris Albertus pie recordacionis, quondam marchio Brandenburgensis, noster patruus, nostris progenitoribus ac nobis retroactis quibusdam temporibus dimisit et cum omni honore, commodo, utilitate et usufructu, cum omnibus iuribus, serviciis et vasallis et cum universis pertinenciis suis, scilicet precariis et aliis obvencionibus quibuscumque exinde provenire potentibus, cum agris cultis et incultis, lignis, aquis et aquarum decursibus, cum molendinis et cum universis utilitatibus intra distinctiones dicte terre contentis, prout nobis, dum nostra fuit, competebat, exnunc et inperpetuum debito et consueto pheudi titulo possidendam, ita plane eciam dicto patruo nostro et suis heredibus dicti districtus dominium dimisimus et dimittendo contulimus, quod nec nos neque nostri heredes, si quos deo dante procreaverimus, aut successores in dicta terra quicquam iuris aut actionis nobis possimus vel debeamus de cetero vendicare. Premissis eciam est adiectum, quod omnes et singuli vasalli habentes bona pheodalia pro serviciis faciendis in predicto districtu Berenstein, licet alias in nostris terris resideant, tamen prefato duci aut suis heredibus pro talibus bonis famulari dumtaxat et servire simpliciter tenebuntur. In recompensam quoque dimissionis et collacionis predicte terre per nos rite facte, predictus noster patruus dux Otto nobis septem millia marcarum Brandenburgensis argenti et ponderis in parata pecunia erogavit, de quibus ipsum et suos heredes quitos omnino dicimus et solutos, ut profitemur litteris presentibus, quibus in huius facti et premissorum omnium evidens testimonium nostrum sigillum firmiter est appensum. Huius eciam rei testes sunt nostri fideles milites domini Ludolfus, Hasso et Wedego seniores de Wedele, Hennyngus de Blankenborch, Heinricus, Hennyngus et Heinricus de Stegelitz, Petrus de Nuwenborch, Hennyngus Bothel, Hennyngus de Eykstede, Zabellus de Badelo et quamplures alii fidedigni. Actum et datum prope Duas Rotas anno M° CCC° XV°, die beati Rufi martyris.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Stettin s. r. Ducalia. Das Siegel nebst Pergamentstreifen ist abgefallen. Abschrift in dem Diplomatarium Klemptzenianum in der Oebrechtschen Familienbibliothek zu Greifswald (193 a) Bl. 160; Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1259; Klempzens Extrakte 2c. Bl. 144.

Gedruckt Schöttgen u. Kreysig, Diplomataria hist. Germ. III S. 26 Nr. 41; Riedel, Cod. dipl. Brand. I 18 S. 75 Nr. 22; Klöden, Markgraf Waldemar II S. 512 Nr. 23; v. Wedel, Urkundenbuch zur Geschichte des Geschlechts von Wedel II 1 S. 76 Nr. 128 (Reg.).

2969.

1315 [nach August 27].

Herzog Otto I. transsumiert zwei Briefe der Markgrafen Otto IV., Konrad, Johann IV., Heinrich I. und Waldemar von Brandenburg für das Nonnenkloster zu Bernstein.

Otto dei gratia dux Slavorum hefft twe breve vidimiret Otten, Cunradt, Jo(han), Heinrich unnd Woldemer, marggraffen tho Brandenborch und van Landsperg, den van Bernstein gegeven unnd dewile aber hertoch Otte dat landt Bernstein van synem vedderen marggrafen Woldemer gekofft, hefft he den van Bernstein confirmiret. Datum anno 1515.

Nach Klempzens Extrakt 2c. Bl. 192 v.

2970.

1315 August 31 Altenkirchen.

Hermann, Sohn des Dubislaw, verkauft mit Zustimmung seiner Brüder Heinrich und Nikolaus dem Kloster Bergen fünf Morgen in Drewoldke auf Wittow für fünf Mark Wendisch.

Omnibus presens scriptum cernentibus Hermannus, Dubbezlay filius, in vero salutari salutem. Cercior habetur rerum gestarum cognicio, si scripture testimonio aut viva voce testium fuerit confirmata. Noverint universi tam presentes quam futuri, quod de consensu et voluntate fratrum meorum dilectorum Hinrici et Nycolai pro quinque marcis slavicalium denariorum currentis monete vendidi racionabiliter religiosis dominabus, priorisse totique conventui sanctimonialium in Montibus, Cysterciensis ordinis, Roskildensis dyocesis, sex iugera in Wyttovia in parrochia Oldenkerke sita infra terminos ville Drivolck iuxta paludem dicte ville terminos distinguentem cum omni utilitate et fructu, prout dicta bona possedi, perpetuo possidenda, spondens predictis dominabus, quod ab omni inpeticione cuiuscunque predicta bona debeo eripere penitus et equitare. In cuius rei testimonium sigillum meum una cum sigillis predictorum fratrum meorum Hinrici et Nicolai presentibus sunt appensa. Testes huius rei sunt Iohannes dictus Viris, miles, Iohannes, prepositus ad Montes, Gherardus et Fredericus fratres dicti Quaaz, parvus Tesmarus et Ghotanus, ibidem subadvocatus, et alii quam plures nichilominus fide digni. Datum et actum in villa Oldenkerke anno domini M° CCC° XV°, crastino beatorum martirum Felicis et Aucti.

Nach der Originalmatrikel des Klosters Bergen im Staatsarchive zu Stettin (Dep. Kl. Bergen) Bl. 44 v Nr. LXIX. „Extrakt von den versegelnden breven des Klosters Bergen up Rügen" (früher Wolg. Archiv Tit. 72 Nr. 127, jetzt Loeper Mscr. 214) Bl. 10 v (1314).

Gedruckt Baltische Studien XV 2 S. 174; v. Bohlen, Geschichte des Geschlechts von Bohlen II S. 1 Nr. 4; Fabricius IV 3 S. 27 Nr. CCCCLXXI (694).

2971.

1315 September 8 Stege.

König Erich von Dänemark verspricht den Herzogen von Lüneburg für Kriegshülfe gegen jedermann, namentlich gegen die Markgrafen von Brandenburg, mit Ausnahme jedoch des Herzogs Albrecht von Braunschweig, zu Michaelis 1000 Mark zu zahlen unter Bürgschaft des Fürsten Wizlaw III von Rügen u. a.

— — — Derfore hafver loffvet Witzlaff af Ryen, Henrich aff Mekelnborg, Nicolaus comes Sverinensis, Ottho de Hoya, Gerhardus de Rendersborrig — — — Actum Stege aar 1315, vor frues fødsels dag.

Nach Hvitfeldt, Danmarckis rigis krønicke S. 682.

Gedruckt Riedel, Cod. dipl. Brand. II 1 S. 377 Nr. 460; Fabricius IV 3 S. 27 Nr. CCCCLXXII (695) (deutsch); Lisch, Urkundensammlung zur Geschichte des Geschlechts von Maltzan I S. 228 Nr. 105; Meklenb. Urkundenbuch VI S. 172 Nr. 3778.

2972.

[Vor 1315 September 28].

Bischof Heinrich von Camin bekundet, daß der Caminer Domherr Konrad, Pfarrer zu Wusterhusen, mit seiner und des Kapitels Zustimmung in der Kirche zu Wusterhusen einen Altar St. Johannis des Täufers errichtet und zur Unterhaltung des dortigen Altargeistlichen drei Hufen und eine Windmühle gekauft habe, und überträgt sie dem Altare unter Erlaß einer Anzahl Einzelbestimmungen.

In nomine domini amen. Henricus dei gracia ecclesie Caminensis episcopus omnibus in perpetuum. Ne res racionabi[liter[1]) geste in oblivionem deveniant, expedit, ut scripture testimonio perhennentur. Hinc est quod presenti] scripto notum esse cupimus universis, quod magister Conradus, canonicus Caminensis et pleb[anus] ecclesie in [Wusterhusen, quoddam altare perpetuum in prefata sua ecclesia Wusterhusen in honorem beati Iohannis] baptiste instauravit et erexit de nostra speciali licencia et Caminensis ecclesie capituli consensu. Assignavit eci[am ipse Conradus et dedit eidem altari pro sustentacione rectoris seu ministri ipsius, qui pro tempore] fuerit, tres mansos liberos, quos sua pecunia iusto precio et vero titulo empcionis a Iacobo, quondam ibidem v[illico, comparavit, qui eosdem mansos racione villicacionis sue liberos habuit et possedit, in] quibus ecclesia in Wosterhusen suusque plebanus nil servicii aut reddituum habuerant, excepto dumta[xat] serv[icio unius equi. Nos eciam dictos mansos sic emptos cum omnibus utilitatibus et universis proven]tibus suis memorato altari pro ipsius ministri sustentacione, qui pro tempore fuerit, appropriamus et usibus ips[ius perpetuo deputavimus, absolventes eciam eosdem a prefato equi servicio et exnunc esse volumus ab]solutos, presertim quia idem Conradus dotem ipsius ecclesie non modicum melioravit, emen[do videlicet cum sua pecunia hereditates quatuor mansorum a colonis ibidem, quos doti apposuit et assignavit, ita] quod prefata ecclesia in Wosterhusen nunc sex mansis gaudet [dotalibus], que prius habuit tantum [duos. Apposuit eciam dictus Conradus altari memorato, ut eius rector seu minister commodius sustentari] valeat, hereditatem cuiusd[am] molendini ad [ventum constructi in ecclesie fundo quam] a Martino dicto Watmal iusto precio et vero empcionis titulo pro sua pecunia comparavit. Nos eciam eandem hereditatem] sic emptam appropriamus altari sepedicto [et] ipsius ministri seu [r]ector[is] usibus, [qui pro tempore fuerit, perpetuo deputamus. Ipsa autem ecclesia in Wusterhusen et plebanus ipsius censum suum antiquum et debitum], videlicet novem modios siliginis et novem modios brasei, in dicto mo[lendino integraliter retinebunt, cuius

pars dimidia in festo sancti Iohannis baptiste, residua autem in festo nativitatis Christi annis] singulis persolvetur. De tali videl[icet] siligine et braseo ordeaceo et aven[a]tico, [prout hoc molendinarius in eodem molendino congregat, conmuniter et recipit pro parte sua vulgariter dicta matta. Quicunque eciam] molendinarius eidem molendino prefuerit, censum sepedictum tam in b[raseo quam siligine vero plebano et eius vices gerenti molere gratis et fideliter tenetur, prout hoc est consuetudinis approbate. Preterea] decernimus, quod minister seu rector altaris huiusmodi, qui fuerit, hereditatem suorum [trium mansorum totam vel partem alicui armigero aut huiusmodi curiali vendere sive mansos tres predictos, unum vel duos ex eisdem] pro certa pensione ad annos aliquot paucos vel multos huiusmodi ho[mini]bus locare n[ullatenus valeat vel presumat, et id ipsum circa vendicionem hereditatis seu locacionem molendini predicti per omnia] volumus observari, ne forsitan memoratam ecclesiam eiusque plebanum in lignis et possessio[nibus suis perturbari contingat indebite ab eisdem, sed minister seu rector prefatus cum loci plebani consilio] et consensu alicui bono agricultori, qui ceteris eiusdem ville colonis sit similis condicione et sta[tu, dictos tres mansos pro annuo censu et pensione locare poterit perpetuo vel ad tempus. Et hoc in vendicione he[reditatis molendini memorati ipsiusque locacione erit modo simili faciendum. Ceterum sepedicti tres mansi debent permanere indivisi et unum ignem habebunt ac ad unam debent iacere curiam, sicut hactenus] iacuerunt, ni[si f]orte rector seu minister altaris sepius dicti a vero pleban[o obtinere valeat, ut de sua voluntate sit et consensu, quod unum vel duos ex predictis tribus mansis colere suis possit laboribus et expensis, et alium vel alios duos colono alteri, qui plebano et ville competit], relinquere ad excolendum. In lignis vero ville predicte et ad mansos dotis et alios mansos colonorum ibidem communiter spectantibus] rector prefati altaris, qui fuerit, seu trium predicto[rum] mansorum colonus [alter, quicunque erit, nil plus iuris habet nec sibi vendicare poterit, quam quod habent et sibi vendicant in eisdem lignis dictorum mansorum ceteri cul]tores. Insuper sepius memorati altaris ministrum, qui fuerit, [sua inducat discrecio, licet non ex debito teneatur, ut loci plebano eiusque vices gerenti suffragetur diebus dominicis et festis in baptisandis] pueris et introducendis mulieribus post partum, cum ipse pleb[anus seu gerens vices ipsius circa alia officia ecclesie fuerint occupati, seque ipsorum voluntati sic conformet in missa legenda et cantanda] diebus ferialibus et festivis, cum fuerit oportunum, ita ut eius min[isterium prevaleat servicio equi antedicti. Quicquam eciam de missis votivis ipso ministro altaris derivabitur, hoc plebano loci seu] eius vices gerenti presentabit fideliter, nisi hoc de ipsorum optinere [valeat voluntate. Debet eciam memorati altaris in villa Wusterhusen personalem facere residenciam, nisi a loci plebano absenciam] ad tempus optinere valeat iusta ex causa, ac singulis diebus ad altare [suum, cum poterit, missam unam cantare vel legere debebit, sicut superius est expressum. Que si non fecerit, trina monicione caritativa a ple]bano loci conmonitus, [ex]tunc [p]lebanu[s] contra [ipsum] procedat, prout de [iure fuerit faciendum. Ius eciam patronatus seu collacio sepedicti altaris et iudicium duodecim solidorum, quod prius villicus ibidem habuit, apud plebanum ecclesie in Wusterhusen perpetuo permanebit.]

[1]) Die eingeklammerten Stellen sind aus der Matrikel ergänzt.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Stettin s. r. Bistum Camin Nr. 22 a. Die ganze rechte Hälfte ist abgerissen. Das Siegel fehlt. Caminer Originalmatrikel (Mscr. I 8) B. II Bl. 48.

2973.

1315 September 28 Wolgast.

Herzog Wartislaw IV. überweist dem Altare St. Johannis in der Kirche zu Wusterhausen drei Hufen daselbst und eine Windmühle am Wege von Wusterhausen nach Wolgast.

Wartislaus dei gracia dux Slavorum et Cassubie universis presens scriptum visuris salutem in domino. Ne res geste racionabiliter in oblivionem deveniant, presertim que augmentum cultus divini nominis respicere videntur, expedit, ut scripture testimonio perhennentur. Hinc est quod scripto presenti notum esse cupimus omnibus nacionis presentis et future, quod nos propter deum et beati Iohannis baptiste reverenciam, quem singulari amplectimur devocione, tres mansos sitos in villa Wusterhusen per magistrum Conradum, canonicum Caminensem et plebanum ecclesie in Wusterhusen, deputatos et assignatos pro dote et sustentacione sacerdotis seu ministri, qui pro tempore fuerit, altaris constructi in ipsa ecclesia Wusterhusen de consensu diocesani in honorem sancti Iohannis baptiste per plebanum memoratum liberos et unum molendinum ad ventum situm in fundo ipsius ecclesie ad manum sinistram iuxta viam, qua de villa Wusterhusen itur versus Wolgast, liberum dimittimus ab omni exactione, precaria, peticione, tallia, collecta, a servicio rustico et urbano, angaria, perangaria et alia qualibet vexacione, quocunque nomine censeatur in presenti vel appellari poterit in futurum. Nos itaque omni iuri, iudicio, comodo, utilitati, profectui et cuilibet alii emolumento, quocunque nomine censeatur in presenti aut censeri valeat in futuro, que vel quod nobis nostrisque heredibus et successoribus in mansis et molendino predictis in presenti vel in futuro dinoscuntur competere, renunciamus et cedimus, et de eisdem mansis, molendino ipsorumque proventibus et utilitatibus, qui nunc sunt aut fiunt in futurum, capellanus seu minister altaris memorati, qui pro tempore fuerit, uberius sustentari valeat et ut per ipsum de nobis, vivo et defuncto, in sua missa frequencius memoria habeatur. In cuius rei testimonium presens scriptum sigilli nostri munimine fecimus roborari[1]). Datum Wolgast anno domini millesimo tricentesimo decimo quinto, in vigilia beati archangeli Michaelis.

[1]) roborari fehlt. Matrikel.

Nach der Caminer Originalmatrikel im Staatsarchive zu Stettin (Mscr. I 8) P. II Bl. 37 v; Caminer Matrikel ebendaselbst (Mscr. I 8 a) Bl. 233 v; Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1261.

2974.

1315 Oktober 14.

Abt Dietrich von Neuenkamp vergleicht sich mit der Stadt Stralsund.

Noverint universi, quorum noticie vel audiencie exibebitur presens scriptum, quod nos frater Thy(dericus), abbas in Novo Campo, de beneplacito voluntatis nostri conventus ac maturo consilio prehabito reformati cum honorabilibus et prudentibus viris consulibus ac oldermannis Sundensis civitatis necnon cum ipsa civitate concordavimus super omnis dampni, ingratitudinis et rancoris articulis quandocumque et quomodocumque, postquam in abbatem creati fuimus, suscitatis, ex intimis precordium nostrorum hesitantes eiusmodi reformacionis concordanciam

obtinere robur perpetue firmitatis, addentes quod per predictam zonam omnia dampna, pericula et citaciones, per que dictos consules, oldermannos et ipsam civitatem inculpavimus seu incusavimus, abolita fore debent penitus et sopita, quemadmodum hinc et inde parte alterna rite et racionabiliter extitit placitatum. Super quo presens scriptum sigilli nostri munimine duximus roborandum. Datum anno domini M° CCC° XV°, in die beati Kalixti pape.

Nach dem Originale im Ratsarchive zu Stralsund (Schr. II Schiebl. 10) mit dem Siegel am Pergamentstreifen.

Gedruckt Fabricius IV 3 S. 28 Nr. CCCCLXXIII (696).

2975.

1315 Oktober 20 Wollin.

Herzog Wartislaw IV. transsumiert die Urkunden der Herzoge Bogislaw IV., Barnim II. und Otto I. von 1279 März 5, 1283 Juni 4, 1280 November 14 (15), 1291 August 16, 1286 September 30, 1294 Mai 3 und 1277 April 26 für Wollin.

Nos Warzlaus dei gracia dux Slavorum et Cassubie recongnoscimus presentibus et protestamur vidisse et audivisse privilegia et litteras dilecte civitatis nostre Wolin et sibi inhabitantibus ab antecessoribus nostris concessas et indultas nec in aliqua parte sui viciatas, prout sequitur in hec verba — — — (Folgen Urkunden von 1279 März 5, 1283 Juni 4, 1280 November 14 (15), 1291 August 16, 1286 September 30, 1294 Mai 3 und 1277 April 26, Pomm. Urkundenbuch II S. 400 Nr. 1130, II S. 495 Nr. 1262, II S. 438 Nr. 1182, III S. 454 Nr. 1591 a, III S. 455 Nr. 1680 a, II S. 343 Nr. 1058.) — — — Nos igitur hec a patre nostro Bug(uzlao) et nostris antecessoribus sepedicte nostre civitati Wolin tradita adimplere volentes cum appensione nostri sigilli fideliter firmiterque ratificamus. Testes sunt dominus Hen(ningus) Ursus, marscalcus, et dominus Hen(ningus), suus filius, dominus Scerf, Hen(ningus) Keding, dominus Troya et suus filius, Steynwer, Wer(nerus) et Con(radus) de Vemeren, Leppin, Steph(anus) et Ul(ricus) Keding, milites, dominus Con(radus) de Trebetowe, decanus ecclesie Camyn(ensis), et dominus Nicolaus de Swanebeke, eiusdem ecclesie canonicus, Rodte, Her(mannus) et Con(radus) de Reno, Loseke Mokerviz et alii quam plures fide digni. Datum Wolin anno domini M° C° C° C° XV°, feria secunda[1]) post Luce ewangeliste.

[1]) Die Worte secunda — ewangeliste sind mit anderer Tinte nachgetragen.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Stettin s. r. Dep. Stadt Wollin Nr. 4, mit dem beschädigten Siegel des Ausstellers an rot-grünen Seidenfäden. Abschrift ebendaselbst (Dep. Wollin Sekt. A Tit. I Nr. 1) Bl. 9 v und Bl. 63.

2976.

1315 Oktober 20 Wollin.

Herzog Wartislaw IV. transsumiert die Urkunden Herzog Bogislaws IV. von 1301 Juni 10 und 1305 März 28 für Wollin.

Nos Warzlaus dei gracia dux Slavorum et Cassubie recongnoscimus presentibus et protestamur vidisse et audivisse privilegia et litteras dilecte civitatis nostre Wolin et nostrorum

burgensium ibidem inhabitancium ab antecessoribus nostris concessas et indultas nec in aliqua parte sui viciatas, prout sequitur in hec verba — — — (Folgen Urkunden von 1301 Juni 10 und 1305 März 28, Pomm. Urkundenbuch IV S. 14 Nr. 1991 und S. 179 Nr. 2214.) — — — Nos igitur hec a patre nostro carissimo domino Bug(uzlao) et nostris antecessoribus dicte civitati nostre Wolin tradita adimplere volentes cum appensione nostri sigilli fideliter firmiterque ratificamus. Testes sunt dominus Hen(ningus) Bere, nostre curie marscalcus, et dominus Hen(ningus), suus filius, dominus Con(radus), decanus ecclesie Camyn(ensis), et dominus Nicolaus Zwanebeke, eiusdem ecclesie canonicus, dominus Troya et suus filius, dominus Obulus, Wer(nerus) et Con(radus) de Vemeren, dominus Stenwer, Steph(anus) et Ul(ricus) Keding, dominus Leppin, milites, Weyto, Her(mannus) et Con(radus) de Reno, Rodte, Loseke Mokerviz, Crisowe et alii quam plures fide digni. Datum[1]) Wolin anno domini M° C° C° C° XV°, feria secunda post Luce ewangeliste[2]).

[1]) Die Datierung ist mit anderer Tinte nachgetragen. [2]) ewangiste. Orig.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Stettin s. r. Dep. Stadt Wollin Nr. 5. Das Siegel an rot-grünen Seidenfäden fehlt.

2977.

1315 Oktober 25 Wolgast.

Herzog Christoph von Halland und Samsoe verspricht dem Herzog Wartislaw IV. seinen Beistand gegen jedermann, mit Ausnahme des Königs Erich von Dänemark, und falls er nach dessen Tode zur dänischen Krone gelange, und der Fürst Wizlaw III. von Rügen ohne männliche Erben stürbe, die Belehnung mit dessen Ländern.

Omnibus presens scriptum cernentibus Cristoforus dei gracia dux Hallandie et Samshoo salutem in domino sempiternam. Notum facimus universis, quod nos nostro fratri karissimo, domino Warizsclavo dei gracia duci Sclavorum et Cassubie, totis viribus astare debeamus similiter et liberis suis, si quos sibi deus dederit, sicut ei assistere et cooperari ac iuvare teneamur contra omnes, qui in mundo sunt, fratre nostro karissimo, domino Erico dei gracia Danorum Sclavorumque rege, excepto. Dampna eciam et iniurias ubicumque locorum, in quantum poterimus, ipsius volumus inpedire et sue promocioni intendere[1]) toto posse. Insuper promittimus, quod, si dominum Wizsclavum, principem Ruyanorum, absque filio, herede legittimo, mori contingat, et nos post mortem fratris nostri, domini regis Dacie memorati, coronam regni Dacie adepti fuerimus, debeamus et teneamur[2]), dicto domino Warizsclavo, fratri nostro, et suis filiis, si quos habuerit legittimos, concedere et dimittere perpetuo iure feodali omnes terras memorati principis Ruyanorum, ipseque dominus Warizsclavus teneatur et debeat nobis et nostris filiis de eisdem terris sibi taliter a nobis concessis homagium facere et corone regni Dacie servire fideliter et devote. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum Walgust anno domini MCCC° XV, in die beatorum martirum Crispini et Crispiniani.

[1]) intedere. Orig. [2]) tenemur. Orig.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Stettin s. r. Ducalia. Siegel am Pergamentstreifen fehlt.

Gedruckt Dähnert, Sammlung Pomm. u. Rüg. Landesurkunden Suppl. I S. 284 Nr. 31; Suppl. IV S. 14 Nr. 4; Schwartz, Pomm. Lehnshistorie S. 290; Suhm, Historie af Danmark XI S. 922; Fabricius IV 3 S. 28 Nr. CCCCLXXIV (697).

2978.

1315 Oktober 31 Tribsees.

Die Ritter Stoizlaw und Johann von Putbus entsagen allen ihren Schuldforderungen an Fürst Wizlaw III. von Rügen.

Nos Stoyslaus et Iohannes milites dicti Pudbuske recognoscimus presentibus protestantes, quod inclitum dominum nostrum Wyzlaum, principem Ruyanorum, ab omnibus debitis tam novis quam antiquis, in quibus nobis vel nostris fuerit progenitoribus obligatus, dimisimus liberum penitus et solutum, specialiter resistimus ab omni impeticione cum nostris heredibus ville Tripkevitze in terra Scaproden site, que nunc nobis competit et competere nobis poterit in futuro. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Testes etc. Actum et datum Tribuses anno domini M° CCC° XV°, in vigilia omnium sanctorum.

Nach dem Codex Rugianus Bl. 22 v Nr. 78.

Gedruckt Fabricius IV 3 S. 28 Nr. CCCCLXXV (698).

2979.

1315 November 6 Colberg.

Der Ritter Henning von Stegelitz schlichtet einen Streit zwischen dem Colberger Domkapitel und den Paul von Pribeslaw, Johann und Otto, Söhnen des Ritters (Marquard) von Rügenwalde, über das Dorf Moitzlin dahin, daß die letztgenannten das Dorf dem Kapitel für 35 Mark überlassen.

Noverint universi et omnibus Christi fidelibus presentibus innotescat, quod nos Henninghus miles dictus de Stegheliz, suscitata quadam materia rancoris seu discordie inter honorabiles viros dominos Fredericum, prepositum, . . decanum et[1]) capitulum ecclesie Colbergensis, ex una, et inter discretos viros Paulum dictum de Prybeslaw, Iohannem et Ottonem, filios domini Ruyewold[2]) quondam militis pie recordacionis, parte ex altera, super bonis sue[3]) ville Moytzelyn, quam villam Paulus de Prybislaw, Iohannes et Otto predicti inpetere dinoscebantur, partibus nostris interpositis, in presencia venerabilis in Christo patris domini nostri, domini Hinrici, Camynensis ecclesie episcopi, unionem et concordiam, mediante consilio discretorum cum consensu partis utriusque, inter eosdem placitavimus et fecimus in hunc modum, quod videlicet domini Fredericus, prepositus, . . decanus et capitulum ecclesie Colbergensis dabunt et persolvere debent Paulo de Pribeslaw, Iohanni et Ottoni, filiis[1]) domini de[1]) Ruyenwold quondam militis predicti, triginta quinque marcas denariorum slavicalium in festo beati Martini proxime nunc venturo, Paulus autem de Pribeslaw, Iohannes, filius dicti militis de Ruyewald, in presencia domini nostri Hinrici, episcopi Camynensis, et vasallorum suorum pro se et nomine Ottonis, sui fratris, abrenunciantes dicte ville Moyselin cum omnibus suis iuribus et pertinentiis ac distinctione eiusdem ville ab omni impeticione aut alias quacunque infestatione ac eciam quod ansprake dicitur in vulgari, aut alias quocunque modo dominos Fredericum, prepositum, . . decanum et capitulum ecclesie Colbergensis ipsi et sui heredes impetebant aut impetere possent, reddiderunt ac prestiterunt liberos penitus et solutos. Ad omnia predicta inviolabiliter observanda una cum predictis famulis et aliis, quorum sigilla appensa sunt, data fide compromisimus et presentibus

duximus compromittendum. In evidenciam omnium premissorum nostrum sigillum una cum sigillis aliis appensis duximus presentibus appendendum. Datum Colbergh anno domini millesimo CCC° XV°, feria quinta post omnium sanctorum.

1) Fehlt. Matr. 2) Ruyenwoldensis. Matr. 3) seu. Matr.

Nach Dregers Abschrift der Matrikel des Colberger Domkapitels (Löper Mscr. 221) S. 226 Nr. 104; Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1269.

2980.

1315 November 8 Stettin.

Herzog Otto I. stiftet eine Pfründe in der St. Johanniskirche zu Camin und stattet sie mit 16 Hufen in Sommersdorf aus.

In nomine domini amen. Otto dei gracia dux Slavorum et Cassubie ac dominus Stettinensis omnibus Christi fidelibus presens scriptum visuris salutem in eo, qui est omnium vera salus. Condecet revera, ut, quanto divina benignitas plus cetteris nos pretulit, tanto eciam amplius reliquis eam piis elemosinarum largicionibus devotisque obsequiis veneremur. Maturo igitur discretorum fidelium nostrorum usi consilio, ob salutem animarum, videlicet domini Barnim, patris nostri dilecti, necnon fratrum nostrorum karissimorum, domini Bugezlai atque Barnim felicis memorie, pro remedio quoque anime nostre natorumque nostrorum decrevimus novam prebendam in ecclesia catedrali sancti Iohannis baptiste in Camin ordinare, statuere et fundare, appropriantes seu apponentes huic iam dicte prebende sedecim mansos in villa Somerstorp sitos cum omni iure et proprietate cum iure suppremo et declivo et absque omni servicio communi vel privato, renunciantes omni precarie[1]) pecunie seu anone omnibusque exactionibus, que nobis et aliis nostro nomine eos quandam possidentibus in eis verius conpetebant. Ad quam siquidem prebendam predicte ecclesie domini ex consensu venerabilis patris ac domini Henrici, eiusdem ecclesie episcopi, personam eligent ydoneam pro presenti. Qua defuncta, ex predicte redditibus prebende prenarratis dominis singulis annis quatuor servicia fieri volumus, in quibus patris nostri dilecti, domini Barnim, et fratrum nostrorum karissimorum, domini Bugezlai atque Barnim, nostri ac dilecti patrui nostri, domini Wartslai, nostrorumque natorum iam dicti domini memoriam peragere solempniter tenebuntur participantes se invicem de dictis stypendiis ad quamlibet memoriam speciale servicium, quod usibus sepedictorum sane conpetet dominorum. Ne igitur huiusmodi nostra ordinacio, fundacio et proprietatis donacio calumpniam per quosvis posteros paciatur aliqualem, presens scriptum desuper confectum nostri sigilli roboratum munimine erogavimus in testimonium evidens et caucionem firmiorem predictorum. Testes huius sunt venerabilis in Christo pater ac dominus Henricus, Caminensis episcopus, Hildebrandus, ibidem prepositus, dominus Thidericus, abbas Colbacensis, Borchardus, ibidem cellerarius, Olricus, noster notarius, Henricus dictus Pokelent necnon Gerhardus dictus de Bertekow, milites, Hermannus, nostre magister camere, et plures alii fidedigni. Datum et actum anno dominice incarnacionis M° CCC° XV°, sabbato proximo ante Martini episcopi, in civitate nostra Stetin.

1) precaria. Orig.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Stettin s. r. Bistum Camin Nr. 25. Siegel an rosa-grünseidenen Fäden fehlt.

2981.

1315 November 18 Liebenwalde.

Markgraf Johann V. von Brandenburg genehmigt den Verkauf des Landes Bernstein durch Markgraf Waldemar an Herzog Otto I.

Nos Iohannes dei gratia Brandeburgensis et Lusacie marchio recognoscimus publice in hiis scriptis, quod de consensu illustris dominae Annae, ducissae Wrat(islaviensis), nostrae genitricis dilectae, necnon cum consilio honestorum nostrorum consiliariorum expresso contractum venditionis terrae et districtus totius Berenstein celebratum et initum per magnificum principem dominum Woldemarum, marchionem etiam Brandenburgensem, nostrum sororium dilectum, cum inclito principe domino Ottone, duce Stettinensi, nostro patruo sincero, tam in terra ipsa, quam in omnibus iuribus suis et pertinentiis, honoribus, commodis, bonis liberis et infeodatis cum omnibus distinctionibus et limitibus et inter ipsos[1]) limites contentis, de quibus etiam foret specialis mentio facienda, cum omni servitio rustico vel urbano, reali vel personali, cum pratis[2]), lignis, aquis, stagnis, paludibus, pascuis et molendinis et plane, sicut illustris princeps dominus Albertus, marchio quondam Brandenburgensis, noster patruus clare memorie, possiderat[3]), gratum et ratum gerimus per litteras praesentes in toto, in qualibet sui parte, ratificantes et approbantes nichilominus inpheodationem[4]) seu collationem factam dicto domino duci et suis heredibus in praemissis[5]) omnibus et quolibet praemissorum, prout litterae praefati domini Woldemari marchionis suo confirmatae[6]) sigillo publice profitentur, renunctiantes insuper per presentes cum solennitate debita omni iuri et actioni ad ius dictae terrae et omnium attinentium, quae inquam[7]) actio et ius nobis et nostris heredibus et successoribus ad praemissa omnia contenta in hoc scripto et in scriptis praedicti principis Woldemari possent competere nunc vel etiam in futurum. In quorum omnium et singulorum perpetuum testimonium nostro sigillo munire iussimus praesens scriptum. Testes quoque huius facti sunt dicta nostra genitrix, Sloteko[8]), noster dapifer, Busso Gruwelhut[9]), Henningus de Vorland, Busso de Milowe[10]), milites, Io(hannes), in Gorlitz plebanus, et Her(mannus) de Luchow, nostri capellani, cum aliis fide dignis. Datum Lewenwolde[11]) anno domini MCCC quintodecimo, in octava beati Martini episcopi.

[1]) ipsas. A. [2]) praediis. A. praecariis. B. [3]) prepossederat. B. [4]) improhedationem A. inphedationem. B. [5]) promissis. A. [6]) confirmato. A. [7]) in quantum. B. [8]) Schlotheko. A. Slotheke. B. [9]) Gruvelhût. B. [10]) Mylow. B. [11]) Levenvolde. B.

Nach der Abschrift in einem Sammelbande des Reichsarchivs zu Stockholm (Gadebuschs Sammlung A II 2) S. 810 (A); Transsumt des Abts Hatbert von Stolp von 1339 Januar 13 ebendaselbst S. 812 (B); Klempzens Extrakt ꝛc. Bl. 143 v, 148 v.

2982.

1315 Dezember 4 Usedom.

Herzog Wartislaw IV. und seine Mutter Margarete verkaufen dem Kloster Pudagla (Usedom) den alten Klosterhof für 1050 Mark und bewilligen Zollfreiheit für die Handelsgegenstände des Klosters.

Wartizlaus dei gracia dux Slavorum et Cassubie, Margaretaque, eius mater, ducissa, omnibus in perpetuum. Antiqua veterum ac predecessorum nostrorum decrevit industria ac nobilitas principalis honoris nos instruit et informat, ut ea, que per nos iusto modo ordinantur

atque fiunt, dictis testium et scriptis ac privilegiorum instrumentis adeo perhennentur, ut in ipsis postmodum non pateat occasio malignandi. Eapropter scire debet devota presens nacio fidelium et felix successio futurorum, quod nos matura deliberacione nostrorum vasallorum prehabita dilectis nobis in Christo domino Dethardo, abbati, necnon universis fratribus monasterii in Uznem curiam, que Antiquum Claustrum dicitur, quam olim ab ipsis emeramus, rite et racionabiliter vendidimus pro mille et quinquaginta marcis denariorum monete usualis, sicut eam ipsi ab antiquo et nos ab ipsis habueramus et possidebamus, cum omni iure, proprietate et libertate perpetuis temporibus feliciter possidendam cum mansis et agris dicte curie adiacentibus, videlicet agris cum prato rughe koppele dicto a fossato episcopi versus opidum Uznem sito incipientibus, quod vulgariter bischopesgrave dicitur, et omnibus aliis tam in ipso prato, quam in agris predictis contentis, scilicet agris, pratis, pascuis, lignis, paludibus et arbustis, stagnis quoque, rivulis et piscacionibus, videlicet a dicto fossato episcopi trans aquam linealiter procedendo ad oppositum secundi montis, qui dicitur Vosbergh, et inde ultra linealiter transeundo usque ad ultimum fossatum curie Clůne versus Weltzyn et sic ulterius procedendo usque ad lacum Kele, ita tamen quod morantes in Clůne dimidietatem unius tamen tractus infra metas iam dictas, videlicet dum ad arenam claustri trahitur, obtinebunt; relique vero partes stagni predicti extra metas predictas cedunt communiter in usus illorum de Clůne et Weltzyn, item ipsum lacum Kele totaliter totum linealiter procedendo ad recens mare in Smerleke cum licentia figendi clausuras piscium in ostio eiusdem lacus et totum theloneum de omnibus navibus ibidem transeuntibus et per eundem lacum ad castrum Uznem accedentibus. Preterea si dicti abbas et conventus aut ipsorum successores dictam curiam per se suosque incolere non potuerint, quamdiu hereditatem perpetuo non vendiderint, inhabitatores seu coloni ipsius curie ab omni precaria, exactione, servicio et angaria, que nos vel nostros successores tangere quomodolibet possent, liberi penitus maneant et exclusi. Insuper hanc dictis abbati et conventui concedimus libertatem et graciam, ut non solum ipsi vel eorum subditi, verum eciam ementes ab ipsis blada, frumenta vel ligna seu alia quecunque bona libere et absque theloneo, quod nobis aut nostris in posterum deberet successoribus, navigio vel modo quovis alio, quocunque voluerint, valeant deportare. In horum evidens testimonium et stabile munimentum sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Quorum omnium testes sunt dominus Wernerus Lepel, dominus Otto Dransowe, dominus Otto de Bone, milites, dominus Iohannes de Wena, dominus Otto de Crucowe, capellani nostri, Hermannus de Lůbbenowe, Oldagus de Sweryn, Petrus Passuner, armigeri, et alii quam plures fide digni. Datum et actum Uznem anno domini millesimo trecentesimo decimo quinto, in die beate Barbare virginis gloriose.

Nach der Pudaglaer Originalmatrikel Bl. 26 (XXII B) im Staatsarchive zu Stettin (Mscr. I 30); Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1258.

2983.

1315 Dezember 5 Tribsees.

Fürst Wizlaw III. von Rügen verschreibt dem Ritter Hasso Both und einer Anzahl Knappen, die bis 14 Tage nach Ostern in seinen Diensten stehen, zwölf, bezw. zehn Mark Silbers.

Nos Wiz(laus) dei gracia princeps Ruyanorum recognoscimus presentibus protestantes, quod viris strenuis Hassen Bot, militi, et armigeris Elero Bot, Ny(colao) Wiltberghe, Io(hanni) Wokendorp,

Io(hanni) de Schole, Bertoldo Schulten, qui se infra hinc et quindenam post festum pasche[1]) ad nostrum servicium obligarunt, militi XII marcas argenti puri et cuilibet armigero X marcas puri argenti in pretacto termino nomine sallarii promisimus erogare aut secundum communem valorem argenti denarios slavicales. Quod si non fecerimus eis, extunc cum nostris subsequentibus conpromissoribus Grimmis aut Tribuses indifferenter tenemur pro eorum pretacto sallario iniacere non exituri, quin eorum sallarium eis sit persolutum aut de eorum fuerit voluntate. Si autem nostri termini devastarentur, quod absit, incendiis et rapinis, cum nostris conpromissoribus licite exire possumus salva fide, ad iniacendum nihilominus redeundo. Insuper si dextrarios in nostro perdiderint servicio, eos infra octo septimanas ipsis tenemur exsolvere expedite, equos vero alios si amiserint, hos eis persolvemus, sicut ipsos quantocius equitaturos efficiamus. Preterea si, quod absit, in nostro capti fuerint servicio, tunc se pro tali, quod racionabile et equum fuerit, debent redimere, et, cum id fecerint, ab eo, quod promiserint, post infra annum dimidium eos debemus absque iniacencia reddere quitos pariter et indempnes. Pro omnibus premissis firmiter observandis nostri milites infrascripti nobiscum predictis fide media promiserunt, videlicet Io(hannes) de Gristow, Zifridus de Plone, Henninghus de Pudbuzke, Ernestus de Hoykenhagen, Benedictus de Rodenbeke, Io(hannes) Kabolt, Io(hannes) Dotenbergh, Io(hannes) de Bugha et Rikoldus de Smachteshagen. In cuius rei testimonium sigillum nostrum cum sigillis nostrorum conpromissorum presentibus est appensum. Actum et datum Tribuses anno domini M° CCC° quinto decimo, in profesto beati Nicolay confessoris.

[1]) pache. Kod.

Nach dem Codex Rugianus Bl. 20 Nr. 66; Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1265.

Gedruckt Fabricius IV 3 S. 29 Nr. CCCCLXXVII (700).

2984.

1315 Dezember 14.

Ritter Michael Horn stirbt.

Anno domini MCCCXV, dominica Lucie, obiit dominus Michel Horn, miles.

Nach dem Leichensteine in der Kirche zu Ranzin, Kr. Greifswald, gedruckt Oefterding, Pomm. Genealogieen I S. 95.

St. Lucia fiel 1315 auf einen Sonnabend, gemeint ist also wohl der darauf folgende Sonntag.

2985.

1315 Dezember 26 Wollin.

Die Stadt Wollin verkauft in einem Nachtrage zu der Urkunde von 1311 Oktober 16 dem Caminer Domkapitel für eine Vikarie eine jährliche Rente von sechs Mark Wendisch oder $1^1/_2$ Mark Silber für 100 Mark.

Gedruckt oben S. 22 Nr. 2683.

2986.

1315.

Bischof Heinrich von Camin genehmigt auf Bitten des Kapitels der St. Marienkirche zu Stettin die künftige Einziehung der Präbenden, welche der frühere Propst Johann von Soldin und der Protonotar Ulrich, Pfarrer zu Werben, innehaben, sowie aller Minorpräbenden außer den drei durch Herzog Otto I., seine Mutter, Herzogin Mechtilde, und seine Schwester, Mechtilde von Werle, gestifteten.

Heinricus dei gratia Camminensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in domino. Sane honorabiles viri Hil(debrandus), prepositus, God(fridus), decanus, totumque capitulum ecclesie Stettinensis nobis intimarunt, quod prebendarum suarum redditus essent adeo tenues et exiles, quod nullus eorum ex ipsis se posset ullatenus sustentare. Quare nobis humiliter supplicarunt, ut pie ac paterne sollicitudinis affectu eorum inopie ac defectui[1]) oportuno ac gratioso remedio succurrere dignaremur, ita videlicet quod duas maiores prebendas, quas nunc dominus Iohannes, nuper prepositus in Soldin, et dominus Ulricus, plebanus in Werben, prothonotarius illustris ducis domini Ottonis de Stettin, canonici dicte ecclesie Stettinensis, possident, et omnes minores prebendas preter tres, que per illustrem principem, dominum Ottonem, ducem Slavorum, ac eius matrem, illustrem dominam Mechthildem ducissam, ac per dominam beatam de Slavia, sororem dicti ducis, auctoritate nostra sunt fundate, restringere, cassare ac annullare auctoritate nostra ordinaria curaremus, dictis tribus puerilibus prebendis tamen in suo vigore et sub suis titulis duraturis, ita quod dicte due prebende maiores et omnes pueriles, dictis tribus puerilibus exceptis, post obitum personarum eas possidentium exstinguerentur pariter[2]) cum personis, et redditus ipsarum prebendarum cassatarum in augmentum aliarum maiorum cederent prebendarum. Nos igitur animadvertentes, quod spiritualia sine temporalibus subsistere nequeunt, idcirco dictorum canonicorum dicte ecclesie Stettinensis precibus inclinati ac petitionem ipsorum rationabilem recensentes, dictas duas prebendas maiores, quas predicti domini Iohannes et Ulricus, canonici dicte ecclesie, possident, et alias omnes minores prebendas pueriles nostra auctoritate noviter instauratas, tribus puerilibus prebendis, ut premissum est, dumtaxat exceptis, auctoritate ordinaria in nomine domini auctoritate presentium cassamus, irritamus ac annullamus, quin immo cassas, nullas et irritas nunctiamus, volentes quod dicte due prebende maiores post obitum dictarum personarum eas possidentium exstinguant pariter cum personis, idem, si[3]) canonicis minores prebendas possidentibus premori contingerit, antequam maiores prebendas fuerint assecuti in ecclesia Stettinensi, volumus observari, alioquin, preterquam primum ipsi maiores prebendas in dicta ecclesia Stettinensi fuerint assecuti, volumus, quod eo ipso fructus seu redditus minorum prebendarum, sicut et duarum maiorum predictarum prebendarum per nos cassatarum cedant in augmentum antiquarum permanentium prebendarum, ut sepedicti canonici eo liberius domino valeant famulari. Quodsi per predictos canonicos sepedicte ecclesie Stettinensis aut aliquem ipsorum cum quacunque persona, cuiuscunque conditionis existat, in predictis prebendis per nos cassatis, annullatis et irritatis quidquam in contrarium fuerit attemptatum, id auctoritate presentium discernimus irritum et inane ac nullius existere firmitatis. Datum anno domini M° CCC° XV°.

[1]) defectu. Kop. [2]) penitus. Kop. [3]) in. Kop.

Nach dem Kopiare des Marienstifts Bl. 17 v im Archive des Marienstifts (Tit. I Sekt. 1 Nr. 33).

2987.

1315 Oranienburg.

Markgraf Waldemar von Brandenburg verleiht Arre an Lorenz Joneson und seine Erben gegen eine zu Stralsund zu zahlende jährliche Abgabe von 100 Mark Brandenburgisch.

Hertug Voldemar aff Brandenburg forlænte til her Lauritz Jonesøn oc hans arffvinger Arre lænsvis oc skulde hand der aff gifve hannem aarligen 100 marck brandeburgiske mynt til Strolsund. — — — Actum Bötzov.

Nach Hvitfeldt, Danmarckis rigis krønicke S. 385. Auch gedruckt Riedel, Cod. dipl. Brand. II 1 S. 381 Nr. 466.

2988.

1315.

Fürst Wizlaw III. von Rügen verspricht dem Grafen Johann III. von Holstein, ihn mit seinem Bruder Gerhard IV. wegen der holsteinischen und anderer Lande zu vergleichen oder zu ihm zu halten, bis er völlig befriedigt sein werde.

Vitzlaus forskreff sig til her Hennecke aff Holsten, at om hand icke kunde forlige her Geert, Geertis søn i Holsten, oc her Hennecke om Holsten oc andere lande, da skulde hand metstaa Hennecke, at hannem motte fuldgjøris alt hves i greff Geertis breffve findis.

Nach Hvitfeldt, Danmarckis rigis krønicke S. 379.

Gedruckt Fabricius IV 3 S. 24 Nr. CCCCLXVI (689) (deutsch).

2989.

1316 Januar 6 Stralsund.

Zwölf Ritter und 125 Knappen des Landes Rügen schließen mit der Stadt Stralsund ein Bündnis.

In godes namen amen. Wye Prydbor van der Vilmenitz unde Stoyzlaf van Půdbutzk, Hinrik unde Thomas mit der Plathe, Udo van Karowe, Sum van Wittowe, Sambor van Poretz, Hinrik van Reetz, Egghehard Budde, Johan Bruneswic, Johan Viryz, Prydbor van der Lanken, riddere, unde Egghehard van Poreetz, Heyneman van Poreetz, Johan unde Henneke Crakevitz, Moyzlemer Swetzenovitz, Sander Bonowe, Syvert Starkowe, Hinrik unde Bertold van der Ost, Willeken mit der Plathen, Prydbor unde Stoyzlaf van der Lanken, lutteke Thessemer, Claws Wocek, Egghehard Wůstenye, Everhard van der Helle, Henneke Vyriz, Peter unde Prydbor Rodemůnt, Reynold Grundis, Ralic unde Godeschalk Ralekevitz, Zytzebor, Wilke unde Thezlaf Pribenson, Godeschalc, Thonys, Mathies Crassowe, Pribe Gawarn, Henneke Maler, Gote Mortberner, Ludeke unde Bernard Plotze, Claws, Gherard, Frederic, Hinceke Quaaz, Guzlaf Sům, junghe

Sům, Wulvold Wobelkowe, Lodewich Kabolt, Yuris Clawe, Jacob Zabecytz, Wyske, Thezlaf Bistervelt, Thideman Travenmunde, Claws Datzowe, Prybbezlaf Kosen, Thezlaf Zlawcovitz, Henneke Bagghe, Henneke Horst, Tzelmer Sumovitz, Razlaf unde Johan Sumovitz, Hinrik Holzte, Godeke unde Willeke Pynecrůl, Gherard Cook, Claws, Thesdarc Puzdevolk, Peter Lůbbin, Puzdevolk, Werneke, Willeke, Henneke, Claws Bǒlenson, Ghersten, Ludeke Gherste, Henneke Dene, Vartyz, Razlaf Kooth, Hinrik Troche, Claws van Brene, Bertold Crantz, Herman Tzwechovitz, Razlaf Zlawsson, Theschitz Radůskenson, Johan Ghysenson, Thessemer, Grymmezlaf, Mathies van der Lanke, Thessemer Starkewolt, Thessemer Crakevitz, Razlaf Clementevitz, Vicke Westekendorp, Arncke van Vicen, Hinceke, Gothan van Natzevitz, Peter Wedeke, wendesche Vyriz, Thessemer, Henneke, Thesdarc Norman, Hinric, Darghezlaf Trambitz, Hinceke van dem Rode, Henneke Borchardesson, Grote, Ghothe Grote, Guzlaf, Zlaweke Reddemersson, Thezlaf van Uzenym, Thezlaf Wanghelin, Jordan Pape, Prybe, Darsit, Meritz, Hinrik Stryzeman, Pust Tzanthevitz, Pawel Bolenson, Claws Teskevitz, Jordan Mukes, Jacob van Nobbin, Thessemer Kotzevitz, Hinrik, Henneke, Lemmeko Valkener, Hinrik unde Johan van der Wysch, Willeke unde Hinrik van Tzobetzowe, Johan Schacht, Prybbezlaf Kosenson, Henneke Travenemunde, Razlaf Sumovitz, knapen van wapen, unde alle unse erfnamen, de nu sint unde noch tokomende sint, unde alle inwonere des meynen landes to Ruyen bekennen un důn witlic allesweme in dessen openen breven, dat wye mit wiser vordacht uns eweliken hebben vorbunden mit den erafteghen raatmannen, oldermannen unde mit den ghemeynen borgheren unde mit allen eren erfnamen, de nu sint in der stat to dem Stralessunde unde noch komen scholen, unde mit allen inwoneren derselven stat by en eweliken to blivende, erer nymmermer aftogande in al eren noden unde saken, gewelic to blivende by alle deme rechte, als id van oldinghes heft ghewesen in der stat unde in deme lande to Ruyen. Ůppe dat desse dink ewich unde stede bliven, so hebbe wye desse hantvestinghe beseghelet mit unsen ingheseghelen. Desse breve sint ghegheven in der stat to dem Stralessunde in dem jare na godes boorth dusent jar drehundert jar in deme sesteynden jare, to twelften daghe.

Nach dem Originale im Ratsarchive zu Stralsund (Schr. I Schiebl. 24), mit noch 130 Siegeln an 42 Pergamentstreifen. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1282.

Gedruckt v. Bohlen, Geschichte des Geschlechts von Krassow II S. 3 Nr. 5; v. Bohlen, Geschichte des Geschlechts von Bohlen II S. 2 Nr. 5 (Reg.); Klempin u. Kratz, Hufenmatrikeln S. 40; Fabricius IV 3 S. 30 Nr. CCCCLXXX (703). Erwähnt Hans. Urkundenbuch II S. 110 Nr. 269.

2990.

1316 Januar 6 (Stralsund).

Die Stadt Stralsund schließt mit dem Lande Rügen ein Bündnis.

In godes namen amen. Wye raat, olderman unde meynen bůrghere vanme Stralessunde bekennen unde důn witlec allesweme in dessen apenen breven, dat wye mit wyser vordacht uns eweliken hebben vorbunden mit den erafteghen ridderen unde knapen, de nu sint und noch thůkomende sint, und allen inwoneren des meynen landes thů Ruyen by en und deme meynen lande thů blivende, erer nymmermer afthůghande in al eren nôden unde saken gewelc thů blivende by alle deme rechte, als id van olders heft ghewesen in deme silven lande unde in der stat thůme Stralessunde. Ůppe dat desse dingh ewech unde stede bliven, so hebbe wye

desse hantvestinghe beseghelet mit unser stades inghesegele in dem jare na godes boorth dusent jar drehůndert jar in deme sesteynden jare, thů thvelften daghe.

Nach dem Originale im Fürstl. Archive zu Putbus (Nr. 4 b). Das Siegel am Pergamentstreifen ist abgefallen. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1283.

Gedruckt Dähnert, Samml. Pomm. u. Rüg. Landesurk. II S. 7 Nr, 4; v. Bohlen, Geschichte des Geschlechts von Krassow II S. 20 Nr. 6; Fabricius IV 3 S. 29 Nr. CCCCLXXIX (702); Hans. Urkundenbuch II S. 110 Nr. 269 (Reg).

2991.

1316 Januar 13 Stettin.

Herzog Otto I. verpfändet seinem Vasallen Wussow die Bede aus dem Dorfe Staffelde, den dazu gehörigen zwei Krügen und der dabei belegenen Mühle für zwei große Pferde und für fünf andere im Dienste des Herzogs vor Woldegk verlorene Pferde im Gesamtwerte von 300 Mark.

Nos Otto dei gratia dux Slavorum et Cassubie ac dominus Stetynensis recognoscimus tenore presentium publice protestantes, quod fideli nostro vasallo dicto Wossow et suis veris heredibus obligavimus precariam in villa Staffelde cum duabus tabernis et cum uno molendino ibidem adiacentibus pro duobus magnis equis, quos a dicto Wussow accepimus et donavimus nostris fidelibus vasallis, et pro perdicione quinque equorum, quos ante civitatem Woldek in nostro servicio perdidit et amisit, qui duo magni equi supradicti et quinque equi memorati coram nobis pro trecentis marcis usualium denariorum sunt rationabiliter computati. Cum autem decreverimus et nostri successores, quod predicto Wossow fideli nostro et suis veris heredibus voluerimus erogare pecuniam pretaxatam, videlicet trecentas marcas, tunc Wossow et sui veri heredes in nostros usus et nostrorum successorum resignabunt de dicta villa Staffelt et de duabus tabernis et de uno molendino precariam tamquam prius. Ut autem hec premissa a nobis et a nostris successoribus omnibus permaneant inconvulsa, nos presens instrumentum cum nostri sigilli appensione predicto Wossow et suis heredibus duximus largiendum. Huius rei testes sunt dominus Theodericus, abbas de Colbatz, Stange, Gherardus de Bertecov, Hence de Pokelent, Conradus Ubesseko, Tesseko[1]), Hermannus Cillebur, milites, et alii plurimi fide digni. Datum Stetyn anno domini MCCCXVI, in octava Epiphanie domini.

[1]) Tessekow. Dipl.

Nach dem Diplomatarium familiae de Wussow Nr. 11 im Staatsarchive zu Stettin (Mscr. I 47).

2992.

1316 Januar 12 Greifenberg.

Siegfried Lode jun. auf Batzwitz schenkt der Stadt Greifenberg wegen der auf dem Damme Snellemarket begangenen Straßenräubereien einen halben Morgen Wald zu beiden Seiten des Dammes zur Sicherung der Kaufleute und sonstigen Passanten.

In nomine domini amen. Nos Syfridus Lodo iunior de Bassevitze, miles, cum nostris heredibus coram universis Christi fidelibus presencia inspecturis seu audituris recognoscimus manifeste et protestamur, quod animis nostris deliberatis de maturo consilio et consensu

nostrorum amicorum propter morticinia et spolia, que per mortificatores et spoliatores in aggere seu dammo Snellemarket comittebantur, ad securitatem uniuscuiusque mercatoris et probi hominis et pro utilitate terre decrevimus et dedimus discretis viris consulibus ac universitati civitatis Griphenbergh et eorum successoribus ex utraque parte dicti aggeris seu dammi[1]) Snellemarket dimidium iuger lignorum in latitudine et in longitudine usque ad locum, ubi nostre mete ibidem terminantur, cum omni usufructu ad utilitatem ipsorum et ad constructionem[2]) et reparationem[3]) dicti dammi[1]) Snellemarket in perpetuum possidere libere et absque briga. Testes sunt dominus Wolterus de Wedelstede, dominus Vulveko de Ghummetow, dominus Ludolphus de Coldemanse, milites, Hermannus Iungho, Otto de Borentyn, Ywen de Triglow, Wendekinus de Berkow, Gherardus de Vanrow et Hinricus, filius suus, aliique quam plures fide digni. In huius rei recognicionem atque in evidenciam ampliorem presens scriptum dedimus nostri sigilli munimine roboratum. Datum et actum Griphenbergh anno domini MCCCXVI, feria tercia infra octavam Epyphanie.

1) dammis. Abschr. 2) ostructionem. Abschr. 3) recuperationem. Abschr.

Nach der vom Originale, dessen Siegel fehlte, genommenen Abschrift von 1744 im Greifenberger Stadtbuche Bl. 243 im Staatsarchive zu Stettin (s. r. Dep. Stadt Greifenberg Tit. I Sekt. 1 Nr. 1).

2993.

1316 Januar 17 Templin.

Markgraf Waldemar von Brandenburg verkauft dem Bischofe Heinrich von Camin die Orte Rossow und Battin für 716 Mark Brandenburgisch und 1340 Mark Wendisch.

Nos Woldemarus dei gracia Brandenburgensis et Lusacie marchio tenore presencium recognoscimus profitentes, quod reverendo in Christo patri ac domino Hinrico, ecclesie Caminensis episcopo, ac eius capitulo dimisimus et dimittimus villas Rossow et Batyn cum omni iure, libertate, proprietate et dominio[1]), sicut nos easdem possedimus, possidendas, proinde dictus pater reverendus suo et ecclesie sue nomine persolvit septingentas marcas et sedecim marcas argenti Brandenburgensis et ponderis necnon mille trecentas et quadraginta marcas denariorum slavicalium, in quibus argento et denariis dictos episcopum et capitulum quitos presentibus nunciamus. Verum dictas villas recuperare pro predicte pecunie summa infra hinc et diem beate Walburgis possumus. Quodsi non fecerimus, post reemendi nobis non patebit facultas. Et extunc honorabilis vir dominus Hinricus, ecclesie predicte canonicus et decanus Stendalgensis, predictas estimabit villas. Quas si meliores predicta pecunia persoluta nobis reperiret, dictus pater reverendus pro superexcrescente valore pecuniam nobis addet. Si vero easdem villas estimaverit predicta persoluta pecunia minus dignas, superexcrescentem summam sibi superaddemus iuxta taxacionem decani, nostri capellani, prefati. Et ne dubium super premissis alicui homini imposterum oriatur, nostro sigillo muniri fecimus presens scriptum. Testes quoque ad hoc vocati sunt predictus decanus Hinricus et Henninghus de Steghelitz, Henninghus de Blanckenborch, Conradus de Reden, Redeko, marscalcus, nostri milites, cum aliis pluribus fidedignis. Actum et datum Templin anno domini millesimo tricentesimo decimo sexto, sabbato ante diem beatorum Fabiani et Sebastiani martirum proximo.

1) domineo. Matr.

Nach der Caminer Originalmatrikel im Staatsarchive zu Stettin (Mscr. I 8) P. I Bl. 161 v; Caminer Matrikel (Mscr. I 8 a) P. I Bl. 182; Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1279.

2994.

1316 Januar 21 Stettin.

Herzog Otto I. überträgt dem Werner von Steinhaus das Dorf Neuenkirchen zu Lehn.

Otto dei gratia dux Slavorum et Cassubię et dominus in Stettyn universis Christi fidelibus praesentia visuris in perpetuum. Convenit acta principum testibus et scripturae serie in memoria hominum conservari, ne, si in oblivionem perlapsa fuerint, aliquali calumnia valeant impugnari. Hanc ob rem notum esse volumus singulis et praesentibus publice profitemur, quod nos contulimus Wernero de Domo Lapidea necnon suis vęris haeredibus fantibus et non fantibus iusto feudi tytulo villam Nienkerken sitam in terra Stettynensi cum omni iure et utilitate et terminis suis cum pratis et pascuis, aquis, agris cultis et non cultis, perpetue absque omni servitio quiete et pacifice possidendam. Si autem contigerit predictum Wernerum viam universae carnis ingredi, veris haeredibus post se non relictis, filiabus eiusdem Werneri, si aliquas post se reliquerit, contulimus ad tempora vitae ipsarum praenotatam villam Nyenkerken cum omni utilitate et aliis singulis suprascriptis eo modo, quod, si plures filias reliquerit, una discedente pars ipsius bonorum supradictorum alii vel aliis cedet ad tempora vitae ipsius vel ipsarum. Praeterea si saepedicto Vernero discedente et vęros haeredes post se relinquente, huiusmodi haeredes sine haeredibus vęris ipsis succedentibus discesserint, filiabus eiusdem Werneri, si quae supervixerint haec eadem bona contulimus ad tempora vitae ipsarum cum universis superius explicatis. Si autem dictus Wernerus haec eadem bona vendere decreverit, nec filii nec filiae talem venditionem poterunt reclamare. In huius rei firmitudinem sigillum nostrum pręsentibus est appensum. Testes huius sunt domini Thy(dericus), abbas Colbacensis, et Iohannes Polonus, cantor Stettinensis, et dominus Ulricus, sacerdotes, et Hey(nricus) Pokelenthe, miles, et Io(hannes) Wussow et Arn(oldus) Bogemiele et Bernardus Luscus et quam plures alii fide digni. Datum Stettyn anno domini millesimo trecentesimo decimo sexto, ipso die Agnetis virginis.

Nach der Matrikel des Marienstifts Bl. 24 v im Archive des Marienstifts (Tit. I Sekt. I Nr. 1). Abschrift im Diplomatarium eccl. S. Marie Fasc. II Nr. 50.

2995.

1316 Februar 2 Altdamm.

Herzog Otto I. verkauft dem Kloster Colbatz Hof und Dorf Horst für 350 Mark Brandenburgisch und beschreibt die Grenzen dieser Besitzung.

In nomine domini amen. Quoniam facta maiorum ad hoc scriptis mandantur, ne vicissitudine temporum vel mutacione mortalis condicionis oblivioni tradantur aut malorum machinacione hominum depraventur, nos igitur Otto, dei gracia Stetinensis, Slavie, Pomeranie et Cassubie dux, ad noticiam omnium tam presencium quam futurorum presentis adtestacione instrumenti cupimus lucide devenire, quod de maturo consilio et pleno consensu omnium,

quorum consensus superfuerat requirendus, vendidimus rite et racionabiliter et tradidimus religiosis viris nobis in Christo dilectis domino Theoderico, abbati, et conventui monasterii sancte Marie virginis in Colbas pro se suisque successoribus recipientibus et ementibus curiam nostram Horst et villam eiusdem nominis dicte curie adiacentem, quarum fines dinoscuntur esse tales, videlicet ab oriente sunt termini ville Magne Riscow, a meridie termini ville Parve Riscowe, qui a terminis ville Horst et curie iam dictarum taliter distinguntur. Incipiendo itaque a quodam spineto, id est dornbusch, finiente limites Horst et Magne Riscow pergitur inter agros Parve Riscowe et Horst versus occidentem, quousque descendendo attingitur ad fossatum in prato, inde lineariter seu in directum per quasdam arbores, que proprie berken dicuntur, et ultra per quoddam salicium, id est witstruk, finaliter pervenitur ad quosdam palos fossato vulgariter snelgrave nunccupato fixos intra conum, id est ort, fiuvii Blandegast ad longitudinem IIII^or^ virgarum vel circa, per quod fossatum idem fluvius influit in Maduyum, ab occidente termini Mugchendorp et ab aquilone termini opidi Werben, qui in medium stagni Maduwe protenduntur, cum accessibus et egressibus et cum omnibus et singulis, que infra vel intra dictos confines continentur, videlicet agris cultis et incultis, lignis, paludibus, pratis, pascuis, molendinis pro tempore construendis, aquis, rivis, piscacionibus cum stagno Maduwe in longum et latum, prout termini dicte curie et ville Horst protenduntur, cum omnibus quoque proventibus et utilitatibus, qui vel que nunc sunt aut in futurum haberi poterunt de premissis, cum omni iure, iurisdictione, iudicio maiori et minori, ac iure patronatus et cum actionibus omnibus seu requisicionibus nobis ex predictis bonis vel pro ipsis aut ipsis seu ex qualibet eorum parte competentibus cum omnibus libertatibus et proprietatibus, sicud nos dinoscimur hactenus possedisse, pro trecentis et quinquaginta marcis Brandeburgensis argenti, pro qualibet marca argenti IIII^or^ marcas denariorum usualis monete, que in summa fecerunt mille et quadringentas marcas denariorum, nobis integraliter datis, traditis et solutis ac in usus nostros utiles et necessarios conversis. Recognoscimus eciam in hiis scriptis, dictam curiam et villam Horst ac ipsarum incolas ab omni exactione, precaria, angariis et perangariis ac evectione curruum et ab omni servicio publico et privato, quocunque nomine censeatur, perpetuo debere esse liberos et exemptos, renunctiantes nichilominus premissis omnibus et quolibet premissorum nobis seu nostris successoribus in dictis bonis quacunque racione competentibus et omni auxilio iuris canonici vel civilis, quod posset nobis contra premissa vel aliquod premissorum quomodolibet suffragari, et transferimus predicta omnia et singula ad prefatum dominum abbatem et suum conventum pro se suisque successoribus, stipulantes et recipientes ad habendum, tenendum et iuste proprietatis titulo possidendum et, quicquid eisdem aut eorum successoribus placuerit, deinceps perpetuo faciendum, inducentes eos exnunc virtute presentis instrumenti in possessionem corporalem omnium predictorum, promittentes insuper per nos nostrosque successores supradictis abbati et conventui vel eorum successoribus super dictis bonis seu aliqua eorum parte litem, questionem vel controversiam nullo tempore inferre nec inferentibus consentire, sed eadem bona et quamlibet eorum partem tam in proprietate quam in possessione ab omni persona, universitate vel collegio usque in finem legitime defendere, auctorizare et expedire. Et si quo tempore lis, questio vel controversia quocunque modo sepedictis abbati et conventui aut successoribus eorum de dictis bonis aut eorum aliqua parte vel occasione mota fuerit, ipsam litem, questionem vel controversiam, postquam nobis denunctiatum fuerit, in nos recipere et in eadem causa dictorum bonorum defensioni legitime nos referre et[1]) offerre. Quam quidem vendicionem et tradicionem ac omnia et singula suprascripta promittimus sepedicto domino abbati et suo conventui ac

eorum successoribus perpetuo firma, rata et grata habere et tenere et observare et adimplere nec contrafacere vel venire per nos vel per alium seu per alios aliqua racione, causa vel ingenio, de iure vel de facto. Ut autem predicta vendicio et tradicio ac omnia et singula suprascripta et eorum quodlibet robur sorciatur perpetue firmitatis, presentes litteras de nostra certa sciencia cum nostro pendente sigillo fecimus communiri. Testes huius nostre vendicionis et tradicionis ac omnium premissorum sunt dominus Iohannes, cantor ecclesie Stetinensis, dominus Ulricus, canonicus ibidem, Wedegho et Ludolfus dicti de Wedele et Hinricus dictus Pokelente, milites, Hermannus, magister nostre camere, et alii quam plures fide digni. Datum Damb anno domini M° CCC° sexto decimo, in festo purificacionis beate Marie virginis gloriose.

[1]) et fehlt, ist aber wohl zu ergänzen.

Nach der Colbatzer Originalmatrikel Bl. 31 Nr. 129. Erwähnt mit der Jahreszahl 1317 in der Urkunde Herzog Ottos I. von 1342 März 21 ebendaselbst Bl. 30 v Nr. 127. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1277.

Gedruckt v. Wedel, Urkundenbuch zur Geschichte des Geschlechts von Wedel II 1 S. 77 Nr. 130 (Reg.).

2996.

1316 Februar 5 Wordingborg.

Fürst Wizlaw III. von Rügen u. a. verbürgen sich unter Verpflichtung zum Einlager für das von König Erich von Dänemark der verwitweten Fürstin Margarete von Rostock verheißene Leibgedinge.

— — — Hertug Witzlaff skal inddrage til Barth — — — Actum Vordingborg aar 1316, die Agathae virginis.

Nach Hvitfeldt, Danmarckis rigis krønicke S. 385. Gedruckt auch Fabricius IV 3 S. 31 Nr. CCCCLXXXI (705); Meklenb. Urkundenbuch VI S. 190 Nr. 3805.

2997.

1316 Februar 10.

König Erich von Dänemark, Fürst Wizlaw III. von Rügen, Graf Nikolaus I. von Schwerin und Fürst Heinrich II. von Mecklenburg versprechen den Grafen Heinrich und Friedrich von Beichlingen 700 Mark Silber für Unterstützung in Thüringen und Sachsen.

Dei gracia nos Ericus rex Danorum, Wiz(laus), princeps Ruyanorum, Nicolaus, comes de Zwerin, et Hinricus, dominus Magnopolensis, recognoscimus presentibus publice protestantes, quod insigni domino Henrico et domicello Friderico, ipsius filio, comitibus in Bychelingen, pro ipsorum auxilio anni dimidii in districtibus Turingie et Saxonie cum quinquaginta armigeris et totidem dextrariis falleratis, data fide, promisimus septingentas marcas puri argenti ponderis Magdeburgensis duobus terminis in civitate Lubeke exsolvendas et absque inpedimento quolibet extra civitatem deducendas, medietatem videlicet proximo festo pasche presentis anni, residuam

medietatem festo assumpcionis beate virginis immediate subsequenti sub anno incarnacionis dominice millesimo trecentesimo XVI°. Et si negligencia fieret aliquo terminorum, quod absit, nos Ericus, rex Danorum, in Wordingburch vel in Seburgh et nos Wyz(laus), princeps Ruyanorum, in Bard vel Tribuses et nos Nycolaus, comes de Zwerin, in Wittenborch et nos Hinricus, dominus Magnopolensis, in Sternenberch vel Brandeburch obstagium faciemus inde non recessuri, nisi ipsis amicabiliter fuerit satisfactum condicionibus hiis insertis, quod, si predictorum comitum quisquam, quod absit, a nostris adversariis in prelio caperetur, illum nos sine omni suo dampno quitum et liberum faciemus. Si vero ipsi aliquem principem seu dominum nobilem caperent, illum nobis talliandum presentabunt. Preterea si municionem aliquam per nostrorum hostium inpugnacionem perderent, illam equipollentem pecunia restaurabimus vel aliam equipollentem municionem debebimus conparare. Insuper nos Ericus, rex Danorum, prefatum domicellum met decimum milites conpetenti decencia faciemus. In cuius rei testimonium nostra sigilla presentibus sunt appensa. Anno domini prenotato, in die Scolastice virginis. Datum per copiam.

Nach dem Codex Rugianus Bl. 1 Nr. 2; Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1284.

Gedruckt Fabricius IV 3 S. 31 Nr. CCCCLXXXII (706); Meklenb. Urkundenbuch VI S. 190 Nr. 3806.

2998.

1316 Februar 29 Ribnitz.

König Erich von Dänemark, die Fürsten Wizlaw III. von Rügen und Heinrich II. von Mecklenburg und die Grafen Nikolaus I. von Schwerin und Johann III. von Holstein schließen mit dem Erzbischofe Burchard von Magdeburg ein Bündnis gegen die Markgrafen von Brandenburg und ihre Bundesgenossen.

Aar 1316 til Ribenitz, dominica Invocavit, forbant sig kong Erich, hertug Vitzlaff aff Ruyen, Nicolaus Sverinensis, her Henrich aff Mekelnborg oc Johannes, herre aff Holsten, med her Borckert, erchebisp til Magdeborg, at skulde være hannem bistandig imod hver mand, undtagendis hertug Rodolff aff Saxen oc her Otthe oc hans søn Otthe aff Luneborg, imod hvilcken de icke skal lade sig bruge. Erchebispen skal hjelpe dem oc deris anhang der imod med 300 mand, med hans slot, stæder oc lande imod margreffven aff Brandenborrig, her Albret, greffve aff Anholt, margreff Hans aff Brandenborg oc imod de Alvendsløffver, oc kort sagt, emod alle, som os oc vort anhang ville forlegge, undtagendis her Frederich, margreffve til Missen. Hves forbemelte margreffver, vore fiender til trøst, ville dem opsætte imod os, da skal strax erchebispen fryde dem oc anfalde som hans egne wenner, vanseet forrige forbunt. Ingen maa gjøre fred oc udelucke den anden; dog om nogen af os kand fly den anden minde eller ret, skal det skee, ellers skal vi komme hver andere til hjelp. Fordrer erchebispen os, skal vi komme hannem til hjelp med 200. Naar de komme i hans land, skal hand forsørge dennem; den fordeel, som skaffis, skal skifftis effter mandtallet. Erchebispen skal tjene os med 100 vebnede paa hans egen skade oc eventyr, vor omkostning. Fordeelen, som skaffis, skal den beholde forneffnde hjelp fordrer. Andet bytte skal skifftis effter mandtallet. Slot oc fester, som indtagis, skal tilhøre, den de tilhøre. Ydermere til besoldning ville vi gifve erchebispen 3000 marck, hvor af 1000 marck til Brunsvig skulle betalis til jul, det andet tusinde til

S. Hans baptistae, oc tredje part til Mortens dag. Fick hand icke pengene, da skulle kong Erich inddrage til Vordingborrig, første Vitzlaff til Tribezes, her Henrich til Sterneborg eller Brandenborg.

Nach Hvitfeldt, Danmarckis rigis krønicke S. 386. Sonst gedruckt Schwartz, Pomm. Lehnshistorie S. 292; Riedel, Cod. dipl. Brand. II 1 S. 386 Nr. 471; Fabricius IV 3 S. 32 Nr. CCCCLXXXIII (707) (deutsch); Mecklenb. Urkundenbuch VI S. 194 Nr. 3812; v. Mülverstedt, Cod. dipl. Alvenslebianus I S. 205 Nr. 378; Cod. dipl. Anhaltinus III S. 203 Nr. 311.

2999.

1316 März 7.

Herzog Otto I. befreit den Hof in dem dem Kloster Colbatz gehörigen Dorfe Falkenberg nebst acht Hufen von jeglicher Abgabe.

In nomine domini amen. Nos Otto dei gracia dux Slavorum et Cassubie ac dominus in Stetyn omnibus in perpetuum. Magnificencie pietas principalis hiis in munere providere debet habundancius, qui religiosa liberalitate voluntati principum se devotos exhibent et eorum graciam optinere meritis infatigabiliter elaborant. Eapropter notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod ad instanciam reverendi viri domini Theoderici, abbatis in Colbaz nobis familiarissimi, ac eiusdem monasterii conventus curiam in villa eorum Walkenberch cum octo mansis ab omni exactione, precaria pecuniaria et frumenti et omni tributo alio et a qualibet servitute curruum et evectionis et a quolibet onere servitutis alio publice vel private perpetuis temporibus fecimus liberam et exemptam. In cuius rei testimonium presentem litteram dedimus nostri sigilli munimine roboratam. Testes huius nostre donacionis sunt dominus Iohannes dictus Polonus, cantor, et dominus Ulricus, canonicus in Stetyn, dominus Henricus dictus Pokelente miles, Tesseko, Hermannus dictus Sylebur et alii quamplures fidedigni. Datum anno domini M° CCC° sexto decimo, in dominica qua cantatur Reminiscere.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Stettin s. r. Kl. Colbatz Nr. 6. Siegel des Ausstellers (beschädigt) am Pergamentstreifen. Abschrift in der Colbatzer Originalmatrikel Bl. 7 v Nr. 21.

3000.

1316 März 7.

Herzog Otto I. schenkt dem Kloster Colbatz eine Hofstelle oder Waldparzelle bei Woltersdorf.

In nomine domini amen. Nos Otto dei gracia dux Slavorum et Cassubie ac dominus in Stetin omnibus in perpetuum. Eorum, que a principibus fiunt, in lapsu temporis facilius apud posteros reviviscit memoria, si scripturarum testimonio ac subscripcione testium vegetantur. Eapropter notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod dilectis nobis in Christo conventui ac fratribus monasterii in Colbas obtentu familiarissimi nobis viri domini Theoderici, eiusdem monasterii abbatis, dedimus et tradidimus iure proprio sive iuste proprietatis titulo quandam partem aree sive[1]) predium lignorum adiacencium terminis ville Woltersdorp cum

omni iure et utilitate et cum advocacia perpetuo libere possidendam. In cuius rei testimonium presentem litteram dedimus nostri sigilli munimine roboratam. Testes huius nostre donacionis sunt dominus Iohannes dictus Polonus, cantor, et dominus Ulricus, canonicus in Stetin, dominus Hinricus dictus Pokolente, miles, Tesseko, Hermannus dictus Sylebur, et alii quam plures fide[2]) digni. Datum anno domini M° CCC° XVI°, in dominica qua cantatur[3]) Reminiscere.

1) sive aream. Matr. 2) fide fehlt. Matr. 3) cantabatur. Matr.

Nach der Colbatzer Originalmatrikel Bl. 20 Nr. 80.

3001.

1316 März 12 Prenzlau.

Nach 1317.

Das Nonnenkloster zu Prenzlau urkundet über eine ihm von den Prenzlauer Bürgern Arnold von Kalen, seinem Bruder Johann Brabant und dessen Frau Margarete gemachte Schenkung von 50 Pfund Brandenburgisch, die später vom Bischof Konrad IV. von Camin bestätigt wird.

— — — — — — — — — — — — — — — — — — — —

In quorum evidentiam sigillum venerabilis domini H(enrici), ecclesie Caminensis episcopi, ac Io(hannis), prepositi Gramzowensis, una cum sigillo nostro presentibus est appensum. Datum et actum in Printslavia anno domini M° CCC° XVI°, in die beati Gregorii pape, presentibus viris ydoneis et honestis.

Nos ergo Conradus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus omnia supradicta iuste ac deifice ordinata pensantes ipsa auctoritate nostra cum testimonio appensionis nostri sigilli in domino confirmamus.[1])

1) Nos ergo — confirmamus von anderer Hand.

Nach dem Originale im Stadtarchive zu Prenzlau (Nr. 39) mit den Siegeln des Nonnenklosters und des Propsts Johann von Gramzow an Pergamentstreifen. Das Siegel Bischof Heinrichs ist nicht vorhanden, dagegen hat Bischof Konrad IV. als er die Schenkung bestätigte, sein Siegel am Pergamentstreifen angehängt.

Gedruckt Riedel, Cod. dipl. Brand. I 21 S. 116 Nr. 38.

3002.

1316 März 23 Rendsburg.

König Erich von Dänemark, Fürst Wizlaw III. von Rügen, Herzog Erich I. von Sachsen-Lauenburg, Bischof Hermann II. von Schwerin, Fürst Heinrich II. von Mecklenburg und die Grafen Nikolaus I. und Heinrich III. von Schwerin versöhnen sich mit den Fürsten Nikolaus II., Johann II. und Johann III. von Werle und nehmen diese in ihren Bund gegen die Markgrafen von Brandenburg auf.

Aar 1316, tisdagen efter midfaste, — — — konning Erich aff Danmarck, hertug Vitzlaff aff Ryen, hertug Erich aff Saxen, bisp Herman aff Sverin, Henrich, herre aff Mekelnborg, Nicol(aus) oc Henrich, greffver aff Sverin, bekjende udi it deris brieff, at imellem dem oc deris

hjelper, paa den ene, Nicolaum, Johan oc Hennecke, herrer aff Verle, paa den anden side, er saaledis dagtinget. Greff Henrich aff Sverin skal bliffve løs aff hans fengsel med alle hans tjenere oc soldener, som haffve været vor hjelpere udi denne krig imod de forneffnde aff Verle. Saa mange som haffve udloffvet penninge oc rantzun, oc icke end betalet er, skulde være fri derfaare. Her Johan v. Verle skal oc komme løs med tjenere oc soldater, borger oc bønder, som i denne krig fangne ere, saa mange som vi ere mectige. Forneffnde de aff Verle sætter kongen aff Danmarck oc her Henrich aff Mekelnborg det huus, slot oc land til Malkin udi pant med all ret for 10 000 lødige marck sølff, dog med den beskeed, de maa løset inden 6 aar fra jul regnendis. Vi skal slippe det lige, som vi det hafve annamet, naar de 6 aar ere forbi. Løsis det icke da, skal vi beholde forneffnde land. Hves saa skeede, at det hus i Oldenborg bleff sold, vundet eller i andre maader kom til de herrer aff Verle, da skal vi konning Erich oc her Henrich aff Mekelnborg oc vore arffvinge beholde huset oc slottet med det caspel Lusicke oc med de grentzer, som ligger til samme caspel. Ydermere vi forneffnde herrer alle skulle aldrig gjøre nogen fred med margreff Voldemar oc margreff Johan, førend vi haffve hulpet de herrer aff Verle til det nyar hus igien til Fredehagen med alle grentzer, med jact, søer, med mand oc tjenere, som der til laa med all nytte. Vi skal ey heller gjøre nogen fred eller dagtinge med margreffverne, før de haffve vederlagt os vor skade oc fengsel paa vore mend oc soldener oc anden skade skeed, som vi haffve lidt, før oc siden i denne krig, som hver redeligen kand bevise. De herrer aff Verle skal icke lade dem sone eller fordrage med margreffven, før her Vitzlaff, første aff Ryen, hand hafver sine rette grentzer, slot oc lande, oc vi Henrich, herre aff Mekelnborrig, veed oc saa vore grentzer, slot oc lande fra margreffven, oc margreffven hafver betalet os oc vore, den skade vi kand bevise, uden det skede med vor synderlig vilje. Ydermere vi konning Erich, første Vitzlaff, Henrich aff Mekelnborg oc de herrer aff Verle, hver os skulle hjelpe hver andre, hvor behoff gjøris, paa denne side vandet med 200 mand paa vor egen kost oc skade. Skaffer vi fromme paa slotte at indtage eller ved tingelse, der skal vi deele effter mandtallet. Drog margreffven i vort land eller nogen paa hans vegne, da skal vi komme hver andre til hjelp med all vor mact, som vi hafve paa denne side søen, paa vor egen skade, kost, forlijselse oc fromme, at deele effter mandtallet. Ydermeere der som nogen misforstand kom imellem os selff indbyrdis, kand nogen aff os da hjelpe hin anden, skal vi være forplict inden 2 maaneder at staa til minde eller rette. Vil icke veder-parten lade sig sige, da skulle vi være hver andre behjelpelig, som forskrefvet staar. Det hus oc land til Stovenhagen[1]) det skal vi herrer sige en ny ret om, men vil hertug Ottho der ofver de herrer aff Verle nogen wret gjøre oc wold, saa skal alle vi herrer hjelpe den aff Werle med all vor mact paa denne siden søen. Hafve vi forneffnde hver andre noget fortenckt udi denne offveriøb, da skal oc hver forlade den anden. Hvad vi konning Erich er de herrer aff Verle skyldige, det skal vi betale dem til S. Mortens dag først kommendis, oc vi konning Erich skal lade vor ohme, her Hennecke aff Werle, faa sin arffve igien udi Danmarck; om den aff Werle, hans mænd oc tjener skylde os kong Erich, eller vore mend skylde hans aff Werle mend, da skal der tho aff Danmarck oc tho aff Werle hans mend kjende der om. Tvister den aff Werle med vore mend, da skal der fire aff begge voris tilkeysis der om at skelne. Vi forneffnde herrer haffve oc forbundet os troligen, at bliffve hos hver andre til ævig tid med hjelp oc bistand. Item hafve vi Henrich aff Mekelnborg for sig selff, kong Erich oc her Witzlaff aff Ryen, oc vi for os selff, lofvet oc opdraget for vor vetter, den aff Werle, det ampt Sterneborg med all nytte; vi skal om Sterneborgs tilsigelse oc grentzer med nogle aff

vore raad tilsammens komme, at sige om grentzerne, hvad som ret er. Hvem som retten tilfalder, hand skal forneffnde slot oc ampt oc hvad der til hører, saa lenge beholde wberørt, indtil de aff Werle er kommen til, hves som dennem bør at hafve med rette. Til forvaring hafve alle parterne underskreffvet til Rendersborg med dem hertug Erich aff Saxen, greff Guntzelin til Sverin, de greffver aff Holsten, greff Geert aff Rendersborg, greff Adolff aff Skovenborg, greff Henning[2]) aff Pløne oc disse riddere her Ebbert aff Kromon, her Johan Rosendal, her Lyzowe der yngre, her Reimart aff Wedele, her Bernert aff Molzan, her Bernhart Hasenkopf, her Henrich aff Gudskov, her Bolte aff Ekelforde, her Johan Bylov, her Hennicke aff Glicken, her Ficke aff Belove, her Johan Storm, her Reimar aff Plesse, her Berthel Preen, her Benedictus aff Rødebeck, her Gotscalck Preen, her Heinne af Stralendorb den yngre, her Hermand aff Ørdtzen, her Ottho von der Lav, her Johan Bernekow.

[1]) Skovenhagen. Hvitf. [2]) Henrich. Hvitf.

Nach Hvitfeldt, Danmarckis rigis krønicke S. 387. Sonst gedruckt Riedel, Cod. dipl. Brand. II 1 S. 382 Nr. 469; Fabricius IV 3 S. 32 Nr. CCCCLXXXIV (708) (deutsch); Lisch, Urkundensammlung zur Geschichte des Geschlechts von Maltzahn I S. 238 Nr. 111 (Ausz.); Lisch, Geschichte des Geschlechts von Oertzen I S. 74 Nr. 47 (Ausz.); Meklenb. Urkundenbuch VI S. 198 Nr. 3818; v. Wedel, Urkundenbuch zur Geschichte des Geschlechts von Wedel I S. 66 Nr. 3 (Reg.).

3003.

1316 April 10 Barth.

Fürst Wizlaw III. von Rügen bekennt, daß sein Vater Fürst Wizlaw II. einem Altare in der Kirche zu Prohn vier Hufen in Günz geschenkt habe und sichert deren Genuß dem Altargeistlichen frei von allen Lasten.

[Omnibus] presens scriptum [cernentibus] Wizslaus dei [gracia princeps Ruyanorum] salutem in domino sempiternam. Quoniam pater noster dominus [Wizslaus], quondam princeps Ruyanorum [bone memorie], cum consensu nostro necnon fratris nostri dilecti domini Zambyur felicis recordacionis proprietatem quatuor [mansorum in] villa Gosenize dicta sitorum cum omni iure et utilitate perpetue donavit ad altare pro salute eterna [optinenda ac] pro remedio [suo] ac omnium suorum amicorum propinquorum ad honorem omnipotentis dei et gloriose [matris] sue virginis Marie in ecclesia Perūn, Zverinensis dyocesis, sine omni preiudicio et gravamine plebani eiusdem ecclesie officiandum, volentes, quia, que ad cultum divinum tribuuntur, ad donatorem multipliciter revertuntur, ut dicti quatuor mansi liberi ab omni nostra et successorum nostrorum perturbacione cum omni iure in campis, pascuis, silvis, pratis, agris cultis et incultis pariter et colendis a sacerdote, qui predictum altare tenuerit a nobis et nostris successoribus, commode et pacifice possideantur et ab omnibus angariis precariarum, structura urbium et pontium, iudicii maioris et minoris penitus sint exempti. In quorum testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes sunt Sifridus de Plone, Iohannes de Grizstowe, Benedictus de Rodenbeke, Conradus de Dotenberch, Ernestus Budde, Hinricus de Dechowe, Reynfridus de Penize, Nicolaus de Divize, marscalcus noster, Thi(dericus) de Sukowe, Thi(dericus) Bere et filius eius Vicko, Iohannes Dotenberch, milites nostri, Otto Slo[re], plebanus in Sundis, Nicolaus de Starkowe, plebanus in Bard, Albertus, plebanus in Gartz. Datum anno domini millesimo CCC° XVI°, in vigilia pasche, in Bard.

Nach dem durch Moder beschädigten Originale im Archive der St. Marienkirche zu Stralsund im dortigen Ratsarchive (Schr. II Schiebl. 16). Das Siegel ist abgefallen. Die in [—] gesetzten Stellen sind nach dem Kopiare der St. Marienkirche Nr. 59 ebendaselbst ergänzt.

Gedruckt Fabricius IV 3 S. 34 Nr. CCCCLXXXV (709); Lisch, Urkunden zur Geschichte des Geschlechts von Behr II B S. 46 Nr. 160.

3004.

1316 April 12.

Die Stadt Stralsund verkauft dem Colberger Bürger Konrad Witte eine jährliche Rente von je 230 Mark Wendisch für 2300 Mark unter Vorbehalt des Wiederkaufs nach sechs Jahren.

In godes namen amen. Allen luden, den desse hantvestinghe kumt[1]) to sende oder to horende, de ratman unde de olderman unde de menen borghere der stat tome Stralessunde ewighe salecheyt an gode. Witlik unde openbare sie allen den gene, de nu sint unde noch tokomende sint, dat wi hebben vorkoft eyneme herliken manne heren Conrade Witten, eneme borghere van Colberghe, unde sinen rechten erfnamen rente tve hundert marc unde drittich marc wendescher penninghe umme dre unde twintich hundert marc penninghe der silven munte, de wi in user stades nût hebben ghekert to ses jaren al umme, de nu neghest anstande sin, de wi scholen binnen in der stat tome Sunde aller jarlikes in der hochtit[2]) to paschen deme silven heren Conrade unde sinen rechten erfnamen eder eren wiscen boden redeliken utrichten, also dat de vorbenomeden rente unde dat hovetgoed nener hande borden user stat scholen dreghen an schoete, an wake, an beschattinghe noch an niner hande ungheldé noch besvarnisse, al de wile dat her Conrad use borgher nichit en is unde sine erfnamen. Vortmer welkeme copmanne oder borghere, van welkeme lande he si ader van welker stat, her Conrad de sulven rente verghift, verkopet, verschichtet, deme schole wi use wisce breve gheven beseghelet mit use stades ingheseghele willechliken uppe de sulven rente. Were dat also, dat her Conrad unde sine erfnamen woneden in jenegher stat, de user stat vient were, ader under jeneghen heren, de user stat vient were, doch scolde wi heren Conrade unde sinen erfnamen ader eren wiscen boden de vorbenomeden rente utrichten sunder jenegherhande wederstal unde hindernisse, also dat de rente mit deme hovetgoede en scal zekerliken volghen ute der stat, dat nen here, nen vorste, noch jenech minsche dat moghe hinderen ader keren. Vortmer verbinde wi us, were dat also, dat wi de vorbenomeden rente tvehundert marc unde drittich binnen ses jaren nichit weder koften umme dat silve ghelt, dre unde tvintich hundert marc, so scholde de rente ere rechte stede cop bliven eweliken, to verghevende, to vercopende, to versettende, weme se willen, sunder heren, vorsten, ridderen, papen, eweliken to besittende, kindes kint to ervende unde van slechte in slechte. Vortmer wolde her Conrad ader sine erfnamen de rente vorcopen, so scholden se us ersten de rente weder beden umme dat silve ghelt. Uppe dat desse dinc stede unde vaste bliven, so henghe wi user stades ingheseghel an dessen bref. Thughe desser dinc sint ratman unde oldermanne, de to deme male weren in deme rade her Conrad heren Reders, her Herman Witte, her Bertram Travenemunde, her Johan van Meppen, her Johannes Cranz, her Detmer Schulowe, her Gerwin van Zemelowe, her Jacob van Crispin, her Hinrik van deme Rode, Johan Wenthusen, Hinrik unde Herman Papenhagen, Ludeke Ghysensone, Bertold de Witte, Albrecht Sachtelevent, Thideman van Culpen, Godeke Cruse, Godeke Lensan, Hinrik van der Cippeken, Conrad Voeghe, Conrad Voyt, Hinrik van Dalvitze, Mertin Wokenstede, Hinrik van Zemelowe, Bernard van Dorpen, Jo(han) Goldoghen, Hinrik van Lothen, Albert Rockut, Gerhardus Langhedorp, Gerhardus Lowe, ratmanne, vortmer Claus van Vellin, Bertold Soltwedele, Ludeke Cusfelt, Herman Lindowe, Borchard Atchers, Hinrik Pukenberch, Hinrik Borneholme, Johan Witte, Johan Schuleke, Johan Weghener, Brendeke Bruch(usen), Thideman Borsin, Peter Rustowe, Jo(han) Vorkenbeke, Jo(han) Svarte, Herman

Stenhaghen, Thideman Rockut, Bernard Welinc, Jo(han) Wlf, Meyneke Vleschower, Hinrik Hovesche, Jo(han) Papenhagen oppe dem Orde, Bernard Vleminc, Herman Peyne, Thideke de Ruja, Bernard van Norweghen, oldermanne. Desse bref is ghegheven unde ghescreven na godes bort dusent jar drehundert jar in deme sesteyenden jare des manendaghes in der hochtit[2]) to paschen.

[1]) kunt. Stadtb. [2]) hochtik. Stadtb.

Nach dem zweiten Stralsunder Stadtbuche (1310 ff.) Bl. 20 r.

Gedruckt Fabricius IV 3 S. 34 Nr. CCCCLXXXVI (710); Ebeling, Das zweite Stralsundische Stadtbuch (1903) S. 36 Nr. 328.

3005.

1316 April 14 Colberg.

Bischof Heinrich von Camin bestätigt den von dem Colberger Bürger Heinrich Siegfried gestifteten und mit dem vierten Teile von Rossenthin dotierten Altar St. Martini in der St. Marienkirche zu Colberg.

Hinricus dei gracia Camynensis ecclesie episcopus omnibus presencia visuris Christi fidelibus salutem in domino. Pie devocionis affectui, ut robur perpetue firmitatis accipiat, dignum est, confirmacionis beneficio suffragari. Hinc est quod dilectus nobis in Christo vir discretus Hinricus Cifridi, civis Colbergensis, pia motus devocione, videlicet propter divini cultus aucmentum, quoddam altare in ecclesia Colbergensi ex unanimi consensu honorabilium virorum prepositi, decani tociusque capituli eiusdem ecclesie in honorem sancti Martini episcopi cum suis certis redditibus perpetuis, scilicet quarta parte ville dicte Rossentyn site in territorio Colbergensi cum omni suo iure et iurisdictione maiori et minori, manus et colli, cum omnibus proventibus, usufructu infra suos terminos, pascuis, pratis, paludibus, molendinis, piscacionibus, aquarum decursibus, nemoribus, lignis, cespitibus, agris cultis et incultis et generaliter sicut Hinricus eam dinoscitur hactenus possedisse, excepta quarta parte montis, qui dicitur Cuscenbergh, pro salute anime sue parentumque suorum duxit erigendum, supplicans nobis humiliter et devote, quatenus huius altaris erectionem seu fundacionem confirmare dignaremur. Nos itaque advertentes, quod tam vigor equitatis quam racionis ordo postulat, ex sollicitudine nostri officii perduci debitum ad effectum, cum a nobis petitur, quod iustum fuerit et honestum, ipsius precibus inclinati, dicti altaris erectionem seu fundacionem approbamus, instauramus atque auctoritate ordinaria presentibus in nomine domini confirmamus, inhibentes nichilominus sub pena anathematis, ne quisquam huius altaris erectionem rite et racionabiliter factam per Hinricum Cifridi, predictum civem Colbergensem, seu nostram confirmacionem molestare presumat aut infringere quoquomodo. Testes huius sunt dominus Fredericus, prepositus ecclesie Colbergensis, dominus Godfridus, decanus, dominus Helmoldus, custos, dominus Lodewicus, scolasticus, magister Conradus, Hinricus de Roknitze, dominus Herderus dictus Ghemelyn, dominus Conradus de Nova Ecclesia, canonici Colbergenses, Iohannes Stekelinch, Nicolaus Bawrus et alii quam plurimi fide digni. Datum et actum Colberghe anno domini millesimo CCC° sedecimo, feria quarta festi pasche. In cuius evidenciam cerciorem nostrum sigillum presentibus appendi fecimus et apponi.

Nach Dregers Abschrift der Matrikel des Colberger Domkapitels (Loeper Mscr. 221) S. 301 Nr. 132; Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1286.

3006.

1316 April 14 Colberg.

Bischof Heinrich von Camin bestätigt den von den Testamentsvollstreckern des Colberger Bürgers Bertold Witte gestifteten und mit dem vierten Teile von Rossenthin dotierten Altar St. Bartholomäi in der St. Marienkirche zu Colberg.

Hinricus dei gracia Camynensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus presencia intuentibus in perpetuum. Iuste devocionis affectui, ut robur firmitatis accipiat perpetue, dignum est confirmacionis beneficio suffragari. Hinc est quod dilecti nobis in Christo Conradus Albus, Godwinus de Salice et Conradus dictus Berhals, cives in Colbergh, testamenti Bertoldi Albi pie recordacionis executores, ex benivolo et unanimi consensu honorabilium virorum dominorum prepositi, decani tociusque capituli ecclesie Colbergensis propter divini cultus augmentacionem quoddam altare in ipsa ecclesia Colbergensi in honore beati Bartholomei apostoli cum suis certis redditibus, videlicet quarta parte ville Rossentyn cum omni suo iure et iurisdictione maiori et minori, manus et colli, cum omnibus proventibus, usufructu infra suos terminos, pascuis, pratis, molendinis, piscationibus, aquarum decursibus, nemoribus, lignis, sespitibus, agris cultis et incultis et generaliter, prout Iohannes Chemelyn pie memorie et sui heredes dinoscuntur hactenus possedisse, pro salute animarum dicti Bertoldi, sue uxoris, parentum heredumque suorum, quemadmodum prefatus Bertoldus ipsis in extremis commiserat, erexerunt, supplicantes nobis humiliter et devote, quatenus huius altaris erexionem seu fundacionem confirmare dignaremur. Nos itaque advertentes, quod tam vigor equitatis quam ordo exigit racionis, ex sollicitudine nostri officii perduci debitum ad effectum, cum a nobis petitur, quod iustum fuerit et honestum, ipsorum precibus inclinati, dicti altaris erectionem seu fundacionem approbamus, instauramus et in nomine domini auctoritate ordinaria presentibus confirmamus, inhibentes sub pena anathematis, ne quisquam dicti altaris fundacionem rite et rationabiliter factam seu nostram confirmacionem molestare presumat ac infringere quoquomodo. Testes huius sunt honorabiles viri domini Fredericus, prepositus, Godfridus, decanus, Lodewicus, scolasticus, magister Conradus, Hinricus de Rokeniz, Herderus Gemelyn et Conradus de Nyenkerken, canonici Colbergenses, Gherardus, Mathias et Iohannes Martini, vicarii, et quamplures alii fide digni. Actum et datum Colbergh anno domini millesimo CCC° sedecimo, feria quarta festi pasche.

Nach Dregers Abschrift der Matrikel des Colberger Domkapitels (Loeper Mscr. 221) S. 289 Nr. 126; Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1287.

Gedruckt Wachsen, Geschichte der Altstadt Colberg S. 352.

3007.

1316 April 16 Prenzlau.

Herzog Otto I. verleiht den Rittern Henning von Blankenburg, Bertram und Grifeko von Greifenberg Bede und Wagendienst in Ruhlsdorf.

Wie Otto von der gnaden godes herttoghe der Wenden unde Cassuben bekennen in desseme oppenen brive, dat wie verkoft hebben die bede unde den waghendinst in deme dorppe tu

Rulevestorpp unde med alle deme dinste, die plecht unde komen mach ud anderen dorppen den achtbarn ridderen hern Henninghe von Blankenborch, hern Bertram unde hern Grifeken von Grifenberch unde gheleghen mid samender hand. Des hebben die selve riddere uns vor jowelke huve ghegheven tein marck wendesscher penninghe. Wie moghen ock wedderkopen, oft wie willen, binnen ses jaren die bede unde den waghendienst des vorbenumeden dorppes umme dat selve gheld, dat sie uns darumme ghegheven hebben, jo vor jowelke huve tein marck wendesscher penninghe, also dat vorbenumed is. Wie bekennen ock vorbat in disseme oppenne brive, so wenne wie dat gheld bered hebben al tu male den vorbenumeden ridderen van deme daghe vord over twe jar, so scolen die selve riddere die bede unde den waghendinst unde den anderen dinst, die dar ave komen mach, van deme selven dorppe tu Rulevestorpp opnemen tu orer nud. Swen aver die twie jar denne umme komen sin, so scal die bede unde dinest des selven dorpes unse weder sin unde an uns valle. Unde up dat desse vorbenumede ding gans unde stede blive, so hebbe wie dissen brif scriven laten unde beseghelled med unseme inseghelle. Disse brif is ghegheven in der stad tu Prinzlaw na der bord godes dusend jar driehunderd jar in deme sosteinden jare, des vridaghes in der pascheweken. Desser dinghe der sind tughe hern Jan Polen, unse cappellan, die prost von Stetin, hern Bernard von Nighenkerken, her Wedeghe von Wedele, her Curd Ubesco, her Ricbrecht von Berlyn, her Teslaw von Bevenhusen, und her Olrick, unse scriver, unde velle ander bederve lude, den wol tu truwende steid.

Nach dem Originale im Geh. Staatsarchive zu Berlin s. r. Ruhlsdorf Nr. 1, mit einem Siegelbruchstücke am Pergamentstreifen.

Gedruckt Hoefer, Auswahl der ältesten Urkunden in deutscher Sprache S. 113 Nr. 39; Riedel, Cod. dipl. Brand. I 11 S. 302 Nr. 5; v. Wedel, Urkundenbuch zur Geschichte des Geschlechts von Wedel II S. 77 Nr. 131 (Reg.).

3008.

1316 Mai 1 Greifswald.

Die Stadt Greifswald verkauft dem Colberger Bürger Konrad Witte für 1000 Mark eine jährliche Rente von 100 Mark.

Nos consules et commune civitatis Gripeswold presencium serie recognoscimus publice protestantes, nos rite et racionabiliter vendidisse honesto viro domino Conrado Albo, burgensi Colbergensi, redditus centum marcarum denariorum slavicalium a festo beati Martini nunc proxime venturo ad quinque annos pro mille marcis denariorum eiusdem monete in quolibet festo beati Martini. Infra dictum terminum quinque annorum ipsos redditus C marcarum denariorum predicte monete infra civitatem Lubeke vel intra muros civitatum Stralessund vel Gripeswold, ubicunque istorum locorum elegerit, dicto domino Conrado vel suo legitimo procuratori in nostris laboribus erogare[1]) et exsolvere promisimus et expensis, dubiis et protraxionibus omnibus postergatis. Si vero dictos reditus C marcarum denariorum monete predicte pro mille marcis denariorum ipso festo beati Martini, transactis quinque annis, ut predictum est, a predicto domino Conrado non reemeremus vel a suis veris heredibus, extunc predictos[2]) redditus C marcarum denariorum ad ipsum Conradum, suos heredes legitimos et amicos vel eos[3]), quibus

vendiderit, dederit aut legaverit, pro iuste empcionis titulo perpetualiter recognoscimus pertinere, quibus annis singulis in festo predicto erogare et exsolvere tenebimur, prout est superius enarratum, contradictione qualibet amputata, et hiis, quibus dictus dominus Conradus ipsos redditus in perpetuum tollendos vendiderit, dederit aut legaverit, ipsis vel ipsi privilegia super hec confecta innovabimus, sicut eidem domino Conrado duo privilegia super eisdem redditibus confecta sigillo nostre communitatis fecimus roborari. Datum et actum Gripeswold anno domini M° CCC° XVI°, Philippi et Iacobi apostolorum.

1) erogare fehlt. Stadtb. 2) predicti. Stadtb. 3) eis. Stadtb.

Nach dem ältesten Greifswalder Stadtbuche (Lib. memorabil. XIV) Bl. 45 v.

3009.

1316 Mai 12 Barth.

Fürst Wizlaw III. von Rügen verschreibt mehreren Barther Bürgern eine Rente von 56 Mark aus seinen Gütern in Hermannshagen und Bartelshagen für 466½ Mark Wendisch unter Vorbehalt des Wiederkaufs.

Nos Wizlaus etc. recognoscimus etc., quod dilectis nostris burgensibus in Bard, Hin(rico) videlicet dicto Nenningh pro centum et quinquaginta quatuor marcis et Hinrico Stregen pro octuaginta quinque marcis necnon Stephano de Rubis pro centum et XVI marcis et parvo Rotchero pro centum et XII marcis denariorum slavicalium, quibus eis obligati fuimus, quinquaginta marcarum cum XII solidis[1]) redditus dimisimus ac obligavimus in nostris bonis Hermenshagen necnon quinque marcarum cum quatuor solidis[1]) redditus in nostris bonis Bertoldeshagen, quos Thidericus, frater Dilies, exponet, titulo pignoris, iure vasallorum et sine servicio possidendos, pro centum marcis XII marcarum redditus computando. Hos vero redditus antedictos nostri subditi in Hermenshagen annis singulis exponent eisdem, donec huiusmodi redditus redimerimus pro denariis antedictis, quorum nomina sunt hec: Hincekinus, gener Walburgis, dabit XIIII^or solidos de dimidio quartali, item Hinricus de Hoya, tabernator, XIIII^or solidos de I quartali, Iohannes Elkevader VII marcas de uno manso, Iohannes Tylsen VII marcas de uno manso, Thidericus Wrabelen IX marcas IIII solidis minus de V quartalibus, Copekinus, filius Iacobi, VII marcas de uno manso, Nicolaus, pater Rotcheri, VII marcas de uno manso, Rotcherus, filius Nicolai, XXVIII solidos de I quartali, Petrus de Kenitze IIII marcas de dimidio manso, Hinricus Hovener et frater eius Everhardus dabit de uno manso VII marcas. Habebunt eciam facultatem predicti nostri burgenses dictos redditus in festo beati Martini singulis annis de possessione, ubi defectus fuerit, extorquendi per pignoris capcionem. Favemus eciam eis, quod dictos redditus in toto vel in parte licite possunt aliis nostris burgensibus in Bard commorantibus pro denariis predictis, si voluerint, obligare. Preterea annuimus eis, quod non debent extra civitatem pro causis frivolis, que dicuntur sokescult, ad iudicium evocari, sed, si publice extra civitatem delinquerint, tenentur, ubi delinquunt, iudicio sisti et ibidem respondere. Testes huius rei sunt Hinricus de Dechow, Vicco Bere, Nicolaus de Divitze, marscalcus noster, Thi(dericus) Suckow, milites, Nicolaus Starcow, plebanus in Bard, Albertus, plebanus in Gartz, clerici nostri, necnon

Nicolaus Poddin, advocatus noster, presentibus et aliis pluribus fide dignis. In huius evidenciam rei sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum et actum Bard anno domini M° CCC° XVI°, die Nerei et Achillei martyrum.

[1]) solidorum. Rod.

Nach dem Codex Rugianus Bl. 16 v Nr. 47.

Gedruckt Fabricius IV 3 S. 35 Nr. CCCCLXXXVII (711); Lisch, Urkunden zur Geschichte des Geschlechts von Behr II B S. 47 Nr. 161.

3010.

1316 Mai 20 Barth.

Fürst Wizlaw III. von Rügen schenkt der Stadt Barth das Dorf Zarnekevitz.

In nomine domini amen. Nos Wiz(laus) dei gracia princeps Ruyanorum omnibus presencia visuris salutem in domino sempiternam. Noverint universi, quod nos ex bona et sincera voluntate nostra dilecte civitati nostre Bard et omnibus inhabitantibus ibi nunc et in futurum donavimus integram et plenam proprietatem ville Zarnekevitze, prout iacet nunc terminos infra suos, qui termini infra exprimuntur, cum agris cultis et colendis, pascuis, pratis, aquis, rivis, paludibus, mericis, lignis, rubis, viis et inviis ceterisque utilitatibus et fructibus infra terminos ipsius ville Zarnekevitz comprehensis perpetuo iure proprietatis sub iure Lubicensi quiete et pacifice possidendam. Termini vero dicte ville sic denotantur: primo videlicet a terminis civitatis Bard usque ad terminos ville Rubis, et ab hiis usque ad terminos ville Kenitz, et ab hinc usque ad terminos ville Dyvitz et ulterius usque in Bardicam, et ultra Bardicam ulterius in fluvium, qui dicitur Plawenitz, et superius per fluvium Plawenitz usque ad terminos Godekenhagen, et ulterius ad silvam, que est civitatis Bard. In cuius rei testimonium sigillum nostrum [presentibus est appensum]. Testes [huius donacionis sunt Hinricus de Dechow, Tidericus Bere, Sifridus de Plone, Conradus Dotenberg, Nicolaus de Divitze, marscalcus noster, Hinricus, Iohannes et Conradus de Buga, Ernestus Budde de Gremersdorp, Iohannes Dotenberg, advocatus noster in Lositz, et Reinfridus de Penitze, milites, Otto Slore, plebanus in Sundis, Nicolaus Starkow, plebanus in Barth, et alii quam plurimi fide digni]. Datum Bard anno [domini millesimo trecentesimo] sexto decimo, in die ascensionis domini gloriose.

Nach dem Codex Rugianus Bl. 31 v Nr. 107. Abschrift im Stadtarchive zu Barth Nr. 13, nach der die in [—] gesetzten Stellen ergänzt sind.

Gedruckt Fabricius IV 3 S. 35 Nr. CCCCLXXXVIII (712); Lisch, Urkunden zur Geschichte des Geschlechts von Behr II B S. 48 Nr. 162.

3011.

1316 Mai 23 Grimmen.

Fürst Wizlaw III. von Rügen verschreibt dem Ritter Konrad Berckhan eine Rente von zehn Mark Wendisch aus der Bede in Hermannshagen für 100 Mark unter Vorbehalt des Wiederkaufs.

Nos Wyzlaus dei gracia princeps Ruyanorum recognoscimus presentibus protestantes, quod discreto militi nostro Conrado Berchanen et suis veris heredibus de precaria nostra in

Hermensh(aghen) villa [X] marcas denariorum slavicalium libere dimisimus semel annis singulis sustulendas, quousque sibi dederimus seu nostri heredes dederint denariorum slavicalium centum marcas. In cuius rei testimonium sigillum nostrum secretum presentibus est appensum. Actum et datum Grymmis anno domini MCCCXVI, in dominica post ascensionis[1]) domini.

[1]) assencionis. Abschr.

Nach der Abschrift im Hauptarchive zu Schwerin s. r. Transact. extran. principum spec. Ruyanorum.

Gedruckt Fabricius IV 3 S. 36 Nr. CCCCXC (714).

3012.

1316 Mai 25 Grimmen.

Fürst Wizlaw III. von Rügen verspricht dem Ritter Johann von Thun 62 Mark Silber und 192 Mark Lübisch als Sold und Entschädigung für gehabte Verluste und bezahlte Stockmiete.

Nos Wiz(laus) etc. recognoscimus presentibus protestantes, quod militi strennuo Iohanni dicto de Thune vel suis veris heredibus pro suo deservito sallario ac suorum in crastino proximi festi Martini LX et duas marcas argenti similiter pro quodam dextrario perdito, LX marcas Lubicenses et centum marcas Lubicenses pro alio dextrario et XXII marcas Lubicenses pro caballo, preterea X marcas Lubicenses, quas intrando sippum et exeundo tribuit, quod proprie stocmede nuncupatur, Lubice solvere tenemur amicabiliter[1]) et expedite, et nobiscum compromissores vestri sunt universaliter arbitrati[2]). In cuius rei testimonium sigillum nostrum secretum presentibus est appensum. Actum et datum Grimme anno domini M° CCC° sexto decimo, feria tercia ante festum pentecostes.

[1]) amicabiliterque. Kod. [2]) arbitratique. Kod.

Nach dem Codex Rugianus Bl. 23 Nr. 82.

Gedruckt Fabricius IV 3 S. 36 Nr. CCCCXCI (715).

3013.

1316 Mai 26.

Fürst Wizlaw III. von Rügen verpfändet dem Knappen Konrad Dotenberg die Bede aus Bartelshagen für 550 Mark Wendisch unter Vorbehalt des Wiederkaufs.

Wy Witzlaf van godes gnaden en vorste van Ruyen bekennen und betůghen openbar in dessen breve, dat wi hebben ghelaten deme eraftighen knapen Cord Dotenberch und sinen rechten erfnamen tu rechteme leene de bede over den haghen, de is gheheten de Bertoldeshaghen mid alleme rechte, also alze id use heft ghewesen und wid hebben ghehad vor vifhundert mark wendescher penninge und veftich mark. Were over dat, dat wi edder use rechte erfnamen den vorsprokenen Corde edder sinen rechten erfnamen gheven edder ghulden de vorbenomden vifhundert und veftich mark, so scolde de bede und dat vorsprokene gud mid alleme rechte, also alz wid em hebben ghelaten, wesen wedder tu unsere hand. Vortmer were dat, dat wi edder unse rechte erfnamen nicht enghulden de vorbenomden penninge, so scolden

se dat vorbenomde gud besitten und hebben mid alleme rechte unbeworren also, alz id use heft ghewesen sunder jenigerhande beweringe. Uppe dat desse ding vast und unbeworen bliven, so hebbe wi dessen bref mid unseme hemelken inghesegele bevested. Dit is gheschen[1]) und ghescreven na godes bord dusent jar und drehundert jar in deme sestegheden jare, des midwekens vor pingesten. De tůghe desser ding sint ghewesen her Johan van Gristowe, her Zyverd [van P]lone[2]), her Reywerd van Pentze, her Joha[n] D[otenb]erch, de[3]) riddere sint, Henneke Bere, de is en knape, und an[dere] vele er[afte]ghe lude.

[1]) ghe. Abschr. [2]) Hinter Plone noch durchstrichen: und Henneke, sin sone. [3]) de fehlt. Abschr.

Nach der Abschrift im Hauptarchive zu Schwerin s. r. Transact. extran. principum spec. Ruyanorum.

Gedruckt Fabricius IV 3 S. 24 Nr. CCCCLXVIII (691); Lisch, Urkunden zur Geschichte des Geschlechts von Behr II B S. 44 Nr. 158 (beide mit falscher Datierung: 1315 Mai 7).

3014.

1316 Juni 12 im Hafen vor Stralsund.

Fürst Wizlaw III. von Rügen verpfändet den Brüdern Konrad, Friedrich und Nikolaus Dotenberg 24 Mark Rente aus der Bede von je zwölf Hufen in Martenshagen und Wobbelkow und sechs Hufen in Kenz für 300 Mark Wendisch unter Vorbehalt des Wiederkaufs.

Nos Wytzslavus dei gracia princeps Rugianorum recognoscimus presentibus protestantes, quod fidelibus et dilectis nostris vasallis Conrado, Frederico et Nicolao fratribus dictis Dotenberch dimisimus seu titulo pignoris pro tricentis marcis slavicalium denariorum ob servicium eorum eis datis obligavimus precariam nostram in duodecim mansis in Mertenshagen et in duodecim mansis Woblekow necnon in sex mansis Kenitze in bonis domini R. [?] Budden et domini Conradi Dotenberch, de quolibet manso in uno scilicet anno semel unam marcam denariorum libere cum eorum heredibus seu pacifice sustulendam. Cum autem nos et nostri heredes eis vel eorum heredibus tricentas marcas dederimus pretactas, ad nos et nostros heredes dicta nostra precaria libere revolvetur. In cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Actum et datum in portu iuxta civitatem Sundis presentibus nostris militibus Hinrico de Dechowe, Conrado Dotenberch et Vick[one B]eren [aliis]que quam pluribus fide dignis anno domini M° CCC sexto decimo, sabbato proximo [post festum] Corporis Christi.

Nach einer Abschrift im Hauptarchive zu Schwerin s. r. Transact. extran. principum spec. Ruyanorum.

Gedruckt Lisch, Urkunden zur Geschichte des Geschlechts von Behr II B S. 45 Nr. 159; Fabricius IV 3 S. 36 Nr. CCCCLXXXIX (713).

In der Datierung könnte ein Zweifel entstehen, ob ante oder post zu ergänzen sei, doch ist post das Wahrscheinlichere.

3015.

Unecht.

1316 Juni 13 Usedom.

Herzog Wartislaw IV. transsumiert die Urkunde Herzog Barnims I. von 1239 März 29 für das Kloster Pudagla (Usedom).

In nomine domini amen. Nos Wartizlaus dei gracia dux Slavorum et Cassubie in hiis scriptis publice profitemur, quod de prudentum nostrorum sano consilio audivimus privilegia a predecessore nostro felicis recordacionis Barnym, Pomeranorum dei gracia duce, dilectis nobis in Christo amicis, abbati scilicet et suo conventui monasterii sancte trinitatis sancteque virginis et perpetue dei genitricis Marie in Uznam, tradita legitime et concessa eaque coram nobis legi fecimus et de verbo ad verbum cum diligencia examinari, que non cancellata, non abolita nec in aliqua parte sui viciata vidimus et invenimus in hec verba — — — (Folgt die gefälschte Urkunde von 1239 März 29, Pomm. Urkundenbuch I S. 284 Nr. 365.) — — — Ipsius itaque vestigia sequentes predictam donacionem omnimode ratam et gratam tenentes approbamus, damus, renovamus nostrique sigilli munimine in nomine domini confirmamus. Cuius confirmacionis testes sunt dominus Conradus, decanus Camynensis, dominus David, prior, dominus Gherardus, cellerarius, canonici in Belbuch, Henninghus Ursus, noster marscalcus, Hinricus de Rethin, advocatus noster, Iohannes Troye, Arnoldus de Grambowe, milites, et quam plures alii clerici et layci, quorum nomina hic non sunt scripta. Actum et datum Uznem anno ab incarnacione domini M° CCC° XVI, Idus Iunii.

Nach dem angeblichen Originale, dessen Schrift auf die zweite Hälfte des 14. Jahrhunderts hinweist, im Staatsarchive zu Stettin s. r. Kl. Pudagla Nr. 50. Das am Pergamentstreifen hängende Siegel fehlt. Pudaglaer Originalmatrikel Bl. 26 v (XXII C).

3016.

Unecht.

1316 Juni 13 Usedom.

Herzog Wartislaw IV. transsumiert die Urkunde Herzog Barnims I. von 1239 März 29 für das Kloster Pudagla (Usedom).

In nomine domini amen. Nos Wartizlaus dei gracia dux Slavorum et Cassubie in hiis scriptis publice profitemur, quod de prudentum nostrorum sano consilio audivimus privilegia a predecessore nostro felicis recordacionis Barnym, Pomeranorum dei gracia duce, dilectis nobis in Christo amicis, abbati scilicet et suo conventui monasterii sancte trinitatis sancteque dei genitricis Marie in Uznam, tradita legitime et concessa eaque coram nobis legi fecimus et de verbo ad verbum cum diligencia examinari, que non cancellata, non abolita nec in aliqua parte sui viciata vidimus et invenimus in hec verba — — — (Folgt die gefälschte Urkunde von 1239 März 29, Pomm. Urkundenbuch I S. 294 Nr. 366.) — — — Ipsius eciam piam voluntatem intuentes predictam donacionem omnimode ratam et gratam tenentes approbamus, damus, renovamus nostrique sigilli munimine in nomine domini confirmamus. Cuius confirmacionis

testes sunt dominus Conradus, decanus Camynensis, dominus David, prior, dominus Gherardus, cellerarius, canonici in Belbůch, Henningus Ursus, noster marscalcus, Hinricus de Rethin, advocatus noster, Iohannes Troye, Arnoldus de Grambowe, milites, et quam plures alii clerici et layci, quorum nomina hic non sunt scripta. Actum et datum Uznam anno ab incarnacione domini M° CCC° XVI, Idus Iunii.

Nach dem angeblichen Originale, dessen Schrift in die zweite Hälfte des 14. Jahrhunderts weist, im Staatsarchive zu Stettin s. r. Kl. Pudagla Nr. 51. Das am Pergamentstreifen hängende Siegel fehlt. Pudaglaer Originalmatrikel Bl. 27 v (XXIII A).

3017.

1316 Juli 6.

Die Stadt Stralsund bekennt, dem Genter Bürger Giselbert Rynfisch 170 Pfund weniger 22 Pfennige Tournoisgroschen für gelieferte Tuche schuldig zu sein.

Universis presentes litteras inspecturis consules et tota conmunitas Stralessund salutem et rei agnoscere veritatem. Universitati vestre tenore presencium cupimus fore notum, quod nos tenemur et sumus obligati et nostrorum quilibet insolidum dilecto nostro Giselberto dicto Rinvisch[1]), opidano Gandensi, in centum et septuaginta libris minus viginti duobus denariis grossorum omnium veterum Thuronensium, monete regni Francie, de pannis Thiderico Lusco, concivi nostro, ad opus nostrorum venditis, creditis et bene ac gratanter deliberatis. Quam predictam pecunie summam predicto Giselberto seu eius certo nuncio, presencium portatori, solvere et deliberare bona fide promittimus ad ipsius Giselberti seu latoris presencium benivolam voluntatem et simplicem monicionem et, si predictus Giselbertus seu lator presencium custus faceret seu dampna incurreret quoquomodo vel eventu, quod absit, ob defectum nostre solucionis predicte, nos de huiusmodi satisfacere tenemur et promittimus absque debiti principalis diminucione. In cuius testimonium sigillum nostrum presentibus litteris est appensum. Datum anno domini M° CCC° sexto decimo, in octavis beatorum Petri et Pauli.

[1]) Binvisch. Lib. mem.

Nach dem Liber memorialis (Denkelbok) von 1320—1525 Bl. 2 v im Stralsunder Ratsarchive.

3018.

1316 Juli 28 tho den Tweenraden.

Markgraf Waldemar von Brandenburg verlobt Elisabeth, Tochter Herzog Heinrichs VI. von Schlesien-Breslau, mit Herzog Barnim III.

Wie Woldemar van der gnade gades marggrave to Brandenburg unde tow Lüsetz bekennen in diszen open brieve, dat wie junckfrowen Elsebehten, unser huszfroen, vorn Agnes, süster, hertogen Heinrickes dochter van Brezzlawe, hebben gelawet undt gegeven Barnimme, herthogen Otten sone van Stettin. Wente sie soven jar alt wert, so schale wie sie eme lahten truwen. Wente men sie aver eme towleggen schal, dat schal stheen[1]) ahn unser frowen, vorn

Annen, vormundern, und an hertogen Otten. In dem jahr, alsze sie em togeleget is tow rechte, darnah binnen einen jahre und dage schale wie eme medegeven und bereiden drey dusend marck Brandenborges sülvers unde gewichtes, unde hertoge Otte schall in deme sülven jare der vorgeschreven junckfrowen Elsebehten tow lieffgedinge maken die stadt tow Piritz, dor schal sie inne hebben achtentich marck sulvers unde dat gerichte unde darto alsoväle in dem lande tho Piritz und in anderen städen, dat sie hebbe alle jar tho lieffgedinge drey hundert marck Brandenburges sülvers unde gewichtes. Dat wy dit van beiden siden gantz und stede holden, des[2]) hebbe wy marggreve Woldemar herthogen Otten gesat die stadt Leppenen mit al deme lande, dat darto horet, unde hie hefft unsz wedder gesath die stadt Piritz mit al deme lande, dat dartho horet. Dit sint an beyden siden die pant, die gesat sind, undt hebben eme ock dat en truwen gelowet mit tein ridderen, die hirnha geschreven stan, mit greven Hinrich von Luchowen, Conrade von Reden, Borcharde van Bartensleven, Fritzen von Alvensleven, Henninge van Blanckenborch, Heinrich von Stegelitze, Heinricke von der Oste, Beteken von Holtzendorff, Hinrick von Wedele und mit Dubeslaff Claus von Eickstede, und hebben des unse brive gegeben besegelt mit unser ingesegel. Dat is gescheen tho den Tweenraden na der bort gades dusent jar dreyhundert jar in dem sosteygden jare, des[2]) negesten middeweken nah sündt Jacobs dage des heylgen apostels.

[1]) scheen. Abschr. [2]) der. Abschr.

Nach der Abschrift in einem Sammelbande des Reichsarchivs zu Stockholm (Gadebuschs Sammlung A II 2) S. 817; Klempzens Extrakt ꝛc. Bl. 147.

Gedruckt Baltische Studien N. F. VI S. 146 f.

3019.

1316 August 3 Stettin.

Herzog Otto I. überträgt dem Stettiner Bürger Johann von Brakel und Verwandten zu gesamter Hand das Dorf Altwarp sowie den dortigen See und die Kahnfischerei daselbst.

In nomine domini amen. Otto dei gracia dux Slavorum et Cassubie et dominus in Stetyn universis Christi fidelibus presencia visuris vel audituris salutem in vero omnium salutari. Quoniam acta hominum propter humane condicionem fragilitatis cito in oblivionem decidunt, necesse est, ea aut scripture serie aut ore testium in perhenni memoria conservari. Hanc ob rem ad noticiam omnium pervenire cupientes presentibus publice protestamur, quod nos dilectis nobis Iohanni de[1]) Brakele, civi in Stetyn, necnon Benekino, filio Petri de Brakele, patrueli ipsius, atque seniori heredi eiusdem Iohannis iusto pheodi[2]) tytulo contulimus coniuncta manu antiquam villam Warp[3]) cum advocacia et cum omni iure et cum omni utilitate, que ex ipsa in agris cultis et incultis, in[4]) lignis, pratis et[5]) pascuis ceterisque bonis eidem ville adiacentibus poterit[6]) provenire[7]). Preterea contulimus prenominatis Iohanni et Benekino et seniori eiusdem Iohannis heredi coniuncta manu stagnum, quod dicitur Warpe antiquum, cum omni iure et utilitate in verum pheodum[8]) et legale. Item sepedictis tribus coniuncta manu contulimus piscem, qui dicitur kanenvisch, in villa antiqua Warpe iusto pheodo[9]) perpetuis temporibus feliciter possidendum[10]). Ut autem nullus hanc prenotatam[11]) nostram collacionem

qualicunque calumpnia valeat seu[12]) audeat impugnare, eidem presens scriptum super hiis confectum cum appensione sigilli nostri duximus largiendum. Cuius rei testes sunt domini Iohannes Polonus, prepositus ecclesie Stetynensis, capellanus noster, necnon Ulricus, notarius noster, sacerdotes, et Conradus de Elsholte et Conradus de Ubeske[13]) et Henninghus[14]) de Stenbeke et Henninghus[14]) de Stoltenhaghen[15]), milites, et Hinricus de Elsholte, armiger, et Heyneke, prefectus, et Arnoldus Bogemile et Bernardus Luscus et quam plures alii fide digni. Datum Stetyn anno domini M° CCC° XVI°, ipso die invencionis sancti Stephani prothomartiris[16]).

1) de fehlt. A. 2) feodi. B. 3) Warpe. B. 4) et. B. 5) et fehlt. A. 6) poterit doppelt. A. 7) pervenire. A. B. 8) feodum. B. 9) feodo. B. 10) possidenda. A. B. 11) prenotatam hanc. B. 12) vel. B. 13) Ubesco. B. 14) Henningus. B. 15) Stoltenhagen. B. 16) prothomartiris fehlt. B.

Nach der Jasenitzer Originalmatrikel im Staatsarchive zu Stettin (Mscr. I 26) I Nr. 39 (A); II Nr. 73 (B); Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1278.

3020.

1316 August 10 Puddemin.

Fürst Wizlaw III. von Rügen verschreibt den Brüdern Ludolf und Heinrich Plötz bis zur Bezahlung der ihnen zur Ausrüstung für seinen Dienst zugesicherten 220 Mark jährlich 22 Mark seiner Bede aus ihren Gütern Nesebanz, Saalkow und Sellentin.

Nos Wiz(laus) dei gracia princeps Ruyanorum recognoscimus publice protestantes, quod dilectis et fidelibus nostris vasallis Lu(dolfo), Hin(rico) Plotzen, fratribus, ut se ad nostram valeant expedire servicium, pro CC et XX marcis eis datis statuimus seu tytulo pignoris obligavimus de nostra precaria in eorum bonis scilicet Nezebansz, Salkowe et Selentin tollere annis singulis semel in anno XXII marcas denariorum expedite. Cum autem nos seu nostri heredes eis seu eorum heredibus pretactas CC et XX marcas denariorum dederimus seu dederint, ad nos vel ad nostros heredes dicta precaria libere revolvetur. In cuius rei testimonium sigillum nostrum secretum presentibus est appensum. Actum et datum Podemyn presentibus nostris militibus Io(hanne) et Hinrico fratribus de Bughe, Rikoldo de Smachteshagen etc. aliisque pluribus fide dignis anno domini M° CCC° sextodecimo, in die beati Laurencii martyris.

Nach dem Codex Rugianus Bl. 20 v Nr. 68; Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1285.

Gedruckt Fabricius IV 3 S. 37 Nr. CCCCXCII (718).

3021.

1316 August 17 vor Stralsund.

24 Ritter und 11 Knappen bekennen, daß sie der Stadt Stralsund 8000 Mark Wendisch schuldig sind, und verpflichten sich, die Schuld ratenweise bis zum 14. März 1317 zu bezahlen.

Wi Ulrik, Bernard unde Hinric Moltsane, de broedere, Johan van Kuren, Ludeke Neghendanke, Otte von dem Sandberghe, Conrad van den Bughe, Conrad Pren, Arnold van der Osten, Hinric Thun, Johan Morder, Vicco Bere, Borchard van Ottershuden, Wolder Bernevůr,

Juries Hasencop, Vicke Molteke, Diderik van Oritze, Hinrik Morder, Conrad Cremun, Bertold Pren, Godscalk Pren, Reymer van Wedele, Arnold van Vitzen, Hinrik Bokeman, riddere, Godeke Pren, Herman Modentin, Reyner Pren, Ludeke Hardenacke, Henneke de Lussowe, Marquard van Sechere, Volrat van Sůlen, Henneke Babbe, Egghehard Neghendanke, Peter Nickelsone unde Hinrik Wackerbart, knechte, wi don witlik allen luden unde betughet in desser scrift, dat wi van rechter schult sin schuldich den erachten luden ratman unde oldermannen van dem Stralessunde achte dusent mark wendescher penninghe, de ghenghe sin unde gheve. Desser penninghe schole wi gheven heren Lancbrechte van der Lesnitze to deme Gripiswolde dusent mark des neghesten daghes user vrůwen daghe der lateren unde dusent mark des neghesten daghes sůnte Michelis daghe, de nu tokomende sint; wi scolen en also betalen, dat he de ratman unde olderman los late unde gheve en eren breef weder, de dar up was ghegheven. Vortmer scoele wi den sulven ratmannen unde oldermannen des neghesten daghes sůnte Nicolawes betalen tve dusent mark unde des neghesten daghes to tvelften tve dusent mark unde des neghesten daghes mitvasten tve dusent mark, de nu neghest tokomende sint. Dit vorebenomede ghelt scole wi en betalen in der stat to deme Stralessunde ane thogeringe in den vorebenomeden tyden mit reden penninghen oder mit pande, dar se dit ghelt mede moghen nemen in den jůden, unde to deme pande scole wi don also pandes recht is. Vor alle desse benomeden dinc to holdende vast unde vullenkome, hebbe wi den ratmannen unde den oldermannen van deme Stralessunde albe delle mit samender hant entruwen lovet unde hebbet desen bref bevestent laten mit den ingheseghelen der eraften lude, de hirna volghet unde oc vore sint bescreven. Dat lovede heft van erer weghene van uns mit en entfanghen her Henninc van Stegheliz, her Wedeghe van Wedele, her Henninc van Wolkowe, her Borchard van der Ost, her Lodewich van Wedele unde her Hinrik van Retzen. Dit sint, de dessen breef beseghelet hebbet, her Ulrik, her Bernard unde her Hinrik Moltsan, her Conrad Cremon, Reymer van Wedele, her Godscalc Pren, her Bertold Pren, her Arnold van Vitzen, Godeke[1] Pren. Dit lovede wart ghedan vor der stat to deme Stralessunde na godes bort dusent jar drehundert jar des sesteynden jares, in deme dinghestdaghe binnen den[2] achte daghen der hemelvart unser vruwen sůnte Marien.

[1]) Godscalk. Orig. [2]) den übergeschrieben. Orig.

Nach dem Originale im Ratsarchive zu Stralsund (Schr. I Schiebl. 24). An Pergamentstreifen hängen neun Siegel, ein zehnter Streifen ist leer.

Gedruckt Fabricius IV 3 S. 37 Nr. CCCCXCIII (719); Lisch, Urkundensammlung zur Geschichte des Geschlechts von Maltzan I S. 481 Nr. 209; Lisch, Geschichte des Geschlechts von Oertzen I S. 77 Nr. 49; Lisch, Urkundenbuch zur Geschichte des Geschlechts von Behr II B S. 49 Nr. 163; Meklenb. Urkundenbuch VI S. 221 Nr. 3840; v. Wedel, Urkundenbuch zur Geschichte des Geschlechts von Wedel I S. 67 Nr. 5; II 1 S. 78 Nr. 133 (Reg.).

3022.

1316 September 20 Barth.

Fürst Wizlaw III. von Rügen verschreibt dem Ritter Friedrich Behr eine Rente von jährlich 36 Mark aus der Bede in Koitenhagen, Leplow und Drechow und die oberste Gerichtsbarkeit in Werder bis zur Einlösung für 325 Mark Wendisch.

Nos Wiz(laus) dei gracia princeps Ruyanorum recognoscimus presentibus protestantes, quod honesto militi nostro Vicconi Beren et suis heredibus dimisimus et tytulo pignoris obligavimus XXXVI marcarum redditus de precaria, semel in anno in villis scilicet Kutekenhagen, Lepelow et in Drechow percipienda, quibus perceptis residuum in dictis villis nostro usui reservamus, et iudicium supremum ultra curiam suam et agrum adiacentem eidem curie, in qua habitat, scilicet Werdere, possidendo, donec eidem militi CCC et XXV marcas denariorum slavicalium persolvemus, in quibus ei fuimus obligati. In predictis istis dictus miles per nostros advocatos debet nullatenus inpediri. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Bard anno domini M° CCC° XVI°, in vigilia Mathei apostoli.

Nach dem Codex Rugianus Bl. 22 Nr. 74.

Gedruckt Fabricius IV 3 S. 38 Nr. CCCCXCIV (720); Lisch, Urkundenbuch zur Geschichte des Geschlechts von Behr II B S. 51 Nr. 164.

3023.

1316 September 21.

Der Stralsunder Bürger Johann von Gnoien schenkt dem Kloster Neuenkamp 3½ Hufen in Cordshagen gegen eine lebenslängliche Rente von fünf Mark und unter der Bedingung, daß den Armen an der Pforte des Klosters jährlich am Allerheiligenfeste weitere fünf Mark zu Kleidern und Schuhen gegeben werden.

Ego Iohannes dictus de Gnogen, civis in Stralessunt, constare cupio universis, quod ego pro mea progenitorumque meorum eterna salute tytulo donacionis resignavi venerabili domino abbati et conventui ecclesie Novi Campi hereditatem trium mansorum et dimidii, quos in villa Conradeshagen sub eorum possedi et excolui dominio, cum curia, edificiis et agris, omni fructu et utilitate plane et per omnia cum omnibus attinenciis, sine omni inpeticione et inquietacione heredum meorum et aliorum quorumcumque in omni quiete et securitate seu libertate perpetuo possidendos ita, ut prehabiti dominus abbas et conventus, censu, precariis, serviciis reliquisque diversis, que racione predictorum mansorum ex debito dare et facere tenebar et per duos annos proximo elapsos continue supersedi, prius defalcatis, michi de cetero tantum ad vitam meam annuatim in festo beati Martini episcopi quinque marcarum redditus exsolvere non obmittant. Post obitum vero meum cum eisdem quinque marcarum redditibus eidem conventui anno quolibet in mei memoriam perpetuo servietur. Insuper ad portam monasterii alii quinque redditus marcarum slavicalium in festo omnium sanctorum annuatim in vestibus et in calciis pauperibus ministrentur. Ad premissorum evidens testimonium sigillum meum una cum sigillis honestorum virorum Hermanni Albi et Iohannis de Meppen, consulum civitatis Stralessunt, ac Hermanni de Meppen, burgensis ibidem, qui huic ordinacioni interfuerunt, duxi presentibus apponendum. Datum anno M° CCC° sextodecimo, in die beati Mathei ewangeliste.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Stettin s. r. Kl. Neuenkamp Nr. 80. Von den vier an rot-gelben Seidenfäden anhängenden Siegeln sind nur die beiden ersten vorhanden, aber beschädigt. Klempzens Extrakt rc. Bl. 46 v.

Gedruckt Fabricius IV 3 S. 38 Nr. CCCCXCV (721).

3024.

1316 September 28 Treptow a. R.

Herzog Wartislaw IV. transsumiert die Urkunden des Herzogs Bogislaw IV. und des Abts Thibold von Belbuck von 1287 Mai 14 und des Herzogs Bogislaw IV. von 1306 Dezember 20 für die Stadt Treptow a. R.

Wartizslaus dei gracia Slavie et Cassubie dux omnibus Christi fidelibus presencia[1] visuris salutem in domino sempiternam. Noverint universi, quod vidimus, audivimus et diligenter examinari fecimus litteras dilecti patris nostri domini Bugizslai bone memorie, Thitboldi, abbatis, et tocius conventus Belbucensis non viciatas nec in aliqua sui parte viciatas, hunc qui sequitur tenorem de verbo ad verbum continentes — — — (Folgt Urkunde von 1287 Mai 14, Pomm. Urkundenbuch III S. 10 Nr. 1423.) — — — Item . . vidimus alias litteras patris nostri in hec verba — — — (Folgt Urkunde von 1306 Dezember 20, Pomm. Urkundenbuch IV S. 255 Nr. 2329.) — — — Et nos omnia premissa et premissorum quodlibet ratificamus grata et rata in perpetuum habere volumus et ex certa nostra sciencia ea in hiis scriptis confirmamus et donamus. Datum anno domini millesimo C° C° C° X° sexto in Trebetowe, in vigilia beati Michaelis.

1) presensia. Orig.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Stettin s. r. Dep. Treptow a. R. Nr. 8. Das Siegel nebst Befestigung (Seidenfäden?) fehlt. Privilegia et documenta Treptow a. R. ebendaselbst (Mscr. I 41) S. 6 Nr. XI.

3025.

1316 September 30 York.

König Eduard II. von England befiehlt dem Sheriff von Lincoln, wegen eines an dem Londoner Kaufmanne Wilhelm von Widdeslade von Leuten des Grafen von Holland und aus neun Hansestädten, darunter Greifswald, verübten Raubes, die dort befindlichen Güter von Kaufleuten aus den genannten Orten bis zum Betrage von 160 ℒ zu beschlagnahmen.

Nach Close roll 10 Edw. II 25 im Public record office zu London gedruckt im Urkundenbuche der Stadt Lübeck II S. 972 Nr. 1046. Regest im Hans. Urkundenbuche II S. 121 Nr. 291.

3026.

1316 Oktober 28 Newcastle on Tyne.

König Eduard II. von England befiehlt auf die Bitte der deutschen Kaufleute aus neun Hansestädten, darunter Greifswald, ihre auf Klage Wilhelm von Widdeslades beschlagnahmten Güter freizugeben, seinem Kanzler, den Sheriff von Lincoln dahin anzuweisen.

Nach Privy Seals 10 Edw. II 9 im Public record office zu London gedruckt im Urkundenbuche der Stadt Lübeck II S. 974 Nr. 1047. Regest im Hans. Urkundenbuche II S. 121 Nr. 292.

3027.

1316 Oktober 31 Camin.

Die Bischöfe Hermann II. von Schwerin, Marquard von Ratzeburg und Stephan von Lebus gewähren mit Zustimmung des Bischofs Heinrich von Camin für Förderung des Baues der St. Marienkirche zu Colberg einen vierzigtägigen Ablaß.

Universis Christi fidelibus, ad quos presentes littere perveniunt, nos Hermannus, Sverinensis, Marquardus, Raceburgensis, et Stephanus, Lebucensis dei gratia episcopi, salutem in domino sempiternam. Cupientes populum[1]) Christi deo reddere acceptabilem et quibusdam muneribus allectivis, utpote indulgenciis nostris, ad opera caritatis invitare, cum itaque, sicut accepimus, fabrica et structura ecclesie sancte Marie virginis gloriose in Colbergh absque fidelium elemosina consummari non valeat, universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur, attente in remissionem vestrorum peccaminum vobis iniungentes, quatenus de bonis vobis a deo collatis predicte structure pias elemosinas erogetis. Nos enim dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum auctoritate confisi, omnibus vere penitentibus et confessis, qui dicte fabrice manus porrexerint adiutrices aut qui in bona sui corporis sanitate sive etiam in extremis laborantes quidquid dicte structure suarum legaverint facultatum et quociescunque hoc fecerint, tocies singuli nostrorum singulas quadraginta dierum indulgentias de iniunctis sibi penitentiis in domino misericorditer relaxamus, dummodo dioecesani voluntas ad id accesserit et consensus. In cuius rei testimonium praesentes litteras nostris sigillis iussimus muniri. Datum Camin anno domini MCCC° sexto decimo, in vigilia omnium sanctorum. Et nos Henricus dei gratia Caminensis ecclesie episcopus predictas indulgentias a venerabilibus in Christo patribus dominis episcopis datas structure ecclesie sancte Marie in Colbergh, nostre diocesis, ratas et gratas habemus et eas omni modo, quo melius possumus, pleno consensu in nomine domini confirmamus et nihilominus quadraginta dies indulgentie superaddimus cum eisdem. In cuius rei evidens testimonium sigillum nostrum cum sigillis predictorum dominorum episcoporum presentibus duximus apponendum. Datum ut supra.

[1]) perpetuam. Dipl.

Nach Wachsen, Dipl. Colbergense I S. 199 im Staatsarchive zu Stettin (Dep. des Kreisausschusses Colberg-Cörlin).

Gedruckt in G. J. Schröners Colbergische Kirchen-Merckwürdigkeiten (Stargard 1730) S. 14.

3028.

1316 November 3 Stettin.

Bischof Heinrich von Camin vereinigt die Kirchen zu Mandelkow und Carow mit der St. Jakobikirche zu Stettin.

Henricus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus presencia visuris salutem in omnium salvatore. Grata et multa probitatis servicia, que honorabilis vir

dominus Everardus, prior ecclesie sancti Iacobi civitatis Stetin, nobis hactenus exhibuit, nos inducunt, ut ipsum dominum Everardum, priorem, favore et gracia specialiter suosque successores benigne prosequamur. Hinc est quod nos omnibus et singulis cupimus esse notum, ut, sicud ecclesiarum separacio et divisio, ita et ipsarum ecclesiarum unio ad nos disnoscitur pertinere, de maturo discretorum consilio ecclesiam parrochialem in villa Mandelkow una cum villa Karow cum omnibus suis iuribus et pertinenciis ecclesiasticis, cuius ecclesie in Mandelkow ius patronatus dicitur eidem domino Everardo, priori, suisque successoribus, qui pro tempore fuerint, legittime pertinere, ecclesie sancti Iacobi in Stetin univimus auctoritate ordinaria et in nomine domini presentibus duximus uniendam et unitam nichilominus confirmamus, dando eidem domino Everardo, priori, et suis successoribus locandi, officiandi, gubernandi et regendi prefatam ecclesiam in Mandelkow, quando vacare contigerit, per se ut per alium aut perpetuum vicarium in eadem ecclesia constituendi plenam et liberam potestatem, proviso tamen, quod sacerdoti, quem dictam ecclesiam officiare contigerit, pro tempore debita sustentacio reservetur. In evidenciam autem omnium premissorum presentem litteram exinde confectam nostri sigilli munimine perpetuo dedimus communitam. Actum Stetin et datum ibidem anno domini M° CCCXVI°, feria quarta post festum sanctorum omnium.

Nach dem Liber sancti Iacobi Bl. 9 in der Bibliothek der St. Jakobikirche zu Stettin. Palthensche Abschrift im Fürstl. Archive zu Putbus Tit. XVI Nr. 101 S. 709.

3029.

1316 November 11.

Junker Johann III. von Werle bestätigt dem Kloster Neuenkamp alle von seinem Vater Nikolaus II. und seinem Oheime Johann II. erworbenen Güter in seinem Gebiete.

Nos Iohannes dei gracia domicellus de Werle presentibus recongnoscimus protestantes, quod venerabilis domini Theoderici, abbatis monasterii de Novo Campo, precibus flexi omnes proprietates, libertates et iura seu iurisdiciones bonorum in dominio nostro sitorum a predilectis nobis domino Nicolao de Werle, patre nostro pie recordacionis, et domino Iohanne de Werle, patruo nostro, eidem monasterio venditas, donatas vel confirmatas presentibus stabilimus, ratificantes et confirmantes omnium premissorum bonorum proprietatem, libertatem, iurisdicionem, vendicionem, donacionem et confirmacionem in omnibus et singulis fore firmam ac stabilem et prememorati monasterii Novi Campi eiusque conventus privilegia super premissis bonis proprietatibus, libertatibus, iuribus seu iurisdicionibus secundum omnes articulos penitus et in perpetuum valitura. In huius rei evidens et stabile firmamentum presens scriptum nostro sigillo duximus muniendum. Datum anno domini millesimo tricentesimo sextodecimo, in festo beati Martini episcopi.

Nach dem Originale im Staatsarchive zu Stettin s. r. Kl. Neuenkamp Nr. 81. Das an Seidenfäden anhängende Siegel fehlt. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1288; Klempzens Extrakt ꝛc. Bl. 36 v.

Gedruckt Meklenb. Urkundenbuch VI S. 236 Nr. 3856; Fabricius IV 3 S. 38 Nr. CCCCXCVI (722).

3030.

1316 November 19 Stralsund.

Herzog Christoph von Halland sichert der Stadt Stralsund eine Anzahl Rechte in Dänemark zu, sobald er dessen Krone erlangt habe.

In nomine domini amen. Universis Christi fidelibus presentes literas inspecturis Cristoforus dei gracia dux Hallandie et Samshoo salutem in domino sempiternam. Noverint universi tam posteri quam presentes, quod, cum domino dante regnum Dacie et terram Scanie adepti fuerimus, damus et conferimus dilectis nobis burgensibus in Stralesund universis potestatem ac licenciam quolibet anno in nundinis Skanør et Falsterbothe suum proprium advocatum statuendi super eorum burgenses in omnibus suis excessibus iudicandi, preter in causis, que tangunt collum et manum, ibidem perpetratis, cuius advocati potestas a festo sancti Iacobi et usque ad festum sancti Martini episcopi proximum annis singulis perdurabit. Nolumus eciam, quod quisquam super eorum fittas[1]) edificet, nisi de[2]) eorum voluntate. Vinumque ac cerevisiam[3]) eorum inter se licite propinant. Pannos suos laneos et lineos licite vendant integros et per ulnas. Bona sua ponderabilia per pondus maius et minus vendant secundum pondus terre Dacie, et bona sua omnia licite vendant, de quibus suum iustum theolonium nostro advocato exsolvant et de qualibet lesta alecis deferenda duos solidos denariorum novorum Scaniensium vel tres veterum racione theolonii nobis dabunt et bonis, que[4]) in tota terra nostra emerint, prout homines nostram terram inhabitantes perfruantur. Si eciam, quod absit, aliquis de predictis burgensibus naufragium in nostra terra passus fuerit, bona sua colligendi et retinendi liberam habeat potestatem, quousque ipsa bona personaliter resingnabit, ac in silvis nostris lingna cremabilia licite colligendi et secandi. Et, si aliquis eorum in terra nostra morte preventus fuerit, sui heredes pro ipso dabunt, quod erfkøp dicitur in vulgari, et bona sua totaliter sublevabunt. Hec omnia suprascripta[5]) per nos et nostros heredes inviolabiliter observentur. Consules vero et burgenses civitatis memorate Stralesund nobis voluntarie[6]) reddiderunt, quod nos et universi nobis attinentes in eorum civitate promoveri debeant et omnia iura, que eorum burgenses habere dignoscuntur, debeant utique congaudere, set suum anticum theolonium et iustum solvere teneantur. Huius donacionis testes sunt nostri consiliarii[7]) domini Nicholaus Brok, Andreas Stygson, Petrus Niclesson, Neek, milites, necnon consules de civitate Stralesund, videlicet Iacobus de Crespyn, Thidericus Luskus, Bernardus Gotswini et Bertoldus de Solwetle. In cuius rei evidenciam firmiorem nostro sigillo munivimus presens scriptum. Datum Stralesund anno domini M° CCC° decimo sexto, in die sancte Elizabeth vidue.

1) fittaas. Orig. 2) Fehlt. Orig. 3) serviciam. Orig. 4) quas. Orig. 5) infrascripta. Orig. 6) voluntare. Orig. 7) conciliarii. Orig.

Nach dem Originale im Ratsarchive zu Stralsund (Schr. VII Schiebl. 13), mit einem Siegelbruchstücke am Pergamentstreifen.

Gedruckt Suhm, Historie af Danmark XI S. 924; Sartorius-Lappenberg, Urkundliche Geschichte der deutschen Hanse II S. 296 (Reg.); Fabricius IV 3 S. 39 Nr. CCCCXCVII (723); Diplomatarium Suecanum III S. 285 Nr. 2074; Hans. Urkundenbuch II S. 121 Nr. 294.

3031.

1316 November 23 Colberg.

Ritter Tessen von Strachmin verspricht dem Peter, Vikar an der St. Marienkirche zu Colberg, für zehn Zinshufen in Strachmin nebst den Hebungen aus Krug, Mühle und an Hühnern 25 Mark jährliche Rente zu zahlen.

Notum esse volumus omnibus et singulis presencia visuris, quod nos Thessanus miles dictus de Stragghemyn, deliberacione prehabita, de bona voluntate nostra ac heredum nostrorum, accedente consensu capituli ecclesie Colbergensis, cum[1]) domino Petro, eiusdem ecclesie vicario, super decem mansis ville Stragghemyn censualibus, quorum fundus et edificiorum structure iuxta viam Rusouwe locate ad aquilonem continuantur, necnon aliorum censualium, utpote taberne, molendini et pullorum, redditibus, quos ecclesia Colbergensis apud nos in Strachemyn cum omni iure et proprietate habere tenetur, concordavimus, promittentes, nos nostrosque successores pro hiis esse daturos eidem viginti quinque marcas slavicalis monete, quas in expensis nostris procurabimus Colberg infra octavam beati Martini singulis annis eidem ad tempora vite sue finaliter presentandas, submittentes nos et nostros successores excommunicationi domini prepositi ecclesie Colbergensis et eius gravaminis vinculo, quam ab eo sine iuris ordine denunciatam, contradictione omni semota, sustinebimus humiliter, necnon obligantes villam nostram Strachemyn esse sub ecclesiastico interdicto, si prefatam pecuniam domino Petro extunc non solverimus memorato. Si autem, quod absit, in excommunicatione ultra octavam beati Martini levi animo morati fuerimus, per quindenam homines nostros in bonis nostris morantes ac[1]) res eorum in civitate Colberghe occupandi et[2]) detinendi secundum eiusdem civitatis consuetudinem, iuri nostro renunciando, eidem domino et suis damus liberam presentibus facultatem, donec summam ex toto solverimus memoratam, condicione autem hac sumpta, ut, si terre communi bellum ex gwerra principum oriatur, et in ipsa villam nostram Strachemyn contingat per violentiam totaliter devastari, ita quod nobis vel nostris successoribus censu, decima magna vel minuta seu precaria nichil cedat, extunc non tenebimur dicto contractui in solvendo, sed, postquam dictam villam Strachemyn iterato ceperimus possidere, sibi mansorum secundum numerum possessorum sub pena predicta dictam pecuniam persolvemus. Ne igitur cuiquam inposterum super hiis dubium oriatur, presens scriptum cum sigillo capituli ecclesie Colbergensis et nostro fecimus communiri. Testes sunt Thessemarus de Bonyn, Petrus dictus de Kameke, Monachus dictus de Böne, Lubbertus dictus Glasenap, milites, Iwich, Iohannes de Stiten, et alii quam plurimi fide digni. Datum et actum Colberghe anno domini millesimo CCC° sextodecimo, in die Clementis pape et martiris.

[1]) ad. Matr. [2]) Fehlt. Matr.

Nach Dregers Abschrift der Matrikel des Colberger Domkapitels (Loeper Mscr. 221) S. 273 Nr. 119. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. VI Nr. 1289.

3032.

1316 November 30 Stettin.

Herzog Otto I. schenkt dem von dem Propste Johann Pohle gestifteten Altare St. Katharinä und St. Wenzels in der St. Marienkirche zu Stettin vier Hufen und den halben Krug zu Sommersdorf, überträgt den Altar dem Johann Lenzen und behält sich die weitere Verleihung vor.

In nomine domini amen. Otto dei gratia dux Slavorum et Cassubie, dominus Stetinensis[1], omnibus in perpetuum. Civile est re vera et expedit, ut, quanto divina clementia nos ceteris plus pretulit, tanto eam amplius piis elemosinarum largitionibus veneremur. Quocirca notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod[2]) maturo[3]) discretorum fidelium nostrorum consilio[4]) prehabito ob reverentiam omnipotentis dei ob salutemque animarum, videlicet domini Barnim, patris nostri dilecti, necnon fratrum nostrorum carissimorum domini Bugeslai atque Barnim pie recordationis pro remedioque[5]) animarum nostre progenitorum nostrorumque universaliter dono libertatis erogavimus et appropriavimus ad altare seu vicariam, quam honorabilis vir dominus Iohannes dictus Polonus, quartus prepositus ecclesie sancte Marie in Stettin[6]), in ipsa iam[7]) dicta ecclesia fundavit in honorem[8]) sancte Katherine[9]) virginis beatique Wenzlai martiris[10]) octo mansos in villa Samerstorp[11]) in territorio Stettinensi[12]) sitos cum dimidia taberna ibidem cum omni iure supremo et declivo omnique libertate et absque omni servitio communi vel privato currus, equorum, vectigalium universaliterque cum[13]) omni usufructu, qui[14]) nobis et nostris vel aliis nostro nomine heredibus ex dictis mansis et medietate taberne fiebat[15]) vel fieri poterit[16]), renunciantes nihilominus omni precarie vel annone commestionumque denariis, qui etepenninghe dicuntur[17]), ipsum altare seu vicariam Iohanni dicto Lencin[18]), nostro cappellano dilecto, precipue[19]) propter deum conferentes, ipsiusque collationem nobis nostrisque heredibus legittimis[20]) perpetue reservamus. Ut autem huiusmodi appropriacio seu proprietatis donacio cum predictis omnibus nullam a posteris patiatur[21]) inpugnacionis calumpniam, sed potius perpetuis temporibus stabilis et inconvulsa permaneat[22]), presens scriptum erogavimus[23]) nostri sigilli munimine ex nostra[24]) certa scientia[25]) convinctum[7]) in testimonium evidens premissorum. Testes huius sunt venerabilis dominus Hinricus, episcopus Caminensis, et alii in littera priori nominati. Datum Stettin anno domini M° CCCXVI, ipsa die Andree apostoli.

1) Stettynensis. B. 2) quia. B. 3) matura. A. 4) concilio. A. 5) remedio. A. 6) Stettyn. B. 7) Fehlt. A. 8) honore. A. 9) Katharine. B. 10) Wenslai martyris. B. 11) Sammersdorp. B. 12) Stettynensi. B. 13) Fehlt. A. B. 14) omni que usufructu. A. — omni usufructu. B. 15) fiebant. A. B. 16) potuerit. A. — potuerunt. B. 17) precarie, peccunie vel aliorum commestionumque donariis quiete preveniente. B. — donacionis quiete penninghe. A. 18) Leucin. B. 19) pure. A. 20) lettigimis. A. 21) pariatur. A. 22) permaneant. A. 23) erogamus. B. 24) vera. B. 25) presciencia. C.

Nach dem Transsumte von 1317 Februar 20 im Transsumte von 1433 Oktober 12 in dem Kopiare der Marienstifts Bl. 1 v (A) im Archive des Marienstifts (Tit. I Sekt. 1 Nr. 33). Abschriften: Matrikel des Marienstifts Bl. 21 (B) ebendaselbst (Tit. I Sekt. 1 Nr. 1); Diplomatarium eccl. S. Marie Fasc. II Nr. 49.

3033.

1316 Dezember 8 Avignon.

Papst Johann XXII. schreibt dem Bischofe von Camin, daß er sich die Einnahmen des ersten Jahres aller in den nächsten drei Jahren vakant werdenden geistlichen Benefizien vorbehalte, um sie für die Kirche zu verwenden, und deshalb Kollektoren ernenne.

[Iohannes episcopus servus servorum dei] venerabili fratri . . episcopo Caminensi et dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, prepositis, plebanis, archipresbiteris et aliis ecclesiarum prelatis et rectoribus, capitulis quoque, collegiis et conventibus Cisterciensis,

Cluniacensis, Premonstratensis, sanctorum Augustini et Benedicti, Cartusiensis, Grandimontensis et aliorum ordinum ceterisque personis ecclesiasticis tam regularibus quam secularibus, exemptis et non exemptis necnon prioribus, preceptoribus seu magistris et aliis fratribus domorum hospitalis Sancti Iohannis Ierosolimitani et Sancte Marie Theotonicorum[1]) et Calatravensis eorumque loca tenentibus per diocesim Caminensem constitutis [salutem et apostolicam benedictionem]. Si gratanter advertitis, qualiter Romana mater ecclesia, quam divina clementia cunctarum orbis ecclesiarum capud statuit et habere voluit principatum, gerens ad filios materne compassionis affectum illorum afficiatur angustiis et comunicet indefessa pressuris et in necessitatibus per oportune subventionis remedium laxet manum, modos exquirendo sollicite, quibus eis grate quietis et pacis comoda subministret, non equidem vobis molestum accedet, quin potius equanimi devotionis affectu placidum geretis et gratum, si ecclesia ipsa per vias et modos decentes et licitos non onerosos ecclesiis nec divino cultui derogantes innumera necessitatum suarum onera, que prefecto vestra reputare debetis, provide relevet, cum ad illa supportanda non possit utpote in redditibus non habundas per se sufficere nec ad questuarios modos velit recursum habere. Sic igitur nosse vos volumus, quod nos, huiusmodi nostris et camere nostre necessitatibus utique grandibus viis et modis predictis providere volentes, fructus, redditus et proventus primi anni omnium et singulorum beneficiorum ecclesiasticorum, cum cura vel sine cura, etiam personatuum et dignitatum et officiorum quorumlibet ecclesiasticorum, monasteriorum, prioratuum et aliorum locorum ecclesiasticorum tam secularium quam regularium, exemptorum et non exemptorum, que in Caminensi diocesi vacant ad presens et que usque ad triennium qualitercumque et ubicumque, etiam si apud sedem apostolicam, vacare contigerit, ecclesiis tamen, monasteriis et dignitatibus et beneficiis subscriptis expressim exceptis, percipiendos in modum subdistinctum pro nostris et ipsius ecclesie oneribus facilius tolerandis et in eius agendorum subsidium de fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica deputamus ipsosque per collectores, quos ad hoc per alias nostras certi tenoris literas duximus deputandos aut subcollectores, qui ad huiusmodi collectionis ministerium fuerint constituti, et in tua diocesi, frater episcope, colligi volumus et per eosdem collectores prefate ecclesie camere assignari, non obstantibus quibuscunque statutis et consuetudinibus contrariis ecclesiarum, monasteriorum et locorum, in quibus huiusmodi beneficia, dignitates, personatus et officia fuerint iuramento, confirmatione dicte sedis seu quacunque firmitate alia roborata, aut si fructus, redditus et proventus huiusmodi primi anni ex privilegio sedis eiusdem vel alias de iure seu quacunque consuetudine vel statuto alicui vel aliquibus debeantur sive si ad fabricam quorumcumque ecclesiarum, monasteriorum seu locorum aut constructionem sive reparationem menium civitatum, castrorum aut villarum quorumlibet per quoscumque concessi fuerint vel etiam deputati seu interim deputari vel concedi contigerit, aut si sint in usus alios convertendi. Volumus autem quod, si idem beneficium bis in anno vacare contingat, non nisi semel fructus, redditus et proventus illius pro ipsa duplici vacatione dicti collectores percipiant, ut videlicet singulis annis ipsius triennii unica fructuum, reddituum et proventuum cuiuslibet beneficii sic vacantis sint perceptione contenti. Quodque predicti fructus, redditus et proventus iuxta taxationem decime persolvantur et a collectoribus recipiantur eisdem, ut scilicet summam, pro qua unumquodque beneficiorum ipsorum in decime solutione taxatur, dicti collectores exigant atque percipiant, totali residuo obtinentibus huiusmodi beneficia remansuro, nisi forte collectores predicti residuum huiusmodi pro nobis et camera nostra percipere et habere maluerint et obtinentibus beneficia supradicta ad supportandum eorum onera et ad sustentationem habendam summam, pro qua ipsa

beneficia taxantur, in decima remanere. Nos enim predictos collectores percipiendi utrumlibet predictorum, scilicet taxationem ipsam vel residuum antedictum, habere volumus optionem, ita tamen quod, quicquid iidem collectores elegerint, beneficiorum ipsorum onera debeant ipsa beneficia obtinentes pro ea parte, quam prefati collectores eis dimiserint, totaliter supportare, nisi forte ipsi obtinentes huiusmodi beneficia fructus, redditus et proventus omnes dimittere vellent collectoribus antedictis. Quo casu collectores ipsi habebunt huiusmodi beneficii quoad curam animarum, si eis imineat necnon et in divinis officiis et sacramentorum ecclesiasticorum ministratione facere per personas ydoneas deserviri ac cetera incumbentia eis onera supportari. Ceterum volumus et auctoritate predicta declaramus, ut deputatio nostra huiusmodi nullatenus extendatur ad archiepiscopales et episcopales ecclesias nec ad abbatias regulares nec ad beneficia illa, quorum fructus, redditus et proventus annui valorem sex marcharum argenti non excedant, et que ex permutationis causa vacare contingct, nec etiam ad vicarias seu capellanias ut plurimum a decedentibus secundum morem diversarum ecclesiarum institutas ad missas pro ipsis decedentibus celebrandas certis constitutis redditibus presbitero inibi celebranti, seu aliis ut diurnis vel nocturnis canonicis horis intersint, nec etiam ad cotidianas distributiones quarumcumque ecclesiarum seu anniversaria vel obventiones, que ad certum quid deputate noscuntur. Verum quia contingit interdum, quod primi fructus, redditus et proventus beneficiorum huiusmodi debentur defuncto vel fabrice aut prelato seu ecclesie habenti annalia, declaramus, ut pretextu dicte nostre deputationis non preiudicetur in totum eisdem, qui alias primi anni fructus, redditus et proventus fuerant percepturi de consuetudine privilegio vel statuto, quin fructus, redditus et proventus huiusmodi primi anni sequentis percipiant, sicut percipere consueverant temporibus retroactis. Volumus autem, prout est consonum rationi, ad scandala evitanda, quod solutio huiusmodi fructuum, reddituum et proventuum fiat in duobus terminis congruis collectorum ipsorum arbitrio statuendis, quibus id exnunc duximus committendum, eorum super hoc conscientias onerando, sic equidem quod, ubi collectores prefati taxationem decimalem fructuum, reddituum et proventuum huiusmodi primi anni pro camera nostra habere maluerint, obtinentes ipsa beneficia dictorum fructuum, reddituum et proventuum residuum habituri de eisdem fructibus, redditibus et proventibus, quos eo casu iidem obtinentes in totum colligent, eandem taxationem collectoribus prefatis solvant in ipsis duobus terminis, ut premittitur, statuendis et sufficientem cautionem prestent de solutione huiusmodi collectoribus memoratis. Ubi vero collectores ipsi taxationem prefatam obtinentibus beneficia ipsa relinquere et habere residuum fructuum, reddituum et proventuum ipsorum elegerint, tunc iidem collectores de ipsis fructibus, redditibus et proventibus, quos in totum colligent, eo casu solvent obtinentibus dicta beneficia taxationem eandem in duobus terminis similiter statuendis. Sed nec pretextu defectus solutionum huiusmodi volumus, ut ad calices, cruces, vasa sacra, libros vel vestes ac bona mobilia divino usui dedicata manus aliquatenus extendatur. Quocirca venerabilitatem vestram rogamus, monemus et exhortamur attentius per apostolica vobis scripta districte precipiendo, mandantes ac vobis et vestrum cuilibet in remissionem peccaminum iniungentes, quatenus huiusmodi nostris et ecclesie predicte necessitatibus devoto compatientes affectu collectores predictos et subcollectores deputandos ab eis et ipsorum quemlibet huiusmodi fructus, redditus et proventus primi anni predicti per idem triennium inclusive in forma prescripta colligere, exigere et recipere absque alicuius difficultatis obstaculo nostro et ecclesie predicte nomine libere permittatis, et illos, prout in vobis fuerit, integre assignetis eisdem. Nos enim collectoribus antedictis et cuilibet eorum in singulis vestris civitatibus et diocesibus petendi, colligendi, exigendi et recipiendi nostro et

ecclesie predicte nomine prefatos fructus, redditus et proventus, et mutandi subcollectores eosdem ac eis alios subrogandi, quotiens eis expedire videbitur, necnon contradicentes quoslibet et rebelles, quicumque et cuiuscumque conditionis, preeminentie, dignitatis, ordinis aut status existant, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendi, non obstantibus, si vobis aut quibusvis aliis aut vestris ordinibus generaliter vel specialiter, communiter vel divisim, a sede prefata indultum existat, quod excommunicari, suspendi vel interdici non possitis per literas apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi ac propriis ordinum, locorum et personarum vestrarum nominibus mentionem, et quibuslibet privilegiis, indulgentiis et litteris apostolicis, generalibus vel specialibus, quorumcumque tenorum existant, quibuscumque dignitatibus, ordinibus, personis et locis sub quacumque forma vel conceptione verborum a dicta sede concessis, per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus eorum impediri valeat quomodolibet vel differri, et de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum mentionem in nostris litteris fieri oporteat specialem, plenam et liberam concedimus per easdem nostras litteras potestatem. Nulli [ergo omnino hominum liceat, hanc paginam] nostre deputationis, voluntatis et declarationis [infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum]. Datum Avinione VI. Idus Decembris, [pontificatus nostri] anno primo.

[1]) Thetonicorum. Orig.

Nach dem Register 63 Bl. 382 Nr. 205 (1a), ergänzt aus Nr. 158 und 159, im Vatikanischen Archive zu Rom. Vergl. G. Schmidt, Päbstliche Urkunden und Regesten I S. 88 Nr. 7.

3034.

1316 Dezember 8 Avignon.

Papst Johann XXII. beauftragt den Bischof von Camin und speziell Mag. Ademar Targa, Pfarrer zu Rochetaillée, und die Kleriker der Diözesen Rodez und Cahors, Manfred de Montiliis und Jakob de Rota, mit Einsammlung der fälligen Annaten-Gelder.

[Iohannes episcopus servus servorum dei] venerabili fratri . . episcopo Caminensi et dilectis filiis magistris Ademario Targe, rectori ecclesie de Roccatalhada, et Manfredo de Montiliis ac Iacobo de Rota, clericis Ruthenensis et Caturcensis diocesium, utriusque iuris peritis, [salutem et apostolicam benedictionem]. Si gratanter advertitis, qualiter Romana mater ecclesia, quam divina clementia cunctarum orbis ecclesiarum capud statuit et habere voluit principatum, gerens ad filios materne compassionis affectum illorum afficiatur augustiis et communicet indefessa pressuris ac in necessitatibus per oportune subventionis remedium laxet manum, modos exquirendo sollicite, quibus eis grate quietis et pacis comoda sumministret, non equidem personis ecclesiasticis molestum accedet, quin potius equanimi devotionis affectu placidum gerent et gratum, si ecclesia ipsa per vias et modos decentes et licitos non onerosos ecclesiis nec divino cultui derogantes innumera necessitatum suarum onera, que profecto debent propria reputare, provide relevet, cum ad illa supportanda non possit utpote in redditibus non habundans per se sufficere nec ad questuarios modos velit recursum habere. Sic igitur nostris huiusmodi et camere nostre necessitatibus utique grandibus viis et modis predictis providere volentes, fructus,

redditus et proventus primi anni omnium et singulorum beneficiorum ecclesiasticorum, cum cura vel sine cura, etiam dignitatum, personatuum et officiorum quorumlibet, ecclesiarum, monasteriorum, prioratuum et aliorum locorum ecclesiasticorum tam secularium quam regularium, exemptorum et non exemptorum, que in Caminensi diocesi tunc vacabant et que usque ad triennium qualitercumque et ubicumque, etiam si apud sedem apostolicam, vacare contingeret, ecclesiis tamen, monasteriis, dignitatibus ac beneficiis subscriptis expressim exceptis, percipiendos in modum subdistinctum pro nostris et ipsius ecclesie oneribus facilius tolerandis et in eius agendorum subsidium de fratrum nostrorum consilio per alias nostras litteras duximus deputandos ipsosque per te, fratrem episcopum, ac vos, magistros Ademarium, Manfredum et Iacobum, et vestrum quemlibet, quos ad hoc collectores tenore presentium deputamus, aut subcollectores, qui per vos et vestrum singulos ad huiusmodi collectionis ministerium fuerint constituti, in tua diocesi, frater episcope, colligi volumus et per vos eidem camere assignari, non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus contrariis ecclesiarum, monasteriorum et locorum, in quibus huiusmodi beneficia, dignitates, personatus et officia fuerint iuramento, confirmatione dicte sedis seu quacumque firmitate alia roborata, aut si fructus, redditus et proventus huiusmodi primi anni ex privilegio sedis eiusdem vel alias de iure seu quacumque consuetudine vel statuto alicui vel aliquibus debeantur sive si ad fabricam quorumcumque ecclesiarum, monasteriorum seu locorum aut constructionem seu reparationem menium civitatum, castrorum aut villarum quorumlibet per quoscumque concessi forent vel etiam deputati seu interim concedi vel deputari contingeret, aut si essent in usus alios convertendi. Volumus autem, quod, si idem beneficium bis in anno vacare contingeret, non nisi semel fructus, redditus et proventus illius pro ipsa duplici vacatione perciperetis, ut videlicet singulis annis ipsius triennii unica fructuum, reddituum et proventuum cuiuslibet beneficii sic vacantis essetis perceptione contenti, quodque predicti fructus, redditus et proventus iuxta taxationem decime solverentur et reciperentur a vobis, scilicet summam, pro qua unumquodque beneficiorum ipsorum in decime solutione taxatur, exigeretis et perciperetis, totali residuo huiusmodi benefecia obtinentibus remansuro, nisi forte vos residuum ipsum pro nobis et camera nostra percipere et habere malletis et eadem beneficia obtinentibus ad supportandum ipsorum onera et ad sustentationem habendam summam, pro qua beneficia sepedicta taxantur, in decima remanere. Nos enim vos percipiendi utrumlibet predictorum, scilicet taxationem ipsam vel residuum antedictum, habere volumus optionem, ita tamen quod, quicquid elegeritis, beneficiorum ipsorum onera deberent ipsa beneficia obtinentes pro ea parte, quam vos eis dimitteretis, totaliter supportare, nisi forte obtinentes ipsi huiusmodi beneficia fructus, redditus et proventus omnes vellent vobis dimittere. Quo casu haberetis huiusmodi beneficiis quoad curam animarum, si eis imineret, necnon et in divinis officiis et sacramentorum ecclesiasticorum ministratione facere per personas ydoneas deserviri ac cetera eis incumbentia onera supportari. Ceterum volumus et per dictas nostras litteras duximus declarandum, ut deputatio nostra huiusmodi nullatenus extenderetur ad archiepiscopales et episcopales ecclesias nec ad abbatias regulares nec ad beneficia illa, quorum fructus, redditus et proventus annui valorem sex marcharum argenti non excederent, et que ex permutationis causa vacare contingerent, nec etiam ad vicarias seu capellanias ut plurimum a decedentibus secundum morem diversarum ecclesiarum institutas ad missas pro ipsis decedentibus celebrandas certis constitutis redditibus presbitero inibi celebranti, seu aliis ut diurnis vel nocturnis canonicis horis intersint, nec etiam ad cotidianas distributiones quarumcumque ecclesiarum seu anniversaria vel obventiones, que ad certum quid deputate noscuntur. Verum quia contingit interdum, ut

primi fructus, redditus et proventus beneficiorum huiusmodi debentur defuncto vel fabrice aut prelato seu ecclesie habenti annalia, declaramus per litteras supradictas, ut pretextu dicte nostre deputationis non preiudicaretur in totum eisdem, qui alias primi anni fructus, redditus et proventus fuerant percepturi de consuetudine, privilegio vel statuto, quin fructus, redditus et proventus huiusmodi primi anni sequentis perciperent, sicut percipere consueverant temporibus retroactis. Volumus autem, prout est consonum rationi, ad scandala evitanda, quod solutio huiusmodi fructuum, reddituum et proventuum fieret in duobus terminis congruis vestro arbitrio statuendis, quibus id extunc duximus committendum, vestras super hoc conscientias onerando, sic equidem quod, ubi vos taxationem decimalem fructuum, reddituum et proventuum huiusmodi primi anni pro camera nostra habere malletis, obtinentes ipsa beneficia dictorum fructuum, reddituum et proventuum residuum habituri, de eisdem fructibus, redditibus et proventibus, quos eo casu iidem obtinentes in totum colligerent, eandem taxationem vobis solverent in ipsis duobus terminis, ut premittitur, statuendis et sufficientem cautionem vobis de huiusmodi solutione prestarent. Ubi vero vos taxationem predictam obtinentibus beneficia ipsa relinquere et eligeretis habere residuum fructuum, reddituum et proventuum eorumdem, tunc vos de ipsis fructibus, redditibus et proventibus, quos in totum colligeretis, eo casu solveretis obtinentibus dicta beneficia taxationem eandem in duobus terminis similiter statuendis. Sed nec pretextu defectus solutionum huinsmodi volumus, ut ad calices, cruces, vasa sacra, libros vel vestes ac bona mobilia divino usui dedicata manus aliquatenus extendatur. Et insuper vos prefatos episcopum necnon et dilectos filios electos, abbates, priores, decanos, archidiaconos, prepositos, plebanos, archipresbiteros et rectores, capitula quoque, collegia et conventus ceterasque personas ecclesiasticas necnon priores ac preceptores seu magistros in litteris eisdem expressos ipsorumque loca tenentes per litteras supradictas rogandos, monendos attentius duximus ac etiam exhortandos ac vobis et eis per apostolica scripta districte precipiendo, mandantes et in remissionem peccaminum iniungentes, ut huiusmodi nostris et prelibate ecclesie necessitatibus devoto compatientes affectu collectores super hoc deputandos a nobis et subcollectores, quos per eos ad id contingeret deputari et ipsorum quemlibet dictos fructus, redditus et proventus per idem triennium inclusive in forma prescripta petere, colligere, exigere et recipere absque alicuius difficultatis obstaculo permitteretis libere et illos, prout esset in vobis et eis, dictis collectoribus vel eorum alicui aut subcollectoribus memoratis tradere et exhibere curaretis per eos supradicte ecclesie camere assignandos. Quocirca discretioni vestre, de qua plenam in domino fiduciam obtinemus, per apostolica scripta mandamus, quatenus te, episcope, in tua diocesi vosque dicti magistri Ademarie, Manfrede et Iacobe seu vestrum alter in diocesi Caminensi prefatos fructus, redditus et proventus per vos et subcollectores predictos vel eorum aliquem diligenter petere colligere, exigere et recipere nostro et ecclesie predicte nomine studeatis, vobis nichilominus in virtute obedientie et sub excommunicationis pena districtius iniungentes, ne pecuniam fructuum, reddituum et proventuum eorumdem distrahatis quomodolibet vel in usus alios convertatis, sed illam fideliter eidem camere assignare curetis. Nos enim vobis et vestrum cuilibet petendi, colligendi, exigendi et recipiendi nostro et ecclesie prefate nomine per vos et subcollectores eosdem et singulos eorum fructus, redditus et proventus premissos et subcollectores mutandi predictos et alios subrogandi, quotiens vobis et singulis vestrum expedire videbitur, necnon contradictores quoslibet et rebelles, quicumque et cuiuscumque conditionis, preminentie, dignitatis, ordinis aut status existant, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendi, non obstantibus omnibus supradictis seu si electis, abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis

et aliis superius nominatis vel personis aliis quibuscumque ac eorum ordinibus, specialiter vel generaliter, communiter vel divisim, a sede prefata indultum existat, quod excommunicari, suspendi vel interdici non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi ac propriis ordinum, locorum et personarum ipsorum nominibus[1]) mentionem, et quibuslibet privilegiis, indulgentiis et litteris apostolicis, generalibus vel specialibus, quorumcumque tenorum existant, quibuscumque dignitatibus, ordinibus, personis et locis sub quacumque forma vel conceptione verborum a dicta sede concessis, per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeret quomodolibet vel differri, et de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum mentionem in nostris litteris fieri oporteat specialem, plenam et liberam concedimus tenore presentium potestatem. Datum *ut supra.*

[1]) Doppelt. Reg.

Nach dem Register 63 Bl. 382 v Nr. 205 (2 a), ergänzt nach Nr. 159 (2), im Vatikanischen Archive zu Rom.

3035.

1316 Dezember 13 Meyenburg.

Die Markgrafen Waldemar und Johann V. von Brandenburg schließen mit dem Könige Erich von Dänemark und Fürsten Heinrich II. von Mecklenburg Frieden.

Wie Woldemer und Johan von der gnade godes marcgreven tu Brandenborch und tu Lusitz bekennen in dissem openen brieve, dat wie hebben gedegedinget mit unsem lieven ome, konyng Erik van Denemarken und mit dem edelen manne, hern Heinrick van Mekelenborch, unsem lieven swager, vor uns und vor al unse hulpere, also hir na gesereven steit. Wie hebben entruwen en gelovet eyne rechte sûne vor uns und vor al unse hulpere und scolen sie halden und hebben gesat hern Droyseken und hern Hennynge van Blankenborch van unser wegen unde unser hulpere. Ghinge desser twyer jenich af oder benemet eme echte nôt, dat hie nicht dar tu komen mochte, so scole wie eynen anderen setten in des selven stede, die scal dûn, dat hie scolde gedan hebben, und scal die selve wolt hebben, die hie hadde. Und unse ôm, die konyng van Denemarken, und unse swager van Mekelenborch hebben gesat hern Bussen van der Dolle und hern Juriges Hasenkopp[1]) vor sich und ere hulpere. Ghinge der twier jenich af oder benemet eme echte nôt, dat hie nicht dar tu komen mochte, so scolden sie eynen anderen in sine stede setten, die scal dun, dat hie gedan scolde hebben, unde scal die selve wolt hebben, die hie hadde. Die scolen uns entscheiden an beyder sitd na mynne oder na rechte, und die vire scolen dar to loven unde sweren, dat sie allit, dat uns werende is, entscheyden scolen binnen achte weken. Des scolen sie vire liggen tu Lychene und vire tu Tempelyn und scolen inriden des manendages na des hilgen Kerstes dage. Wat sie eyndrachtichliken entscheyden, dat scolde wie halden. Tweyden die vire an jengerleye stucke, die scolen twene kysen, die scolen dar tu loven und sweren, also die vire vor gedan hebben, dat sie dat untscheyden scolen binnen der tytd, alse hir vor gescreven steit, und wat sie eyndrachtichlike untscheyden, dat scole wie halden. Tweyden die twene an jengerleye stucke, so scolen sie eynen man kysen bie eren eyden, die dat untschede, die scal dar tu sweren, dat hie sie untschede binnen viren weken. Wes uns die untschedet in sinen openen brieven, die gesegelit sin mit einem insegele — eynen scal hie senden uns, den anderen dem van Mekelenborch van des konynges wegen —, wes wie entscheden werden an den brieven, dat scole wie

halden. Wes uns die vire untscheden eyndrachtichliken oder die twe, dat scole wie halden und vullenthyen binnen vire weken. Umme die vangen, die an beyden siden gevangen sin, den scal men dach geven wente tu den twelften. Die herren, die gevangen sin, die scal men tu borge dun uppe pant und die vire scolen al der vangen scattynge setten; swo sie die setten, also scal men sie halden. Were eyn man, die gedinget hedde und bescattit were, deme eyn vangen gegeven were, die also ryke were also hie und also wol gevrundet also hie, die scal eme sine pennynge weder geven, were hie armer, so scoldet stan upp die lude, die dat untscheden scolen. Welke bescattynge die vire uppe jewelken vangen setten, die scal hie geven; wolde hie der nicht geven, so scal hie lyden, dat eynem vangen manne boret tu lidende. Unde die konyng scal sinen bruder hertogen Cristofere bi al dem rechte laten, dat konynges kyndere, die nyne konyng weren, hat hebben in deme ryke. Die Denen, die in dessem orloge tu uns gekeret sin und tu unsen hulperen, umme die sculde, dat sie tu uns gekeret sin und tu unsen hulperen, des scolen sie hebben eyne rechte sûne unde scalen bliven bie al dem rechte, dat die Denen nů hebben oder bi dem rechte, dat konyng Woldemer gegeven heft, swelker sie kysen under den twen, dar scal sie die konyng bi laten. Worde ok uns marcgreven die stat tûme Sûnde afgedeylet, so scole wie doch die borgere vordegedingen eres rechtes, also lange also die irsten brieve spreken, die wie en gegeven hebben, dar wie uns inne tu en gebunden hebben. Die slote, die malk in sinen weren heft, die scal halden mit sines selves gude unde enscal dar nynen scaden af dûn, also lange wente die dat untscheden hebben, dar et up gelaten is. Swie ok gevaren is van eynem herren tume anderen in dessem orloge, dem scal sin gůtd volgen an beyden siden, dar enscal sie nyman an hinderen. Wie marcgreven Woldemer und Jan hebben ok vor uns gesat desse slote Strelitz und Meyenborch, dat wie al dat halden, dat die vorbescreven scheydelude up uns setten. Die slote scolen ok darvor stan: were jenich unser hulpere, dem nicht en nůgede an desser sûne unde nicht en hilde, alse die scheydelude dat setten, dat wie dem umbehulpen sin. Wie scolen ok die slote antwerden, Strelitz hern Heinricke van Stegelitz unde Meyenborch hern Droyseken, unde scolen sie der slote also weldich maken, ofte wie der stucke jenich nicht en hilden, dar die slote vor stan, dat sie deme van Mekelenborch van des konynges wegen desse vorbenumede slote antwerden unde van siner wegen, so scolen die ere rechte gutd wesen unde erer erfnamen, unde die vorbenumeden ryddere twe scolen deme van Mekelenborch tu des konynges hant und tu siner entruwen loven, dat sie halden, also hir vorbescreven steit. Hertoge Otte und hertoge Wertzlawe scolen loven malk mit twyntich rydderen entruwen, und die konyng unde die van Mekelenborch scolen mit also vele rydderen dar weder entruwen loven, dat sie al die stucke halden, die in dessem brieve gescreven stan. Wie nemen ok in unse sûne unsen ome hertogen Rodolfe van Sassen jegen unsen ome hertogen Otten van Lunenborch. Uppe dat alle desse ding, die hir vor gescreven stan, ganz unde untebroken bliven, unde wie die halden, hebbe wie desse brieve gegeven, besegelit mit unsen insegelen, die sint gescreven unde gegeven tu der Meyenborch na der bort godes dusent jar driehůndert jar in deme sesteynden jare, in deme daghe der hilghen junckvrůwen sunte Lucien.

1) Hasenkorpp. Orig.

Nach dem Originale im Hauptarchive zu Schwerin s. r. Verträge mit Brandenburg Fasc. II, mit zwei Siegeln am Pergamentstreifen.

Gedruckt Fabricius IV 3 S. 39 Nr. CCCCXCVIII (724); Meklenb. Urkundenbuch VI S. 242 Nr. 3862; Urkundenbuch zur Geschichte des Geschlechts von Kröcher I S. 74 Nr. 120; Hans. Urkundenbuch II S. 122 Nr. 295 (Reg.).

3036.

[Zwischen 1316 Dezember 13 und 1317 Mai 21] Wordingborg.

König Erich von Dänemark und Markgraf Waldemar von Brandenburg verhandeln über die Ausführung des Meyenburger Friedens.

Aar 1317 til Wordingborg, S. Luciæ virginis dag, bleffve konning Erich oc hertug Woldemar aff Brandenborg forligte saaledis, at all misforstand, som haffde været dennem oc deris anhang imellem, skulle være affskaffet, fred oc wenskaff igien indskicket: hertug Witzlaff skulle igien bekomme lante Ryen oc Strolsund oc hvad slot oc feste margreffven hannem haffde frataget; margrefven skulde fremdelis intet befatte sig med nogen den deel, som kongen eller Witzlaff tilhørde, men hannem der udi heller venligen befordre. Hand skulde ey heller hindre margrefven, udi den deel hand haffde ret, til men heller venligen fordre. Wi skulde forhandle de Strolsunder deris sag om deris friheder, som udi vort første udgiffne breff til dennem formeldis. — — — I lige maade skal vi oc vore anhengere nyde vore grentzer, some de hafve været aff arrilds tid oc alle de andre artickle skal holdis, som dagtinget vaar for Magdeburg. Actum Luciæ virginis dag aar 1316.

Nach Hvitfeldt, Danmarckis rigis krønicke S. 399. Sonst gedruckt Riedel, Cod. dipl. Brand. II 1 S. 417 Nr. 503; Fabricius IV 3 S. 40 Nr. CCCCXCIX (725) (deutsch); Meklenb. Urkundenbuch VI S. 244 Anm. (deutsch). Hier vergl. auch wegen der Datierung.

3037.

1316 Dezember 20.

Die Herzogin Mechtilde, Witwe Herzog Barnims I., stirbt.

Anno domini MCCCXVI, in vigilia sancti Thomae apostoli, obiit domina Mechtildis, inclita ducissa Stetinensis, fundatrix huius ecclesiae et uxor domini Barnimi fundatoris.

Nach einer Inschrift in der 1789 abgebrannten St. Marienkirche zu Stettin gedruckt bei Cramer, Großes Pomm. Kirchen=Chronicon (1628) II S. 34. Über das abweichende Datum 1317 April 2/3 bei Klempin, Stamm=tafeln (1876) S. 6 vergl. Pomm. Monatsblätter XV (1901) S. 71 f. Ergänzend sei hier bemerkt, daß der scheinbare Widerspruch einer Urkunde von 1317 April 1, in der Mechtilde noch als lebend vorkommen sollte, hinfällig ist. Die noch im Originale vorhandene Urkunde ist datiert: M° C° C° C° decimo, septimo Kalendas Aprilis (1310 März 26), während das Diplomatarium eccl. S. Mariae Fasc. II Nr. 51 und mit ihm Klempin MCCCXVII, Kalendas Aprilis (1317 April 1) lasen. Vergl. Pomm. Urkundenbuch IV S. 419 Nr. 2606.

3038.

[1316/17] Lübeck.

Graf Johann II. von Holstein ersucht den Rat zu Stralsund, die Zurückgabe des dem Kieler Ratmanne Hermann bei Faaborg geraubten Schiffsguts zu befördern.

Io(hannes) dei gra(cia) comes Holsatie discretis viris et honestis consulibus in Sundis promotionis quoad poterit et honoris. Exhibitor presentium Hermannus, consul civitatis nostre

Kyl, nobis dilectus, rebus et bonis suis licet gwerra pace intercepta infra pontem Vuborch per magni principis et domini Christofori, ducis Dacie, swageri nostri dilecti, et vestros complices asserit se privatum. Rogamus igitur, quatenus iusticie intuitu et precum nostrarum interventu, si qua idem de ablatis sibi in civitate vestra poterit investigare, ad restitutionem eorundem studeatis ipsum efficaciter promovere. Quod dante domino plene volumus promoveri. Datum Lub(ek) nostro sub secreto.

Das Original im Ratsarchive zu Stralsund mit auf der Rückseite aufgedrücktem Siegel des Grafen ist z. Z. nicht aufzufinden.

Gedruckt Fabricius IV 1 S. 70 Nr. CCCC (609); Hans. Urkundenbuch II S. 124 Nr. 298 (Reg.); Hasse, Schlesw.-Holst.-Lauenb. Reg. u. Urk. III S. 182 Nr. 341 (Reg.); Reg. Danica *832. Über die Datierung vergl. Hans. Urkundenbuch a. a. O. Anm. 1.

3039.

1317 Januar 13 Stettin.

Herzog Otto I. verpfändet seinem Vasallen Wussow die Bede aus dem Dorfe Staffelde, den dortigen beiden Krügen und der dabei gelegenen Mühle für zwei große Pferde und für fünf andere im Dienste des Herzogs bei der Belagerung von Woldegk verlorene Pferde im Gesamtwerte von 300 Mark.

Die oben S. 248 Nr. 2991 nach dem Diplomatarium familiae de Wussow Nr. 11 gedruckte Urkunde findet sich auch in der „Registratur Adam Wussowen Lehen und Briefe" Bl. 41 im Staatsarchive zu Stettin (Stettiner Archiv P. I Tit. 57 Nr. 15) mit der Datierung: Datum Stetyn anno domini M° CCC° XVII°, in octava Epiphanie domini. In der Tat gehört die Urkunde richtiger in das Jahr 1317, da einmal die Belagerung von Woldegk bis zum Februar 1316 währte (vergl. Klöden, Markgraf Waldemar II S. 210), und dann die Zeugen Tesseko und Hermannus Cillebur unter den Rittern aufgeführt werden, während sie noch 1316 März 7 (oben S. 254 Nr. 3000) hinter den Rittern rangieren, also wohl noch Knappen waren.

3040.

1317 Januar 13 Wolgast.

Herzog Wartislaw IV. transsumiert die Urkunde Markgraf Waldemars von Brandenburg von 1313 November 1 für das Kloster Zuckau.

In nomine domini amen. Nos Wartizlaus[1]) dei gracia dux Sclavorum et Caschubie[2]) Pomeranorumque profitemur presentibus evidenter, quod vidimus privilegium ecclesie sancte Marie in Sucowe[3]) ipsi a domino marchione indultum non cancellatum, non convulsum nec in aliqua sui parte viciatum, sicud[4]) sequitur in hunc modum — — — (Folgt Urkunde von 1313 November 1, oben S. 156 Nr. 2863.) — — — Nos igitur[5]) pyorum[6]) operum participes effici sperantes ea, que per dominum marchionem data et appropriata[7]) sunt, ratificamus[8]) et[9]) in nomine domini confirmamus, sigillum nostrum presentibus appendentes, presentibus domino N(icolao)[10]) de Swanenbeke, canonico Caminensi, Conrado de Vemeren[11]), Henrico de Rethim[12]), militibus, et pluribus aliis fide dignis. Datum Wolgast anno domini M° CCC° XVII°, in octava Epiphanie domini.

[1]) Warczislaus. B. [2]) Cassubie. B. [3]) Succow. B. [4]) sicut. B. [5]) Fehlt. B. [6]) piorum. B. [7]) approbata. B. [8]) pacificamus. B. [9]) Fehlt. A. [10]) Niho(lao). B. [11]) Vevery. A. Venero. B. [12]) Rochim. A. Rechim. B. [13]) M° CCC° XIII. B.

Nach dem Zuckauer Kopiare Bl. 15 v (A) in der Stadtbibliothek zu Danzig (Mscr. Pruss. 121, früher XV q 104); Abschrift im Zuckauer Kopiare Bl. 11 Nr. 14 (B) im Staatsarchive zu Danzig (Abt. 404).

3041.

1317 Januar 20 Stettin.

Herzog Otto I. verzichtet auf Haus, Land und Stadt Stavenhagen und verspricht dem Fürsten Johann III. von Werle Beistand gegen seine Feinde, ausgenommen den Markgrafen Waldemar von Brandenburg und Herzog Wartislaw IV.

In godes namen amen. Wy Otto van der gnade godes eyn herttoge der Wende unde der Cassuben, here to Stettin, bekennen unde betugen openbarlicken in dessem breve, dat wy na dem rade unde vulbort unses sones Barnems unde unser manne uns bevrundet hebben mit unser dochter Metteken unde Henneken van Werle, hern Niclausses sone van Werle, alse hyr na beschreven steyd, dat wy unde alle unse erfnamen laten mit willen van aller ansprake des huses, landes unde der stad mit aller stede, de darto ligget, tome Stavenhagen, also dat nen man by unsen dagen edder na unsen dagen schal edder ne mach uppe de vorbenante land vorderen edder spreken, men it schal unses swagers Hennekens van Werle unde alle syner rechten erffnamen egen syn unde blyven unbeworen, ewichliken, to eynem rechten erve. Vortmer trede unsem vorbenantem swager Henneken van Werle eyn orloyge an, so schole wy eme mit alle den, de dor uns don unde laten willen, helpen to synen rechten saken up alle, de leven, ane up unsen vedderen marggreve Woldemere van Brandenborch unde unsen vedderen herttogen Wartslaff. Uppe dat desse ding stede unde vast bliven, so hebbe wy to dessem jegenwardigen breve unser ingheseghel gehenget heten. Desser ding syn tuch her Godeke van Bulowe unde her Hermen van Lancowe, unse riddere. Desse ding sint geschreven unde geschen na unses heren godes bort dusent jar drehundert jar in dem soventheyden jare, in sante Fabianus unde Sebastianus dage der mertelere, in unser stad to Stettin.

Nach dem Originaltranssumte der Stadt Güstrow von 1432 Februar 14 im Hauptarchive zu Schwerin s. r. Pacta dotalia domus Werle.

Gedruckt Meklenb. Urkundenbuch VI S. 251 Nr. 3874.

3042.

1317 Januar 28 Woodstock.

König Eduard II. von England wiederholt in einem Schreiben an die Sheriffs von London seinen auf Klage des Wilhelm von Widdeslade gegen die Untertanen des Grafen von Holland und neun deutsche Städte, darunter Greifswald, erlassenen Arrestbefehl von 1316 September 30 (Nr. 3025) bis zum Betrage von 300 £, Heinrich von Bevern ausgenommen.

Nach Close rolls 10 Edw. II m. 13 im Public record office zu London gedruckt Hansische Geschichtsquellen VI S. 51 Nr. 61.

3043.

1317 Februar 3 Avignon.

Papst Johann XXII. trägt dem Erzbischofe von Gnesen und dem Bischofe von Breslau auf, für die pünktliche Entrichtung des Peterspfennigs in den Diözesen Camin und Culm Sorge zu tragen.

Iohannes episcopus servus servorum dei venerabilibus fratribus . . archiepiscopo Gneznensi et . . episcopo Wratislaviensi salutem et apostolicam benedictionem. Inter curas multiplices et immensas, quibus frequenter angimur, supra vires illa precipue sollicitat mentem nostram, ut ecclesie Romane iura non pereant, sed in statu debito conserventur nostre ministerio servitutis. Sane licet census, qui vocatur denarius sancti Petri, in toto ducatu Polonie ecclesie Romane subiecto in signum subiectionis eidem ecclesie debeatur et multis retroactis temporibus ipsi ecclesie fuerit integraliter persolutus, nonnulli tamen minus veraciter pretendentes, se ad solucionem census huiusmodi seu denarii non teneri, ab huiusmodi solucione cessaverunt indebite illumque minus racionabiliter solvere contradicunt. Preterea bone memorie Caminensis et Culmensis episcopi, qui tunc erant, se, videlicet idem . . Caminensis una cum ecclesia sua Caminensi, qui infra dictum ducatum Polonie consistunt, a iurisdictione tua, frater . . archiepiscope, et ecclesie tue Gneznensis, quibus erant metropolitico iure subiecti per sedis apostolice litteras, necnon et idem Culmensis episcopus una cum dicta ecclesia Culmensi per legatum dicte sedis, qui legacionis in partibus illis fungebatur officio, se a dicto ducatu, infra quem constituti noscuntur, eximi fraudulenter et provincie Rygensi, ut ipsi ac nobiles et populares Caminensis et Culmensis civitatum et dyocesium possent dictam Romanam ecclesiam eiusdem census seu denarii solucione fraudare, annecti procurans tacita veritate, dictum censum seu denarium ab huiusmodi exempcionum temporibus non solverunt, sicut adhuc solvere contradicunt, in iuris ipsius ecclesie Romane preiudicium manifestum. Nos igitur, ad quos huiusmodi iurium noscitur pertinere defensio, tante fraudis maliciam nequentes, sicut eciam non debemus, sub dissimulacione transire, fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus vos vel alter vestrum per vos vel alium seu alios ab omnibus infra dicti ducatus antiquos limites necnon et per Caminensem et Culmensem civitates et dyoceses supradictas constitutis, cuiuscunque nacionis, condicionis, status et dignitatis existant, clericis vel laycis, secularibus et religiosis, exemptis et non exemptis, predictum censum seu denarium ab eo tempore, quo fuit ab ipsius solucione cessatum, necnon et in posterum usque ad beneplacitum apostolice sedis, quocunque privilegio seu exempcione aut consuetudine contrariis nequaquam obstantibus, petere, exigere et recipere nostro et predicte ecclesie Romane nomine studeatis. Nos enim vobis et cuilibet vestrum petendi, exigendi et recipiendi per vos vel alium seu alios censum seu denarium supradictum, contradictores insuper ac rebelles per censuram ecclesiasticam, appellacione postposita, compescendi, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, non obstantibus, si aliquibus a sede apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras sedis eiusdem non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem, et eos eciam, a quibus censum seu denarium receperitis supradictum, de eo, quod ab eis recipere vos continget, quitandi ac eciam absolvendi et eis, qui excommunicacionis et alias spirituales sentencias propter censum seu denarium huiusmodi in prefixis terminis non solutum incurrerint, postquam de illo fuerit satisfactum, integre absolucionis beneficium inpendendi, plenam concedimus tenore presencium potestatem. Volumus autem, quod de illa pecunie summa, quam pro dicto denario sancti Petri annuatim recipere vos continget, nos reddatis per vestras litteras annis singulis cerciores. Datum Avinione III. Nonas Februarii, pontificatus nostri anno primo.